



Handwritten text in a cursive script, likely a title or name, written on aged, stained paper. The text is partially obscured by a label at the bottom.

A
12-272



54.



~~7.0 7.~~

~~13.~~



sel

O

LII

in

Aut

Apu

del Colegio de la Comp. de I. J. de Granada. B.^a

**OPTIMÆ VITÆ,
FINIS PESSIMVS.**



*LIBERTATIS PERIRE VOLENTIS,
in IVDA PRODITORE, exhibitio;
Gratie victricis expresse in Sancto
Latrone, parallela.*

Autore **R. P. THEOPHILO RAYNAUDO,**
Societatis **IESV** Theologo.



LVGDVNI,

Apud FRANCISCVM LA BOTTIERE,
in vico Tupino.

M. DC. XXXIV.



MS. 40. 4

277364929

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



I N



Bona

Ca

Iude

m

gr

cu

Locu

Ca

Prim

ei

Loliu

Ec

19

Sorde

di

im



INDEX CAPITVM
TOMI HVIVS SECVNDI.



Vda Iſcarioth nomen, cognomen, patria natales, & cætera humana. Caput I. pag. I.

Bona Iudæ initia, & alleçtio in Chriſti diſciplinam.

Cap. II.

40

Iudæ promotio ad Apoſtolatum, vbi de Apoſtolici muneris maieſtate, deque ſançtitate, & gratis gratis datis, conſequenter ad gradum Apoſtolicum, Iudæ conceſſis. Cap. III.

73

Loculorum procuratio, Iudæ à Chriſto demandata.

Cap. IV.

137

Prima gratiæ in Iudæ labefactatio ex auaritia, que eidem iugis fons malorum omnium. Cap. V.

163

Lolium infidelitatis, & hereſeos, in Chriſtianam Eccleſiam inuectum primò per Iudam. Cap. VI.

190

Sordes verborum Iudæ, mendacitas, doſoſitas, blandiloquium, detractio, murmuratio, ſuſurratio-impudentia. Cap. VII.

216

Tom. II.

**

2

- Aorago proditionis pacta, extremi in Iuda doloris per auaritiam parturitio. Cap. VIII. 246*
Carbones ignis, super Iuda caput, in eius reditu ac cæna extrema, congesti à Christo Domino. Cap. IX. 304
Quæ sceleris per Iudam concepti & editi efficiens causa fuisse, sit censenda. Cap. X. 420
Extrema infrunita in Iuda cupiditatis abortio, siue proditionis executio, & qua in ea horribilia. Cap. XI. 528
Merces iniquitatis Iudæ persoluta, moxque ab eodem inutiliter pœnitente, restituta; & in peregrinorum requiem collata. Cap. XII, 587
Iudæ infame lethum; & cum morte prima, mors secunda, omnium calamitatum confluxum subsequuta. Cap. XIII. 649
Insana apud aliquos Iudæ elogia, & vera in Scripturis ac Patribus probra. Cap. XIV. 687
Iudæ sectatores, & assecla, siue Christi proditores. Cap. XV. 713
Typi allegorici in Iudæ iuxta Patres. Cap. XVI. 771
Mellificium Tropologicum de Iudæ aconitis per Christianas apes lectum. Cap. XVII. 817
I. Suspectio benignitatis Christi, in vocando, ac fouendo quem præsciebat proditorem. Eiusdem multa patientia in tolerando bipedum nequissimi
m.

- 818
- mo *expensa.*
- II. *Occulta aliorum probra, premenda. Opera & correctio, nemini dum viuit, deneganda.* 833
- III. *Deus malitia impij, optimè usus.* 837
- IV. *Parum est vocatum esse, nisi vocatio per bona opera certa fiat.* 845
- V. *Cauendum minutiis culparum, quæ ad Iudæ exitium viam præstruxerunt.* 856
- VI. *Declinandus nimius amor extremorum, prima Iudæ mali labes.* 862
- VII. *Temperandus amor propinquorum, eos cupiditatis Iudæ; & sacrilega quæcunque Christi bonorum erogatio, studiosè vitanda.* 867
- VIII. *Scelus indignè communicantium, Iudæ sociorum, abominandum.* 872
- IX. *Apostata à Collegiis Apostolicis, cætibus inquam regularium, proprietarij, fidem Deo datam infringentes, infideles superiorum administri, Simoniaci, murmurantes de collatis Christo bonis, muneris ex iustitia debiti venditores, dolosè blandiloqui, ingrati discipuli, omnes Iudæ germani, cuius acta amulantur, sortem metuant.* 893
- X. *Magnorum virorum casus in Ecclesia non noui, nec quenquam debent concutere.* 914
- XI. *Vno auulso, non deficit alter.* 927
- XII. *Nemo sit tutus cadente Apostolo, nemo de an-*

terioribus meritis, aut sanctitate confidat, neminem fructus in proximos, & anteriora illustra opera, certum salutis praestent, nemo vel post miracula edita, securus perseverantiae & gloriae vivat. 928

XIII. Nemo mærore obruatur cum deliquit, aut Iudæ imitatione, spem divinae miserationis abiciat. 949

XIV. Discipuli labes in magistrum non refundenda, aut viceversa, sed neque ministri in opus Dei. 953

XV. Nemo corpus uniuersum damnet, ob unius membri vitium. 966

Tractationis clausula. 983

APPROBATIO DOCTORVM.

HVnc librum, *Optima vitæ, finis pessimus, &c. inscriptum*; à R. P. Theophilo Raynando Societatis IESV Theologo compositum: Fidei Orthodoxæ & bonis moribus, non modò contentaneum: sed etiam doctrina singulari ac pietate refertissimum, Reipublicæ Christianæ utilissimum; prelo denique dignissimum iudico. Die 8. Aprilis 1634.

F. IOANNES IAS Augustinianus.

APPRO

APPROBATIONES.


EGO infra scriptus ex Congregatione Fullien-
si, Cœnobiique S. Caroli Lugdunensis Prior,
licet indignus, fidem facio lectum à me esse
librum qui inscribitur, *Optimæ vitæ finis pessimus,*
Authore R. P. Theophilo Raynaudo Societatis IESV
Theologo: in eoque solidissimæ, recõditissimæ ac
variæ eruditionis cum maxima pietate coniugiũ
suscepisse: verèque Authorẽ illius dici posse ar-
tificiosam apem, fatos diuini nectaris plenos,
pietate & scientia manantes construẽtem. Lug-
duni 6. Aprilis 1634.

FR. PETRVS A SANCTO IOSEPH.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS
Societatis IESV, in Lugdunensi Prouincia.

EGO IOANNES FILLÆVS Prouincialis Socie-
tatis Iesu, in Prouincia Lugdunensi, ex vi
Priuilegij Regij facio potestatem Francisco
la Bottiere & Ioanni Iuillard, Mercatoribus Bi-
bliopolis in Vrbe Lugdunensi Typis excudendi
Librum inscriptũ: *Optimæ vitæ finis pessimus, &c.*
compositum à R. P. Theophilo Raynaudo, eiusdem
Societatis Theologo, & à tribus aliis Patribus ex
eadem Societate recognitos, & quidem in annos
sex proximos, inchoandos ab absoluto Typo-
graphico opere. Camberij 8. Iunij, 1633.

IOANNES FILLÆVS.



BIBLIOPOLA,
LECTORI BENEVOLO.

Leuiculam emaculatoris Typographici dormitationem, ingenuè hîc deprecari, & benignitatem tuam anteoccupare, non dubitabo, Lector candidè. Inter excudendum tractationem lectissimis S S. Patrum testimoniis refertam, humani aliquid passis, accidit, ut Locus vnus & alter, quem Autor absens aliò transferri voluerat, translatus sit quidem; sed non erasus è sede quam in operis M. S. exemplari, primùm occupauerat. Itaque dum festinant opera, vterque & ubi transpositus fuerat, & ubi non expunctus perstabat, prelo expressus est. Prior habetur P. 1 cap. 17 num. 29. pag. 787. ex S. Augustino lib. 2. de symbolo cap 6. Posterior, P. 2. cap. 17. num. 23. pag. 878: ex Isidoro Pelusiota lib. 1. episto. 170. Calami ductus vnus & alter, hæc loca tempori obliterare, veniaque roganda necessitatem, excludere potuerat. Hoc qualecunque est dispendium tuum, Lector, ingenuè à me prodi malui, quàm per te deprehendi: certus alienam incogitantiam humanitati tuæ permissam, nec vitio vertendam Autori, nec mihi fraudi pro tua benignitate futuram.

VALE.

IVDÆ



IV



fione
ex vi
cunc
tatio
aptar
fuisse
mana
dem
magr
lum I
in scr
vt no
[Com



IUDÆ ISCARIOTH NO-

men, cognomen, patria, natales,

& cetera humana.

CAPVT I.

I. **I**UDÆ nomen, siue à confessione peccatorum vt tradit Origenes, ^a siue quod verius est, à confessione laudis, aut quod S. Cyrillus ^b docet, ex vtraque illa cōfessione deducitur. Secundam illam quam dixi veriozem notationem tradit Philo ^c perpulchrè eò aptans, quod Lia edito Iuda, dicitur de-
fuisse parere. ^d Quia enim nihil habet humana mens quod Deo pariat, nisi laudem & confessionem summæ gloriæ ac magnificentiæ, rectè ex quo factum illum Deo fudit, cessat parere. Et est sanè in scripturis ea confessio satis frequens, vt notauit his verbis S. Augustinus. ^e
[Commemoratio vobis, confessionem in

^a h. m. 17
in Genes.

^b in collo-
quaneis ex
lib. 1. s. 4. r.

^c l. de plar.
Noë.

^d Genes.
29.

^e in psal.
137. ini-
2. o.

Scripturis, cùm confitemur Deo, duobus modis dici solere, vel peccatorum vel laudis: Sed confessionem peccatorum omnes nouerunt, laudis autem confessionem pauci aduertunt: Nam ita nota est confessio peccatorum, vt in quocunque Scripturarum loco auditum fuerit, *Confitebor tibi Domine:* aut, *Confitebimur tibi*, continuò iam consuetudo fit intelligendi, vt manus currant ad pectus tundendum: vsque adeò non solent homines intelligere confessionem esse nisi peccatorum. Sed numquid & ipse Dominus noster Iesus Christus, peccator fuit, qui ait in Euangelio, *Confiteor tibi Domine Pater cæli & terra?* Secutus enim ait, quid confiteretur, vt intelligeremus confessionem laudis eius, non iniquitatis:] Quare ab huiusmodi potiùs confessione ductum Iudæ nomen, verisimile est: tamen si altera notatio quam ex Origene referebam, non sit prorsus aspernanda. Quod verò præterea S. Fulgentius, Iudæ nomen à zelo deducit, minus commodè ad primæuam vocis significationem factum est, nec videtur approbandum.

a serm in
natale A-
postolorū.

Illu

Iudæ nomen, natales &c humana. 3

2. Illustre hoc nomen nactus Iudas, Apostolici Collegij probrum, & nouæ legis primus Apostata, non maiori se iure prodidit nactum Iudæ nomen, quàm filius discolor & patris optimi cordolum, nomen Absalonis quod interpretantur, *Patris gaudium*, aut, *Pax patris*. Vel quàm Rex, omnium quotquot vnquam Regis prætulerunt titulum, miserimus, nomen Adonibetec. Quod *filium fulminis* interpretatur Hieronymus: ^a *a de nom. Hebr.* quasi montem quendam fulminantem diceres, qui hostibus infensissimis ludibrium debuit. Nimirum pleraque sunt nomina grādibus significationibus quas cortice tenus præferunt; introrsum planè vacua. Et quamuis iuxta authorem libri de operibus Christi cardinalibus apud Cyprianum ^b in plerisque [non ^b *in prologo.* deest impositorum nominum secundum sensum suorum, effectuum certitudo] quod ille ex nominibus Abraham, Isaac, & Iacob, confirmat: Tamen non rarò, illustri nominis impositio, votum potius quàm læti euentus prænunciationem continuit: nec infrequenter eò dumtaxat spectarunt qui eiusmodi no-

men indiderunt, [vt in ipsis primordialibus peritiis, (verba sunt eiusdem prologi,) quædam præfigerentur commonitoria ingredientibus vitam, ne nomen eis esset ad ignominiam, si originalis naturæ traductio à consueto limite deuiaret, & à virtute Patrum degenerans indigna successio, monstri non hominis faciem exhiberet. Respicerent potiùs ad nomina vel officia sua, quorum inspectio honestæ conuersationis formam eis infunderet & doctrinam, vt honorificarent naturales causas & rationales disciplinas, nec in aliquo elementarias amaricarent dulcedines, vel primarias offenderent dignitates.] Pulchrè S. Chrysostomus^a ridens inania in plerisque grandia nomina, negat eos idcirco esse quod vocantur: [Quemadmodum & ego (inquit) non sum Ioannes, sed vocor Ioannes] quia nimirum *Ioannes*, idem sonat quod Dei gratiam; à qua ille se præ humilitate malè constitutum significare voluit, quamuis reuera quod Proclus^b rectè dixit magni nominis mensuram impleuerit. Sic se habent imposita ab hominibus nomina, nam de diuinis longè alia est ratio:

^a hom. 52.
in Act.

^b in Chry.
sostomi
laudatio-
ne.

tio: continent enim quod sonant. Vt propterea in Scripturis, quæ Diuino idiomate conscriptæ sunt, in nominibus ingentes plerunque auri massas, id est mysticorum sensuum effectibus suis non vacuorum fauissas latere, obseruarit S. Chrysostomus, ^a grauius alibi ^b succensens iis qui inter legendum scripturam transfiliunt catalogos nominum, tanquam rem inanem, & nullius fructus: Cum tamen nomina Deo authore vel suffragatore indita, certum contineant magnæ prærogatiuæ argumentum. Eoque spectat quod in scripturis, *vocari*, idem est quod *esse*, iuxta illud, *in Isaac vocabitur tibi semen*: id est *erit*: Et eodem sensu, *vocabo non plebem meam plebem meam*: ac denique *Filius Altissimi vocabitur*: id est *erit*. Quare mirum videri non potest aut nouum, quod impositum ab homine Iudæ nomen Dei confessionem ac laudem præferens, tam vacuum sensus sui, tamque egenum in proditore compertum sit.

3. Nomini pulcherrimo, ea dehoneftatio accessit à Proditore, vt quod in Veteri Testamento fuit gloriosissimum:

*a hom. 31.
in ad. com.
b hom. 2.
de verbis
Esaiæ.*

nunc ferale, & ominosum habeatur: nec sint qui eo nomine donatos velit liberos suos, quamuis vnum sanctum Apostolum, eodem nomine insignitum fuisse non ignorent, eiusque cognomen Thadæus, plerisque inditum reperiatur. Vix vnus aliquis apud Hieronymum ^a Iudæ nomen sortitus inter Christianos reperitur. Iudæus ille, Iudas nomine quem S. Helenæ locum defossæ Christi Crucis prodidisse memorat Beda, ^b & Gregor. Turon. ^c cum religione, nomen Iudæ abiecit, inter Iudeos speciosissimum, & in baptismo dictum Cyriacum, ^d eidem testantur. Quemdam meo tempore cui Iudæ nomen inditum fuerat in baptismo, desertio religiosi ordinis, & alia probra cum Iuda proditore communia infamæ appellationi consonantē præstiterūt.

Nomini accessit cognomen Ischariothes. Nam, *Simon*, quod itē pro Iudæ cognomine habet Beda, ^d non fuit cognomen Iudæ, sed nomen patris eius. Corruptè autem Beda ibi, apud Ioannem putat legendum, *Cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simoni Ischariotha*, legendum enim est, *Iudæ Simonis*, supple. *filio*. Vnicum

^a lib de
scriptor.
Eccles.

^b homil de
inuent S.
Crucis.
^c l. i. hi
stor. Franc
e. 36.

^d in c. 6.
Luca.

cum ergo Iudæ cognomen est Iscariothes, de quo iam olim nonnulla lis fuit. Nam quidam Hebræi idiomatis notitia leuiter tincti, à mercede tractum nomen autumarunt, referente Caninio. ^a Argumentum duxerunt ex eo quod Issachar, mercedem, interpretatur S. Hieronymus: ^b sed hi pauca quædam nominis elementa, quibus à reliquo nominis quasi corpore diuulsis, merces significatur, cum euentu impiæ mercedis à Iudæ captatæ componentés, indéque ductum cognomen arbitrantés, non perspexerunt, & lôgè ante captatam ex proditione sceleratam mercedem, inditum Iudæ cognomen illud: & eius notionem quam assignant, reuera solidam non esse: cum acciso dumtaxat nomini respondeat, sintque particulæ complures in eo cognomine, quæ illa notione non comprehendantur. Aptitis ea notio vt S. Hieronymus aduertit, enucleans nomina Hebraica ex Matthæo, cadit in cognomen *Issacharioth*, quod tamen non fuit Iudæ cognomen. Alibi D. Hieronymus varias sententias referens, & nulli definite adhærens, cognomen illud deduci:

*a l. de locis
Hebr. No-
ui Test. c.
13 in fine.*

*b de nom.
Hebr. ex
Genes &
ex psal.
108.*

posse ait à tribu Issachar: hoc eo nomine improbat Maldonatus, ^a quod ea notatione à tribu Issachar repetita, Issacharitem dictum oportuisset Iudam, non Ischariothem. Neque verò aspiratio addita voci Issachar, consentit cum voce Ischarioth, quæ per K lene, & non aspiratum scribitur, vt Villalpādus infra adducendus obseruauit. Itaque S. Hieronymus ex sua vt videtur mente, ^b Iudam dictum putat Ischariothem, à vico tribus Ephraim vnde ortus esset.

4. Germanam notationem cognominis *Ischarioth*, à se primùm excogitatã censet Caninius; & ex eo depromptam amplexi sunt recentiores, Maldonatus ^c & Baronius. Nempè dictum esse Iudam Ischariothem à patria. Apud Iudæos enim, vel à familia si nobiles essent, vel ab euentu quopiam, aut à patria, maximè ignobiles cognomen petebant. Sic Esdræ c. 2. viri Bethel, viri Netupha, viri Machmas, aliique ducto à patria cognomine memorantur. In Pirqueaboth, Antigonus, *Iffoco*, id est *vir foco*, siue *focæus* cognominatur. Romanum & Ierosolymitam Hebraicè, diceres, *Is Romé*, & *Is Ierusalaim*

^a *Matth.*
10. v. 4

^b *in c.* 28.
Esā.

^c *in Matth.*
10.

^d *anno*
Christi
32.

Iude nomen, natales, &c humana. 9

rufalaim. Virum Roma, virum Solyma. Itaque Iscarioth, vir Carioth, homo ex vrbe Carioth oriundus, Cariothensem Latine dixeris. Fuit enim Carioth, non Piceni oppidum vt ex scommate in Picentinos, quod Iudam ciuem haberent, retulit Faccius Vbertinus. ^a Et credidit infulse nimis Rubifius. ^b Sed vrbs in tribu Iuda, cuius mentio est in libro Iosue, ^c aliisque scripturis.

a l. 3. c. 2.

b l. 1. hist.

Lugd. cap.

14.

c c. 15.

Verum hæc quamuis ingeniosè ac subtiliter excogitata, nullo tamen solido fundamento nituntur. Nam si est in tribu Iuda vrbs Carioth, est quoque Moabitide vrbs Carioth, cuius mentio est apud Ieremiã ^d & Amos, ^e quæ debellata à Regibus Israël, cessit in sortem tribus Ephraim, in qua D. Hieronymus viculum Iscarioth patriam Iudæ proditoris constituit: cum quo consentit S. Cyrillus, & Adricomius ac Villalpandus postea referendi. Itaque incertum redditur cuius Carioth vir Iudas fuerit, nec definitè statui potest fuisse ex tribu Iuda & eius oppido. Imò si locus ille vnde Iudas cognomen traxit, dictus est Iscariotis, vt ex sancto Hieronymo retuli, euanesce

d cap. 48.

e cap. 2.

A 5



omnis illa subtilitas de Iuda Iscarioth, si-
ue viro Carioth. Nam illud *isch* quod as-
sumunt signare virum, erit pars nominis
designantis urbem, vnde Iudas hausit
cognomen, non autem nota viri. Et verò
potuissent Euangelistæ à quibus Iudas
Iscariothes semper dicitur, truncare
initium cognominis, & absque viri addi-
to Cariothen vocare. Quamuis enim He-
bræa cognominandi ratio exigit illam
viri appositionem ad nomen vrbs absq;
illo addito nominatæ, tamē Græcum aut
Latinum idioma, quo conscripta habe-
mus Euangelia, non postulat superfluum
illam geminationem nominis, virum in
actu signato exprimentis, quando ad-
ditio facta ad extremam vocem qua vrbs
denotatur, virum inde oriundum satis
designat: sicut qui vir Lugdunensis aut
Bethleemites appellatur, æquè commo-
dè absque viri addito appellatur Lugdu-
nensis, aut Bethleemites. Cum ergo Euā-
gelistæ, Iudam nunquam nominent Ca-
riothem, sed semper Iscariothem, idque
etiam apud omnes retrò Patres, & E-
uangeliorum priscos explanatores ser-
uatum videamus; ita vt quamuis interdum



I
dum
Scha
dum
nom
illud
vna
rioth
char
adie
tra c
quit
5
tria c
conc
fenti
lactu
Fort
nom
Rem
Scar
inde
viru
æqu
mo
dixi
S. H
tia d

dum nonnulli per aphæresim vocent *Schariothem*, nunquam tamen nominent dumtaxat *Cariothem*, prorsus eliso viri nomine; suspicio est non inanis, totum illud quod voce *Iscariothis* continetur, vnam vocem conflare, nec virum *Carioth* compactis duabus vocibus sed *Ischariotensem* vnico ac simplici nomine adiectiuo ab vrbe petito designare, contra quàm nouitium illud acumen antiquitati in compertum prodebat.

5. Quare ego quidem *Iudam*, à patria cognominatum *Ischariothem*, vltro concedo: in quo præter allegatos consentit S. Chrysostomus, ^a & Theophylactus, ^b qui nomen pagi fuisse ait *Iscara*. Fortè Græcè *Iscaris*, quod recideret in nomen à sancto Hieronymo relatum. Remigius, ^c nomen vici illius, ait fuisse *Scariothum*: quod ad rem præsentem perinde est. Dictum verò *Iscariothem*, quasi virum *Carioth*, nego certum esse aut æquè verisimile ac quod cum Hieronymo Hebraicorum locorum peritissimo, diximus. In causa namque pari, quando S. Hieronymus de cuius fide ac diligentia dubitare non licet, locum disertè signat,

a *hom.* 33.
in *Matth.*
b *Matth.* d
10.

c *Matth.*
26.

gnat, & eo quo dixi nomine appellatum tradit, æquius est ei adhærere quàm nuperis scriptoribus, nihil omnino in contrarium proferentibus, nisi ingeniosam rationem exponendi, quomodò Iudas dici potuerit Iscarioth, gratis supposito & nullatenus probato eo de quo agitur: nempe quod Iudas natus sit in Carioth. Nec aliud de Iscariothis cognomine occurrit dicendum.

Sanctorum Patrum nonnulli, Iudam nõ plenè Ischariothem, sed Scariothem, per Aphæresin appellarunt. Vt illi apud Varronem, *Ciconiam* accisa prima syllaba *coniam* vocitarunt. Ita S. Maximus^a & D. Augustinus, & Hilarius Diaconus^b ac Lucifer Calaritanus & insulsus scriptor cuius sermones de Cœna Domini, contrusi sunt inter D. Bernardi opera. [Scariothus (inquit)^c dicitur à vico in quo ortus fuit, qui alio nomine in marmotis dicitur, siue mala mors. Et meritò de mala morte fuit, quia sic mala morte periit.] legerat apud Hieronymum nomina Hebraica ex Matthæo enucleantem, Iscarioth interpretandum esse *memoriale Domini*: & posse etiam exponi *memoria*

^a homil. de Iuda.
^b in e. 9. ad Rom.

^c serm. 1.

mortis. Hanc ille memoriam mortis, in *mar-*
motis, & *malam mortem*, transformauit.
An quia versatus aut natus in ea Gallix
prouincia, in qua est *mala mortis* nomine
oppidum, vellétque Gentilem suum Iu-
dam statuere? Nam Gallum fuisse ser-
monum illorum scriptorem, hæc notatio
satis innuit. Et inductos ab hac eius in-
fulsitate in errorem fuisse, eos qui teste
Caninio^a Iudam natione Gallum fece-
runt, & Galliam tanto probro onera-
runt, est verissimillimum. Quid enim alio-
qui proditori tererrimo, in Iudæa electo
à Christo, sempérque inter Hebræos
versato, cum Gallia?

a de locis
Hebraicis
Novi Te-
stam. cap.
13.

6. Nec est quod quis obtendat
apud authorem quæstionum ad Antio-
chum, magno Athanasio perperàm in-
scriptarum^b, Francos item dici fuisse qui
Christū in Iudæa crucifixissent, quasi po-
tuerit Christi proditor Fræcus esse, si eius
carnifices Fræci fuerint: non est inquam,
quod quis hoc obtendat. Nam autor ille
Francos nominat Brutios, ex illa Italix
ora, quæ in multam defectionis, notata
est à Romanis eo probro vt carnifices
prætoribus per prouincias subministra-
ret.

b q. 108.

ret. Et quia toto Oriente ex quo Francorum nomen iteratis de Saracenicâ infidelitate triumphis inclaruit, omnibus Occidentalibus commune factum est, idcirco Athanasius ille recentioris ævi scriptor vel potius quæstionum illarum nouis factis additamentis amplificator; (non ipse quidem author primus, Damasceno plagulas illarum quæstionum inter disputandum de imaginibus allegante, Francicisque in Oriente victoriis, & deriuato inde vsu quem diximus, est antetior.) Ille inquam quisquis demum est interpolator qq. illarum gentis suæ vsu æmulatus, Francos vocauit, quos æquè Romanos nominat; id est Italos, quibus crucifixi Christi probrum affricat, non autem iis qui pressè ac propriè Franci dicuntur, & nomen suum in vniuersum Occidentem transfuderunt apud Orientales, Francicum robur, & cum fidei zelo, potentiam extimescentes. Nimirum sicut apud nos omnes infideles Orientales Turcæ appellantur, ita apud illos omnes Christiani Occidentales, ob causam propositam, appellantur Franci. Eadem appellationis laxitate author libri

bu
 bri de
 a Reg
 pian
 manc
 torib
 dam
 ex Re
 periu
 simo
 & om
 quàm
 uerit,
 & in
 nam
 sum
 que I
 tentia
 dicun
 strem
 bri au
 quet.
 ceptu
 les on
 presse
 quæst
 fumer
 tur G

bri de Antichristo suppositi Augastino,
² Reges & Regnū Frācorum videri cui-
piam possit pro eodem habere, cum Ro-
mano Imperio, & Romanis Impera-
toribus. Et in eum sensum allegat quos-
dam Doctores, affirmantes [quod vnus
ex Regibus Francorum, Romanum im-
perium ex integro tenebit, qui in nouis-
simo tempore erit, & ipse erit maximus,
& omnium Regum vltimus. Qui post-
quàm regnum suum fœliciter guberna-
uerit, ad vltimum Hierosolymam veniet,
& in monte Oliueti sceptrum & Coro-
nam suam deponet. Hic erit finis & con-
summatio Romanorum Christianorum-
que Imperij: statimque secundum sen-
tentiam, Apostoli Pauli, Antichristum
dicunt futurum.] Nihil tamen in hoc po-
stremo exemplo definitio, quia de illius li-
bri authore, & æuo quo scripsit, non li-
quet. Vnde constare non potest, an re-
ceptum nunc Orientalibus, Occidenta-
les omnes Francos appellandi vsum ex-
presserit; quod fecisse authorem qui
quæstiones ad Antiochum proposito as-
fumento oneravit, nō dubito. Hanc igitur
Gallici nominis contumeliam, qua
Iudas

*a sub libri
finem.*

Iudas natione Gallus affirmatur meritissimò suffixam à Caninio & nullius verisimilitudinis colore subnixam, ac vel quæ refellatur indignam, existimo derivatam ab insulitate sermocinatoris illius; quem referebam, *memoriam mortis, in marmotim*, hanc verò in *malam mortem* transmutasse, inconditè æquè ac imperitè.

7. Quanquam pago Carioth, vnde cognomen Iudæ deduximus, notionem malæ mortis vtcumque aptari posse, inficias non iuerim; Carioth enim, exterminium & internecionē sonat. Quo potest etiam accommodari, quod eo modo refertur ab Origene ^a [Audiui quendam exponentem patriam proditoris Iudæ, secundum interpretationem Hebraicam, exsuffocatum vocari, quod si ita est, magna conuenientia inuenitur nominis patriæ eius, cum exitu mortis ipsius: quoniam ex ipso laqueo se suspendens, prophetiam nominis patriæ suæ, suffocatus impleuit.] Fortassis sermocinatori prædicto, prima impingendi causa fuerit, cum ab aliquo inaudisset nomen pagi vnde oriundus erat Iudas, deductum ab excidio

asrac 35.
in Matth.

I
dio
nia
par
Heb
cam
prim
exist
H
cogn
Euar
nota
qui t
men
quod
per
men
posit
leris
simi
dæ,
bono
ut &
mun
tur la
eius
8.
huius

Iudæ nomen, natales, & c humana. 17

dio & clade, quæ malæ mortis sunt affinia. Fallente autem memoria, & fauente paronomasia, homo rei monasticæ quàm Hebraicæ peritior, notionem Hebraicam quæ Latinè per malam mortem exprimitur, Hebraicè marmotim efferri existimauerit.

Hæc de Iudæ proditoris nomine, & cognomine. Quod enim insuper addi ab Euangelistis quoties eius meminerunt, notat Abul.^a nempe *qui fuit proditor*, vel *qui tradidit eum*, cuius perperui additamenti sex causas ibi profert Abul. nō est quod à nobis tanquam ad Iudæ nomen pertinens, excutiat: cū sit agnomen, post Christum proditum, Iudæ appositum; partim ad detestationem sceleris ab omni retrò memoria horrendissimi: partim ad distinctionem huius Iudæ, à Iuda Iacobi, de cuius nomine in bonos omnes Christianos transfuso, sicut & de nomine Iudæ proditoris communicato Iudæis carnalibus philosophatur latè Hieronymus^b ad illud *fiant sely* eius orphani.

8. Ex dictis circa Iudæ cognomen, huiusque occasione circa patriam, li-

^a in c. 10.
Matth. 9.
42.

^b in psal.
108.

quet quid de tribu statui queat. Qui enim Iudam ex Carioth Iuda ortum cē-
 sent, vt Caninius, Baron. Serarius, in tri-
 bum Iuda eum transcribunt. Nos quia
 secuti S. Hieronymum, ex oppido tribus
 Ephraim natum diximus, in eandem tri-
 bum illum referimus. Et quanquam ar-
 gumentum non est omnino firmum,
 (quid enim vetaret hominem ex alia tri-
 bu, nasci in Hierusalem, quandoquidem
 secretio **tribuum** non excludebat paren-
 tes aditu vel habitatione locorum alte-
 rius tribus: sed tantum iure hæreditatis,
 ac possessionum in eius sorte:) Tamen
 quia procliuè est, vt parentes habitent
 vbi possessiones sunt nacti, verisimilis est
 illatio. Vnde Iudam quia natus est in op-
 pido tribus Ephraim, ex ea tribu fuisse,
 affirmat S. Hieronymus ^a tractans illud
 Esaiæ: *Væ corona superbia, ebrius Ephraim,
 & flori decidenti, gloriæ exultationis eius.*
 Quod iuxta Septuaginta vertendum est:
*Væ corona iniuriæ, mercenariis Ephraim:
 flos cadens de gloria super verticem montis
 pinguis.* Mercenarios itaque vocatos
 Ephraimitas à propheta censet Hiero-
 nymus, [propter Iudam qui de tribu (in-
 quit)

^a in c. 28.
 Isaia.

quit) Ephraim erat, & Dominum pretio vendidit qui vere flos Apostolicæ gloriæ cecidit super montem pinguiſſimum ſive iuxta Hebraicum textum ſuper vallem pinguium, id eſt Geſſemanim vallem, in qua Iudas Dominum tradidit.] Conſentit in eundem locum S. Cyrilus. Præmittens enim Prophetæ inſtitutum, & directã ad Iudæorũ proceres eo capite orationẽ, ſubdit. [Væ coronæ iniuriæ, id eſt proceribus: qui etiam mercede cõduxerunt Ephraim: ſcilicet eum qui eſſet è tribu Ephraim. Hanc námque ob cauſam facti ſunt velut flos cadens de gloria. Quemadmodum enim florum gloria eſt, ſine marcore eſſe, & in ſuæ naturæ pulchritudine conſpici, pari modo & in nobis ipſis poſſe intelligi arbitror. Quandiu enim verſamur, in quibus nos verſari conuenit, animæ noſtræ pulchritudinem diligenter cuſtodimus illibata. At mente noſtra ad ea quæ parum decet tranſuerſa, flos erimus cuius decora gloria deſluxit. Quod uſu venit Scribis & Phariſæis, mente, ſermone, conatibus, omnibũſque prodigioſis machinamentis, contra Chriſtum inſtructis.]

*a lib. 3. in
Iſaiam.*

9. Subscribunt præterea Hieronymo, Glossa ordinaria Isaia 28. Leo Castrius^a Adrichomius,^b & Villalpandus,^c qui eo latè trahit quod ab Amos c. 2. exaggeratur contra vniuersas decem tribus, quarum caput Ephraim. Extollit enim supra omnia scelera, quorum quædam atrocissima memorauerat, quod vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis: tam vili scilicet pretio, vt vix homo honoratus, comparare posset eo pretio calceos. Additque Propheta, ea ex causa subuertendam Carioth, & cum esset insignis ciuitas propter sua scelera redigendam in oppidulum aut mapale. Id quod etiam Ieremias c. 48. prænuñciat. Eodem modo locum illum Amos acceperunt qui aduersus Iudæos pugnarunt, Adrianus Finus,^d Galatinus,^e Rabbi Samuel scribens ad Isaac Israëlitam: ^f estque non improbabilis interpretatio, supposita ea quam dixi venditionis iusti exaggeratione, supra omnia alia scelera de quibus ibidem. Fit quoque non incongruum, vt ex ea tribu homo, in tantum scelus ne re permetteretur, quæ veræ olim apud Iudæos religioni ac pietati per Ieroboa-

^a in c. 28.

Isaia.

b in tribu

Ephraim

n 60.

c p. 1. ap

par. l. 3. c.

29 & 30.

d flagelli

Iudaorum

c. 47.

e l. 4. de

arcanis.

24

f epist. qua

habetur t.

6. Biblio

th.

num inuexerat exitium, & longa immanique idololatria, abscissionem suam à domo & regno Iudæ studiosè firmarat, & iis qui idololatriam affectatur & consequuntur scelerum apicibus se dehonestarat per tantum tempus. Quanquam quod non omnes inter Ephraimitas, etiam feruente idolomania, & recenti adhuc apostasia ad vitulos, eodem cœno oblinerentur, nihil inde contra Iudæ parentum probitatem, & rectam fidem, aut contra bona Iudæ initia, colligere licet.

10. Patrem ex tribu Ephraim sortitus est Iudas, *Simonem*. Vnde illa Iudæ apud Ioannem ^a cognominatio, *Iudas* ^{a e. 6.} *Simonis*: utique filius, pro more cognominandi Hebræorum. Hunc fuisse leprosum, & in Iudæ gratiam à Christo curatum, prodidit qui Augustini nomine ad fratres in eremo declamauit. ^b Homo ^{b serm. 28.} plerumque insulfus, nec satis concinnè ineptiens. Quamuis ut existimo non tam imponere lectori, & sua pro germanis Augustini fœtibus venditare, quo nomine à recentioribus maximè insimulatur, quàm stylum exercere propositum habuit, iis describendis quæ verisimile cen.

feret dicta à D. Augustino cum in seces-
 su esset, degeretque cum fratribus in
 cœnobio, quod impropiè eremum vo-
 cat. Qua ratione plerique alij qui palino-
 dias nomine quorundam describunt, vt
 quam nomine S. Hilarij circa peculiare
 placitum de Christi doloribus, à se visam
 scribit S. Bonaventura aut qui confuta-
 tiones aliorum nomine edunt, qualem
 Vigilius nomine Arhanasij contra Ar-
 rium, Sabellium, & Photinum scripsit, vt
 ipsemet testatur ^a & aliam Anastasius
 Sinaita sub nomine Flauiani Constanti-
 nop. vt ipsemet scribit: ^b qui inquam talia
 scribunt, non fucum lectoribus facere in
 animo habent, sed veritati ea ratione pa-
 trocinari, describendo quæ is qui aliàs
 errauit, dicere posset, dedoctus errorem;
 aut quæ strenuus quispiam veritatis pu-
 gil posset aduersus Ecclesiæ hostes in-
 torquere, si cominus pugnaret. Sic igitur
 proportione seruata mitiùs quàm recen-
 tiorum proceres de illo personato Au-
 gustino ratiocinor: quem antiquum esse
 non inficior, cum ob alia quæ ad illum
 pro vero Augustino obtrudendum, con-
 gerunt Ambrosius Coriolanus, ^c & Basi-
 lius

al s con-
 tra i. uty.
 ebem.
 b cap. 10.
 § 178.

e in de-
 fenf. Ere-
 mitarum
 S. Augu-
 stini veri-
 tate 7.

lius Poncius: ^atum etiam quia iam ab anno 830. in Concilio, sub Ludouico Pio ^b allegatus, comperitur. Hæc obiter de scriptore cuius symbolas aliquas in sequentibus non aspernabimur, tametsi infulsitatem, vt dixi, suam frequentissime prodat, & nominatim in puncto de quo agimus. Quia enim in Euangelio legerat Iudam fuisse filium Simonis, & ex Euangelio itidem acceperat fuisse Bethaniæ Simonem leprosum à quo exceptum conuiuio Christum scribit Matthæus, homo ridiculus, Simoni illi Iudam filium adscripsit, eumque in filij gratiam à Christo mundatum, commentus est: quæ quàm otiosè conficta sunt, nemo non videt. Nam quamuis Simonem illum, leprosum fuisse, sit satis verisimile, (non dico certum, quia potuit cognomen illud à lepræ aliqua similitudine, aut maiorum suorum, quopiam verè leproso retulisse, vt rectè vidit Maldon. ^c) eumque fuisse à Christo curatum benevolentia in Christum argumenta quæ homo Pharisæus edidit non inuerisimiliter astruant: Tamen fuisse in gratiam Iudæ à lepra sanatum, aut Iudam fuisse

*a l. 7. de
matrim. c.*

*l. n. 7.
bc l. 2.*

et 113.

*c Matth.
26. n. 6.*

eo parète procreatum, vnde fabulino illi in mentem venit? Eiusdem furfuris est, quod addit, Iudæ matrem Simonis vxorem, an potius scortum, vt Iudas spurius censeatur? cum paralyti laboraret, fuisse in Iudæ gratiam à Christo restitutam vigori pristino. Quod eadem fingendi licentia scribitur, qua quod de portentosa Iudæ cum matre consuetudine, ibidem habetur. Sed me tantæ insultatis, vel referendæ iam piget. Itaque abstineo eius confutatione, quæ superuacua meritò iudicetur à prudentibus, contentus dixisse, Iudæ patrem certò fuisse Simonem quemdam. Quis verò is Simon fuerit, quæ item eius Iudæ genitrix, omnino obscurum esse, nec ipsomet, si per eos staret, optaturos aperrius nosci, quos sola filij nequitia, & horrendum scelus, apud posteros nobilitauit.

II. Sic nascitur homo cui bonum erat si natus non fuisset, vt Christus ipse de eo pronuntiauit. ³ Circa quod Christi verbum iam olim certatum est inter Doctores, vestigantes quomodo Iudæ melius (positiuum enim loco comparatiui positum est pro Hebræorum & Græcorum

³ *Matth.*
16.

Iu
rum r
rare i
bus)
fuerit
absqu
ficent
accep
gi qu
tui po
tiuita
comp
quod
laten
statui
tus, &
Itaq;
xerit.
lem: I
miser
vt sis.
men.
xerat
fuli, p
miser
vbi te
esses,
& nu

Iuda nomen, natales, &c. humana 25
rum more, vt cum dicitur, *bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus*): quomodo inquam melius Iudæ fuerit, non nasci & accipere esse: cum absque illa fundamentali diuinæ beneficentiæ participatione, quæ sita est in acceptatione existentiae, nullum intelligi queat bonum hominis, cum quo institui possit comparatio, boni quod per natiuitatem sortitur. Subruitur enim illius comparationis fundamentum, eo ipso quod homo non natus, atque adeò nullatenus existens, alterum eius extremum statuitur. Quid enim boni homo non natus, & nullatenus existens habere queat. Itaq; D. Augustinus ^a [si quis (inquit) dixerit, nõ esse, quàm miserũ me esse mallem: Respõdebo, mentiris. Nam & nunc miser es, nec ob aliud mori non vis, nisi vt sis. Ita cum miser nolis esse, esse vis tamen.] Moxque ^b refellens eum qui dixerat, si priusquam fuisset, potuisset consuli, præelecturum fuisse non esse, quàm miserè esse. [Caue (inquit) ne hic erres, vbi te videre verum putas: nam si beatus esses, vtique esse quàm non esse malles: & nunc miser cum sis, mauius tamen esse

^a l. 3. de
lib. aab. c.
6.

^b cap. 7.

vel miser, quàm omnino non esse, cum esse nolis miser. Considera igitur quantum potes, quàm magnum bonum sit ipsum esse, quòd & beati & miseri volunt. Nam si hoc benè consideraueris, videbis te intantum esse miserum, in quantum non propinquas ei quod summè est: intantum autem putare melius esse, vt quisque non sit, quàm vt miser sit, in quantum non vides quod summè est. Et ideò tamente esse velle, quoniam ab illo es qui summè est. Si vis itaque miseriam fugere, ama in te hoc ipsum, quia esse vis.] Et absolutè quidem melius fuit Iudam, & quemcumque reprobum accipere esse, quàm non accipere: quod vnū ferunt quæ habet Damascenus respondens Manichæis, ^a & contra eos demonstrans, melius fuisse Diabolum accipere esse, quàm non accipere. Sed non est hoc de quo nunc disputamus: sed an melius Iudæ ipsi, aut Satanæ, vel cuiuscunque reprobo sit, non produci, quàm produci tam graui malo opprimendum.

12. Non vacat ergo difficultate, quomodò Iudæ melius fuerit non nasci, atque adeò nullo modo esse, quàm talem

eua

*2 dialog.
contra
Manich.
1157. 12.*

euadere, & tātis miseriis subiacere. Ger-
ræ verò Origenistarum, quas D. Hiero-
nymus in hunc Matthæi locum exhibet,
non est quod nos hīc remorentur. Aie-
bant enim melius quidem fuisse Iudæ
non nasci, quàm Christum proderi
& æternis cruciatibus obnoxium fieri,
non tamen melius illi fuisse non esse om-
nino. Nam animarum horrea, ante con-
fessionem earum cum corporibus, ad-
mittebant. Vnde natiuitas siue ex vtero,
siue in vtero, de eorum sententia, non
erat primum esse hominis quoad princi-
paliorem partem, siue animam. Atque
ita homo nullomodo natus, est capax
alicuius boni, taléque obuénisset Iudæ
iuxta ipsos, si eius anima in statu illo an-
teriore corpori non vinculata perstitis-
set. Hæc fabulosam hæresim alibi im-
probendam continent.

13. Itaque alij apud Syluestrum,
eodem Syluestro non improbante, ver-
bum *nascendi*, aliter acceperunt quàm
passim ferat vsus. Duplicem ergo natiui-
tatem distinxerunt; vnā ex vtero quæ
absolutè natiuitas dicitur, aliam in vtero,
quæ aliter dicitur conceptio. Conceptio-
nem

*1. in rosa
aurea tr.
2. in lita-
rali ex-
po. passio-
nis Dom.
secundam
Matthæi.*

nem enim appellari aliquando natiuitatem, docent illa Angeli de Christo intra matris vterum adhuc abdito. *Quod in canatum est.* Quare licet melius futurum esset Iudæ non nasci ex vtero matris, quàm adeò immanibus suppliciis obnoxium fieri: tamen iuxta hos authores, non erat ei melius futurum, non nasci in vtero & accipere esse, cum translatione ab vtero ad tumulum. Sic enim Iudas expers culpæ actualis obiisset, nec fuisset obnoxius pœnæ sensus, sed sola parentali labe inquinatus fuisset, qui status potior & optabilior videtur secundum rectam rationem, quàm status nihili, & existentiae nunquam adeptæ. Non defuerunt qui natiuitatis vocem in Christi oraculo mysticè acciperent, & de vocatione ad Apostolatam interpretarentur. Sicut enim Christiani dicimur nasci denudò, & regenerari in baptismo: ita vocatione ad Apostolatam & primitias spiritus participandas, speciem natiuitatis habuit, de que ea natiuitate locutum Christum, dixerunt quidam, eodem referente nec improbante Syluestro: est que iuxta eos oraculi sensus, melius futurum Iudæ,

Iudæ
 & c
 migra
 diuin
 ingra
 dem
 natiu
 meli
 tam
 flant
 mox
 priu
 futu
 acci
 noli
 cum
 nati
 dem
 id e
 iudi
 hab
 biu
 qua
 ei fr
 ille.
 nin
 v. g

Iudæ, si ad Apostolatam non vocaretur, & communi Iudæorum sorte ex vita migraret, quàm post tot & tam largos diuinæ in se beneficentiæ imbres, tanta ingratitude contaminari. Additur ibidem & alia interpretatio, de spiritali natiuitate ex patre diabolo: vt sit sensus, meliorem futuram fuisse Iudæ sortem. si tam dirum scelus non concepisset afflante Satana, eodémque obstetricante mox edidisset. Tandem S. Bernardus ^{a serm 35} _{in Carr.} priuationem natiuitatis, quam meliorem futuram arbitratur Iudæ ac damnatis, ita accipit de humana natiuitate, vt tamen nolit ea exclusa omnino removeri quâcunque natiuitatem sed perstare saltem natiuitatem belluinam. [Homines quidem (inquit) merito ignorantia, ignorari id est, reprobari, & ad tremendum illud iudicium, stare, & igni perpetuo tradi habent, non autem & pecudes. Nec dubium fore, deterius his, qui sic erunt, quàm his, quæ omnino non erunt. *Melius ei fuerat* (inquit) *si natus non fuisset homo ille.* Non vtique si natus non fuisset omnino, sed si natus non fuisset homo, sed v. g. aut pecus, aut alia quæpiam creatu-

ra, quæ quoniam iudicium non haberet, ad iudicium non veniret, ac per hoc nec ad supplicium.]

14. Sed quia hæ interpretationes, & natiuitatum distinctiones, nonnullam vocis detorsionem & aliqualem oraculi à Christo editi violentiam continent: rectè maior ac potior pars Doctorum, de natiuitate quacunque verè dicta, nec nisi humana, illud accipiunt, vt sit sensus melius futurum fuisse Iudæ si non nasceretur, siue in vtero, siue ex vtero: atque ad eò si nullomodo acciperet esse, quàm si nactus existentiam, præcipitandus esset in tantâ miseræ abyssum, quantam incurrit tam atrociter peccando. Vbi vulnus inflictum ex Augustino recrudescit, vel potius perstat non obductum. Neque enim apparet, quomodò Iudæ nullomodo existenti, futurum fuerit aliquid melius: aut quomodò purum non esse, dicatur melius quàm esse, tametsi miserum & cum quacunque calamitate, etiamsi æterna. Nam neque damnatis, melius esse omnino non esse, quàm damnatos esse, confirmari videtur illis D. Augustini rationibus * quibus demonstrat, memini

Iudæ
nemi
eligib
(inqu
uenie
miser
quàm
tem,
nullo
quod
dem
le deb
Non
buisi
est, m
velle
quod
te id
quod
cum a
fiat. M
non e
re vt
das,
non e
plicii
nulli
Christ

nemini secundum rectam rationem præ-
eligibile esse non esse, quam esse. [Illud
(inquit) vide quam absurdè atque incon-
uenienter dicatur, mallem nõ esse quam
miser esse. Qui enim dicit, mallem hoc
quam illud, eligit aliquid. Non esse au-
tem, non est aliquid, sed nihil: & ideò
nullo pacto potes rectè eligere, quando
quod eligas non est. Dicis velle te qui-
dem esse cum sis miser: sed non hoc vel-
le debuisse. Quid igitur velle debuisti?
Non esse, inquis, potius. Si hoc velle de-
buiisti, hoc est melius: quod autem non
est, melius esse non potest. Non ergo id
velle debuisti, veraciórque sensus est,
quod id nõ vis, quam opinatio per quam
te id velle debuisse arbitraris. Deinde
quod quisque rectè eligit appetendum,
cum ad id peruenerit, necesse est melior
fiat. Melior autem esse non poterit, qui
non erit. Nemo igitur rectè potest elige-
re vt non sit.] Ergo ne ipse, quidem Iu-
das, optare potuit & sibi melius ducere
non esse, quam futurum esse æternis sup-
pliciis obnoxium. Qua expositione non-
nulli inter quos Maior, & Maldon. ^a *Matth.*
Christi effatum intelligendum censue-
runt, ^{26.}

runt, ponderantes ^{to illi}, id est secundum eius opinionem & sensum.

15. Hæc ut componant Doctores nō pauci ex iis qui natiuitatem eo quem dixi modo vsurpant, distinctione vtuntur eorum quæ damnatio complectitur. Est enim in damnatione, æterna miseria pœnæ, simulque æterna culpæ miseria. Si igitur seorsim spectetur miseria solius culpæ, sic fatentur bonum futurum fuisse Iudæ nō esse, idque licitè ab eo optari potuisse, & posse nunc à quocunque peccatore. Quilibet enim, ut Syluester supra tanquam certum statuit, eligere potius deberet excidere omni esse, illudque nunquam fuisse sortitum, quàm in Deum delinquere, siue mortaliter, siue venialiter: quia quilibet plus Deum diligere astringitur, quàm seipsum. Quæ ratio æquè concludit de miseria culpæ, iuncta cum miseria pœnæ sensus. Probatque esse melius, non esse, quàm esse in culpa & pœna æterna. Si autem spectetur seorsim miseria, ^a solius pœnæ, sic dicunt non futurum fuisse melius Iudæ non esse quàm sic fore. Et idem de quouis alio damnato pronūntiant, negantque licuisse

a dialog.
contra
Manich.
¶ 3.

I
licui
dest
ante
re. L
Sylu
dem
opus
mæ
psa
splen
I
æteri
spect
Iudæ
turan
omni
nium
subia
dem
optar
confe
fertin
mat e
tus, A
Soto,
nium
adduc

licuisse Iudæ, aut licere damnato cuius, destructionem suam omnimodam & antecedentem non existentiam expetere. In quam sententiam quoddam refert Syluester supra, nec ab ea abhorret. Eandem tuetur Titelmanus, ^a & author opusculi de prædestinatione Diuo Thomæ adscripti, ^b ac Briansonius. ^c Et re ipsa eodem recidit Ruis, ^d latè verò ac splendide Pineda. ^e

a Matth. 26.

b e 7.

c in fine

4 q. 17. co-

roll. 2. lite-

ra P.

d Diss 17.

de prædest.

f 2.

e in c 4.

Ecclesia-

stis v. 3.

disgressionē

de hoc ar-

gumento.

f Quod

lib 1. q.

20.

g in 4 d.

50.

he ad dist.

q 1 con-

clus 2.

15. Mihi siue culpam siue pœnam æternam culpæ actuali reponendam spectemus, longè probabilius apparet, & Iudæ & cuius damnato melius fuisse futurum, si non fuisset vnquam, aut natus omnino destrueretur quàm si in amarium illorum tormentorum atrocitati subiaceat: & idcirco etiam existimo, iisdem fas esse præeligere aboleri, idque optare, quàm tales perstare. De culpa consentiunt omnes ferè Doctores: præsertim Heuricus ^f qui multis id confirmat ex Aristotele. Item Durandus, Scotus, Aquilanus, Mayro, Bassolis, Gabriel, Soto, aliique: ^g si vnum excipias Rubionium: ^h & sufficienter euincitur, ratione adducta ex Syluestro. Nec rationes ex

D. Augustino propositæ, hanc partem labefactant. Nam quamuis qui prorsus aboleretur & non corpore tantum sed & animo pessum iret, nullam retineret bonitatis sibi aduenturæ capacitatem physicam, quæ in ente prorsus abolito ne intelligi quidem potest: tamen etiam qui prorsus abolutus est, censetur habere possessionem maioris boni negatiui, quod est exclusio tanti mali quanto premebatur cum existeret. Ita ut sicut qui obiit dicitur retinere ius famæ, sic qui prorsus excinderetur, subduceretur miseræ illi summæ de qua agimus: & eatenus ita se haberet, ut melius illi esset omnino nunquam fuisse, aut nunc non esse, quam sic esse ut antè erat. Id est quilibet prudens rectè librato infœlicissimo statu illius hominis quando existit, satius duxerit, & iure præoptauerit, nunquam fuisse aut nunc non esse, quam sic esse, & ita deformatum Deoque iniurium perstare, si alia via tanti mali auertendi non suppetat: ut sanè non suppetit damnatis via vlla, culpam actualem qua sordent, obliterandi. Ad eum porrò statum perueniens homo, eatenus melior fieret, quatenus tam
magnum

I
mag
tia
pote
foret
lition
vrge
eam
su)m
æter
orsin
dam
ratio
omni
ment
longè
quide
iucun
test ex
ne est
afflic
est po
coniu
cto, l
combu
protra
deuolu
in ma

magnum malum excuteret, cuius carentia summum quoddam bonum censeripotest, etiamsi physicè & entitatiuè nihil foret: sicut & subiectum eius, totali abolitione nihil fieret physicè.

27. Quod si rationis proposita non virgent quoad culpam; (ut sanè quoad eam imbelles sunt, omnium ferè consensus) minimè censendæ sunt virgere quoad æter nam pœnam sensus, solitariè & seorsim à culpa spectatam: ac proinde damnato melius est, & secundum rectam rationem optabilius, carere existentia, & omnino aboleri, quàm perstare in ea tormentorum atrocitate. Est enim malum longè grauius, quàm non esse: quandoquidem cum eo malo, non modò nulla iucunditas, nullusque fructus percipi potest ex vsura existentia, quod ei commune est cum non esse; sed insuper ingens afflictio ac vexatio subitur, cui locus non est posito non esse. Sicut capitis abscissio coniuncta cum non esse celerius inuento, longè mitius malum est, quàm viui comburium lentum, cum misera vitæ protractione. Atque adeò prompta illa deuolutio in non esse, condita negatione

& præcissione tanti incommodi, veluti
 fapidiior & melior est, quàm vita paulo
 diuturnior, cum tanta mole crumnarum:
 idem ergo proportione est in re præsen-
 ti. Itaque sapienter D. Hieronymus ^a
 [melius est, nō esse quàm ad tormenta es-
 se.] Item Victor Antioch. [Satius est mul-
 to, omnino non esse, quàm tantis miseris
 & calamitatibus, perpetuò obstrictum
 esse.] Pseudoaugustinus quoque ^b [Me-
 lius est omni esse, carere, quàm in infer-
 no iacere.] Et agit aperte de cruciatibus,
 ne quis obtēdat, hoc dictum obperstan-
 tem malitiam. Eadem legas apud Be-
 dam, Theophilactum, Drutmarum,
 Anselmum, siue Marci 14. siue Matthæi
 26. Annunt scholastici plerique, quos
 profert Salas ^c & Victoria, ^d ac Grana-
 do, ^e Neque refert quod interueniente
 damnati abolitione omnimoda, euerte-
 retur concinnitas illa quæ efflorescit ex
 Diuinæ iustitiæ manifestatione, & re-
 pensione condigna supplicij ob nequi-
 tiam. Hoc inquam, vt rectè vidit Cartu-
 sianus, ^f non refert: quia supplicia quæ
 possunt optari non esse, non spectantur
 vt iusta, aut iustè inflictā; sed præcisè vt
 afflicti

^a Marci
14.

^b ferm. 26.
ad fratres
in eremo.

^c 12. tract.

13. disp.

15. n. 55.

^d relect. do

homicid. n.

22.

^e 1. p. 2.

tract. 8.

disp. unica

sect. 5.

^f in 4. d.

50. q. 1. in

fine.

afflictiva, & non ciua naturæ. Supponimus ergo vt certum, non licere intendere Diuinæ iustitiæ decreta eneruari, & euigescere prouidentiam mala malis rependentem. Sed loquimur, hoc supponendo, & præcisè spectando quid personæ illi melius & optabilius foret secundum seipsam. Adde quod supposito Diuino decreto, non tenemur ei confirmari in voluto materiali, vt loquuntur, sed tantum in formali.

16. Verissimè ergo, in simplicissimo verborum sensu, pronuntiatum est à Christo de Iuda; væ illi ob atrocissimum scelus proditi Dei ac Magistri benignissimi, meliùsque illi futurum fuisse, si nunquam fuisset, aut melius fore si conditus aboleretur omnino, quàm accepisse esse, illudque retinere, & interim tam immani scelere pollui, eique comitante calamitate æterna obuolui: idque ipse Iudas, si saperet, præoptaret, serioque malediceret nocti in qua dictum est, conceptus est homo, & in eam cõclamare posset multo potiori ratione, quàm Iob in horam conceptus sui. Id quoque parentes, tam infœlici sobole infœlices, filio

optare iure poterant, prole destitui, præ-
elicientes tantæ eius infœlicitati. Nec
erat quod aliqui, hyperbolem, atque
ad eò spectato nudo externo verborum
cortice, falsitatem in eo Christi pronun-
tiato admitterent; cum non modò se-
cundùm popularem loquendi modum
(& vt loquuntur) vsualem locutionem,
sed in omni rigore metaphysico, verum
sit, quod Christus dixit: vt hætenus mon-
stratum est, & benè præ cæteris attigit

^a *Matthæi* Beda.^a

26.

28. Claudio quæ ad hoc caput
spectant, commemoratione placiti quod
apud plerosque vulgatum video, nempe
quòd Iudas ad coniugalem ætatem pro-
uectus, illigatus fuerit coniugio & libe-
ros susceperit. Ita censuerunt quotquot
furtorum eius originem repetunt ex ni-
mio suorum amore. Vxori namque & fi-
liis quos reliquerat, quæ de oculis suffu-
rabatur, donasse, non pauci scribunt: &
nominatim Gulielm. Parisiensis^b. S. item
Chrylostomus, ea demonstratione qua
cõfecit Christum esse Deum, inter alias
prophetias de Christo, quas ad vnguem
expletas docet, eam commemorat quæ
de

^b *1 de mo-
ribus c. 7
in fine.*

de Iuda habetur Psal. 108. Et ad literam accipit, quæ ibi dicuntur de vxore eius vidua, ac filiis orphanis: Subscribuntque ad eundem Psaltis locum Lyranus, Ayguanus, Dionysius, Ludolphus, Turrecremata & alij: quibus præiuit S. Augustinus, qui in priore illius psalmi enarratione quæ est de Iuda, simpliciter de Iudæ vxore & liberis accipit, quæ ibi de vidua & orphanis dicuntur. Idem habet Eusebius. ^aQuod autem S Hieronymus, ^bTertullianus, ^caliique nonnulli omnes Apostolos præter Petrum cœlibes statuunt, non videtur repugnare. Nec enim videntur proditoris rationem habuisse: sed quod de Apostolis dicunt, (verè ne an secus, nūc non ago, de quo videndus Benedictus Iustinianus ^d) spectat ad reli-

*a l. 10. de
demonst.*

in 3.

*b l. 1. con-
tra Iou-
nian.*

*c l. de Mo-
nogam.*

*d disp. 1.
proœm. ad
Pauli epi-
sto. c. 4 n.*


14.

a in psal,
108.

Scripturæ silentium circa Iudæ vxorem ac liberos, S. Hieronymus^a arripuerit ad cœlibatum Iudæ aſtruendum, & in ſenſum myſticum accipienda omnia quæ ibi habentur de Iudæ vxore ac filiis, video quoque nihil eſſe, quod hanc partem validè firmet.

*Bona Iudæ initia, & allectio in Chriſti
disciplinam.*

CAPVT II.

I.  VIVSMODI fuerit Iudæ vita, priuſquàm à Chriſto Domino cooptaretur in Apoſtolum: quæ illi functio, aut opificium, qui mores, quotus præciſè ætatis annus, ſilente ſcriptura, ſerèque Patribus, diuinare non poſſumus. Tantum apud aliquos modicè fidei authores, quædam memorantur apoſtolatu eius anteriora, ſclerum portenta: vt apud perſonatum Auguſtinum ad fratres in eremo declamitantem, narratur inceſtatio matris. Apud alios, vt refert S. Antoninus,^b cædes patris ſui. Apud alios

b tit. 6. c.

alios
Regi
Æſo
D
Rup
fuiſſe
cum
tus h
ficati
cètè c
tem
pecu
quan
terna
obdu
ab e
His
peltu
riſſim
nunc
ceto,
idcir
mali
illū,
dixe
Anc
catur

alios à S. Vincentio relatos, ^a cædes filij Regis Scarioth: quæ ad amplificandum Æsopi opus, possunt conducere.

*a serm. in
ser. 3. ma-
ioris heb-
dom.*

Discutiendum potius videtur, quod à Ruperto asseritur: Iudam semper malum fuisse: & ab initio pessima fide egisse cum Christo, nec mores cum Apostolatus honore mutasse. Itaque neque iustificationis gratiam adeptum, quippe fictè conuersum, & in peccatis perstantem, neque verè vnquam de beato Dei peculio fuisse, sed semper pessimum: quamuis virtutis aliquam larvam & externam speciem, abditæ interiùs malitiæ obduxerit, cum ad Christum accessit, & ab eo cooptatus est in sacrū Collegium. His rationibus in Iudam conclamat Rupertus variis locis: sed breuissimè ac clarissimè Ioan. 6. [Filius perditionis (inquit) nunquam bonus fuit, nec de bono electo, malus factus est. Sed quia malus erat, idcirco ad opus necessarium, ab eo qui malis benè vti nouit, electus est: & apud illū, pro malo semper habitus est.] Idem dixerat VViclephus apud Valdensem. ^b Anceps est Origenes. ^c Nam Iudam vocatum, sed non iustificatum, cum dixit-

*l. l. i. doct.
c. 21. num.
4.
c. l. 7. in
epist. ad
Rom.*

set; subdit: si tamē iustificatū quis voluerit, at certē glorificatum nō esse, & excidisse iustificatione comparata. Ex recentioribus apertē ita sentit Abulensis. ^a Imo erit qui ne vocatum quidem, & à Christo electum ad Apostolatū dicat: cum videatur eius electionem negare Evangelista, vt aduertit S. Augustinus. ^b

^a cap 20.
Matthai
9. 41. & c.
10. 9. 43.

^b tract 59.
in Ioan.
initio.
c cap 3.

2. Cæterum, vt rursus infra dicam, de Iudæ electione ad Apostolatū non potest esse dubium, cum id Christus ipse Ioan. 6. disertē profiteatur: quamuis non sit Iudas electus ad gloriam & speciali electione sanctorum, vt S. Augustinus pauloante aduertit Quoad iustitiam verò quem nulla irrefragabilis authoritas, nulla idonea ratio noxium probat, præstat pro innoxio habere: præsertim cū grauissimi Patres, Iudæ initia optima statuunt, quamuis sensim comederint alieni robur eius, ipso ignorante. Paucos è plurimis appendere, superuacuum non fuerit.

^c l. contra
Manicha-
95.

Didymus sanè ^c vt apertū hoc statuit, tractans illud Christi de Iuda *vnus ex vobis diabolus est*. Sic enim scribit. [Diaboli nomen non substantiam, sed voluntatem

tem

tem
hom
nom
prop
dam
cim
est?
dixi
enim
bolu
erat
Eled
virtu
tem
ad p
tur.]
3.
nym
enim
iecti
ritor
prop
Mat
batu
nec b
rony
quor

tem declarat. Ac Iudam quidem, cum homo alioqui esset, diabolum Dominus nominauit non propter substantiam, sed propter voluntatem, cum numerans Iudam in discipulis, dixit eis, *nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis Diabolus est?* Et subiungit Euangelista, *hoc autem dixit de Iudæ, qui cum proditurus erat.* Si enim propter futuram proditorem diabolus vocatus est. non iam tunc diabolus erat, quando cum omnibus electus est. Electus enim cum omnibus est, propter virtutem quæ tunc in eo erat. Tunc autem appellatus est diabolus, quando quæ ad proditorem spectabant, operabatur.]

3. Idem manifestè tradit S. Hieronymus, ^{a l. 2. in Io. uin.} impugnans Iouinianum. Sumes enim refellendam excucullati illius obiectionem, aduersus peccatorum & meritum inæqualitatem in 4. Iouiniani propositione negatam, proponit locum Matth. 7. ex quo Iouinianus argumentabatur. *Arbor mala fructus bonos non facit, nec bona malos.* Ad hoc ita respōdet Hieronymus, [Si hoc ita est, responde mihi, quomodo Paulus, cum esset arbor mala,
perfe

persequens Ecclesiam Christi, fecit postea fructus bonos? & Iudas, cum esset arbor bona, signa faciens cum Apostolis, postea versus in proditorem fecerit fructus malos? Tamdiu ergo nec arbor bona malos fructus facit, nec mala bonos, quamdiu vel in bonitate sua, vel in malitia perseuerat.] Eadē habet Matth. 7. Et Ezech. 20. ad illud, *hæc dicit Dominus*. Rursusque alibi ^a hæc verba habet. [Non quærentur in Christianis initia, sed finis. Paulus malè cœpit, sed benè finiuit. Iudæ laudantur exordia, sed finis prodicione damnatur.]

^a *epist. 10. initio.*

^b *l. 4. epist. 81.*

^c *lib. 1. e. pist. 72.*

Planè consentit Isidorus Pelusiota ^b expendens citatum Matthæi locum, aduersus alium errorem, qui vt ibi & alio item loco ^c refert, ei loco Matthæi inædificabatur à quodam, existimãte ouerti ex eo peccatoris pœnitentiam. E contrario enim sic disputat Isidorus. [Illud autem, non potest arbor mala fructus bonos facere, non tollit pœnitentiam, sed redarguit commorationem in consuetudine vitiorum. Nam dum mala est, non potest fructus ferre bonos: vbi verò mutata fuerit atque conuersa ad virtutem,

tunc

tunc
libus
tio. Si
exem
quod
libera
acce
lis ar
quon
ne? a
non
canit
Iuda
hond
pacte
nes. c
ratio
impr
proc
4.
per
expr
man
con
est
dra
sper

tunc feret. Si enim de arboribus (naturalibus) sermo fuit Saluatori, tua vincat ratio. Sin autem de hominibus, loquitur, ac exemplo siue similitudine vsus est: (Nam quod arboribus est natura, id nobis est libera voluntatis electio,) euertatur & accedat veritati, tua suspicio. Nam qualis arbor esse tibi videtur Petrus? bona? at quomodo Christum abnegauit? Mala ne? at quo pacto omnis terra, & nullum non mare, ipsius certamina & trophæa canit? Qualis deinde arbor tibi videtur Iudas? mala? At quomodo Apostolico honore dignus est habitus? bona? at quo pacto Christum prodidit? verum si omnes, quæ in hominibus contigerunt, mutationes in medium producere coner, imprudens magnam orationis copiam produxero.]

4. Origenes^a ex loco psalmi 40. per Christum Dominum paraphrasticè expresso, confirmat quod diximus. [Qui manducat (inquit) panem meum, sustulit contra me calcaneum suum: translatum est *ὁ ἄσπετος* dictum hoc, à psalmo quadragesimo sic habens, *homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnifica-*

*a tomò
in Ioan.*

uit

uit aduersum me supplantationem. Quod dictum Seruator, de Iuda, ac seipso dictum fuisse, inquit. In quo quæres, quomodò homo pacis Iudas fuerit, & quomodò Seruator in eum sperauerit. His verbis ergo declarari arbitror, Iudam aliquando syncerè credidisse. Neque enim, ni aliquando fuisset filius pacis, misisset eum Dominus cum cæteris Apostolis: eique dixisset (nam ad duodecim scriptum est eum dixisse) *Dicite pax huic Domui, & si illic fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra, sin minus, ad vos reuertetur pax uestra.* Proinde vide post quanta diabolus immiserit hæc in cor eius, aduersum Seruatorem, & quia dictus est paulo ante fur esse, non opinor, quòd marsupium, ei concreditum fuisset, si à principio fur fuisset, sed dignus cum esset, cui illud crederetur, (etiam si eum præscisset lapsurum Iesus) illius illi cura credita fuit, fuitque tantus homo pacis Christi, vt in eo velut bono Apostolo bonam spè habuerit aliquando Iesus. Considera enim illud, *in quem speraui.* Proinde meum est iudicium, sermones eum occultos, & firmissimos, ac
maxi

maxi
fet, I
xit, q
idem

S.
impie
cum
iustu
diabo
gem

5.
ne d
initii
nom
Pfal
bige
pore
forti
fuisse
disse
moni
quia
Sed
adsc
est,
eius
nes q

maximè nutrientes, quos à Iesu accepisset, Iudæis communicasse, de quibus dixit, qui edebat panes meos.] Rursus alibi idem confirmat.^a

S. Ambrosius^b tractans illud, *in locis impiorum ingemiscunt iusti*, ait, Iudam cum Apostolorum numero neceretur iustum fuisse, sed quia supplantatus à diabolo est in locis nunc impiorum ingemiscere. Similia Theodoretus.^c

5. Apud Cassianum^d Abbas Ioseph, ne dubitare quidem finit de bonis Iudæ initiis. Sic enim concludit quæ de Iudæ nomine è libro viuentium deleta, iuxta Psaltem, præmiserat. [Non est ergo ambigendum, etiam Iudæ nomen, illo tempore quo electus à Christo, Apostolatus fortitus est gradum, in libro viuentium fuisse conscriptum, ac pariter eum audisse cum cæteris. *Nolite gaudere quia demonia vobis subiiciuntur, gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Sed quia philargyriæ peste corruptus, de adscriptione cœlesti ad terrena deiectus est, competenter de eo ac de similibus eius dicitur per Prophetam: *Domine omnes qui te derelinquunt, confundantur, receden*

^a homil. 6
in Exod.
^b in psal.
47.

^c q. 12. in
Exod.
^d coll. 17.
c. 26.

cedentes à te in terra scribatur, quia dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum.] Idem Cassianus alibi, ^a abiectas à Iuda ad Christi disciplinam se aggregante, pecunias, aperte tradit: addens hanc fuisse illi ruinæ causam, quod in concepta caducarum facultatum despicientia malè nutauerit. Hauerat id Cassianus à magistro suo S. Ioanne Chrysostomo: qui ^b ad Iudam quoque pertinuisse ait, illam Christi promissionem, ad spiritu pauperes qui omnia abiecerant, & secuti ipsum essent: *Sedebitis & vos super sedes duodecim*: Postea tamen per oscitantiam, & obrepentem nequitiam, gehennæ filium factum esse.

Neque sanè Christi eum in discipulum ac veluti domesticum asciscens, summa sapientia & bonitas patitur, vt improbum asciscisse credamus, vel ignorata eius malitia, vel non deterfa. Nam scientiam penitissimorum cordis recessum cuiusuis hominis negare Christo, etiam quoad intellectum creatum, citra hæresim non licet. Bonitas verò qua Matthæum Publicanū (id est vt S. Chrysostomus definit, publicè probatum prædonem

27. inf. c.
14.

b hom. 27.
in Math.

done
voca
sanct
mun
uit, c
riore
bilen
quor
tame
Chri
eius
fuisse
gine
do nu
Pauli
ante
Hilar
furos
cessat
sonar
Scario
Script
erat i
rioth
est for
digiis
steriu

donem) & postea blasphemum Saulum, vocatos ad cœleste ministerium, subica sanctitate compleuit, & eadem opera ad munus illud ac iustificationem promouit, omnino persuadet, licet Iudæ anteriorem vitam apud Deum minùs probabilem fuisse daremus, (qualis forte reliquorum etiam Apostolorum fuit) in ipso tamen puncto vocationis ad sanctam Christi Societatem, & allectionem in eius familiam, vberis gratiæ affusione fuisse mundatam, & omni labe ac rubigine deterfa planè purgatam. Imò quando nulla anterior Iudæ, & Matthæi, & Pauli macula proditur coniectura est, antè quoque nituisse. Argumentum est Hilarij Diaconi^a [quos scit in bono manfuros, aliquoties priùs sunt boni. Vnde cessat querela, quia Deus acceptor personarum non est. Nam & Saul, & Iudas Scarioth, antè fuerunt boni. Dicente Scriptura de Saul: *Erat vir bonus, & non erat illo melior in filiis Israël.* Et de Scarioth dicit Petrus Apostolus: *qui sortitus est sortem ministerij huius in signis & prodigiis faciendis.* Quomodo igitur ministerium salutare sortiretur, nisi esset bo-

^a in commentariis
Ambrosij
perberam
inscriptis
in e. 9. at
Rom.

nus? In forte enim Dei, iudicium fuit dignum illum fuisse tempore illo quo electus est.]

a collat
27. c. 26.

6. Insinuat id ipsum Cassianus. ^a Imo ob exactam probe vitam vocatum à Christo, & sanctitate simul ac familia Christi donatum, velle videtur. Locus est lubricus quem dignum sit non perfunctorie prætergredi. [Illud præ omnibus (inquit) inæstimabilis illa censura nos instruit, quòd cum sit ei ante ortum, vniuscuiusque præcognitus finis, ita ordinatè ac ratione communi, & humanis quodammodo omnia dispensat affectibus, ut non potentialiter nec secundum præscientiæ suæ ineffabilem notitiam, sed secundum præsentis hominum actus vniuersa diiudicans, vel respuat vnum quemque vel attrahat, & vel infundat quotidie suam gratiã, vel auertat. Quod ita esse etiam illa Saulis manifestat electio, cuius utique cum vituperabilem finem præscientia Dei ignorare non posset, de tot millibus Israël elegit eum & vixit in Regem, præsentis in illo meritum vitæ remunerans.] Mox in eandem sententiam, exemplum Iudæ proponit, quem

que
 Saul
 nera
 V
 num
 hom
 ror et
 tiam
 præi
 actio
 turæ
 nec s
 tas a
 hoc v
 Iuda
 se in
 reret
 est.
 in To
 rorem
 suppe
 ret,
 Chris
 que 7
 mē H
 nitum
 tem i
 sedit

quem proinde similiter ac olim Deus
Saullem, præsentis vitæ meritum remun-
nerans Christus asciverit in discipulum.

Verùm diuinam tractionem ad bo-
num, & sanctitatem, infundi à Deo, per
hominis anteriora merita aduocato, er-
ror est exploratus. Nulla enim ante gra-
tiam diuinitus merè liberaliter inditam,
præiuerunt merita nisi mala: Et quæ tunc
actiones, velut ex caprisco grossi, de na-
turæ facultate profundi possunt, inido-
neæ sunt ad diuinam gratiam qua volun-
tas attrahatur conciliandam. Quæque si
hoc voluit Cassianus, Deum priusquam
Iudam per gratiam attraheret, perspexis-
se in eo fructus bonos quibus attrahi me-
reretur, non audiendus sed configendus
est.

21 Tolerabilius diceret, (certè citra er-
rorem) Iudam cum ex gratia diuinitus
suppeditata sanctè pieque vitam exige-
ret, meruisse ad cœtum discipulorum
Christi aggregari. Et ita planè de eo, de-
que 72. discipulis, sentit laudatus proxi-
mè Hilarius: qui inde infert, insigne mo-
nitum de hominibus secundum præsen-
tem iustitiam iudicandis vti à Deo in

Saule & à Christo in Iuda ac 72. discipulis obseruatum. [Præscius (inquit) Deus malæ illos (Iudæos incredulos ac reprobos) voluntatis futuros, non illos habuit in numero bonorum, quamuis dicat Saluator illis septuaginta duobus discipulis quos elegerat secunda classe, qui ab illo postea recesserunt: *Nomina vestra scripta sunt in celo.* Sed hoc propter iustitiam, quia hoc est iustum, vt vnicique pro merito respondeatur. Quia enim boni erant, electi sunt ad ministerium, & erant scripta nomina illorum in celo, propter iustitiam vt dixi. Secūdum præscientiam verò, in numero erant malorum. De Iustitia enim Deus iudicat, non de præscientia. Vnde & Moyse dicit: *Si quis peccauerit ante me, delebo eum de libro meo vitæ: vt secundum iustitiam iudicis tunc videatur deleri, eum peccat: iuxta præscientiam verò, numquam in libro vitæ fuisse.* Hinc & Apostolus Ioannes de huiusmodi ait: *Ex nobis exierunt sed non fuerunt ex nobis, si enim fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum.* Nō est personarum acceptio in præscientia Dei. Præscientia enim est, qua definitum habet

hab
lun
aut
Cass
his g
trad
que
aut
dem
hoc
ne f
fuer
ciet
ante
grat
Chr
core
re v
7
Chr
seo:
ex g
ri no
ri po
rè co
circo
esset

habet qualis vniuscuiusque futura voluntas erit, in qua māsurus est, per quam aut damnetur, aut coronetur.] Liqueat Cassianum ex eo loco profecisse. Tam his gemina sunt, quæ toto illo 26. capite tradit. Itaque potest fortassis ipse quoque, (tamen tantisper renitente vnius aut alterius vocolæ proprietate,) in eundem sensum accipi: ita vt non attractus, hoc est pulsatus, diuina prima excitatione supernaturali ex antecedente merito fuerit Iudas, sed attractus ad gratiam societatis ac familiaritatis cum Christo, ob anteriorem vitam ritè & piè exactam ex gratiæ subsidio: congruum iudicante Christo, vt vitam adeò laudabilem, decore illo cumularet, Quod asserere, errore vacaret.

7. Tametsi ego quidem, de Iudæ in Christi familiam allectione, aliter censeo: & quamuis mediocriter laudabilem ex gratia anteriorem Iudæ vitam inficiari non placeat, nihil tamen video proferri posse probabiliter, quod eam tantopere commendat, vt dicere adigamur, idcirco à Christo allectū, quod congruum esset eius vitæ, hominem Christi socie-

a in cap. I.
Ioan. an.
not. 81.

b l. de ge-
stis Pelagij
6. 14.

c l. de pa-
tencia c.
19. & 20.

tate donari: cum Christus in asciscendis ad eum cœtum personis, nihil tale spectasse videatur, vt Toletus^a notauit, Matthæique exemplum docet. Potestque ex filio Christi posthumo, hoc est Paulo confirmari, qui in ipso æstu furoris in Christi familiam, fuit ad eam aggregatus, nullis vt S. Augustinus sæpè memorat, antecedentibus ad hoc meritis, nisi malis: eique Apostolatam non concessum digno, contra Pelagij assertionem, latè cõfirmat idẽ S. Augustinus.^b Quamquam disparem Pauli causam ex eo fuisse non inficior, quod vocatio eius ad Apostolatam, coniuncta fuit cum vocatione ad grãtiam, quam indigno esse concessam, est extra dubium.

Est alius insignis locus apud eundem Augustinum, ^c quo omnes Apostolos citra merita Apostolatam accepisse, tradere videtur. Sic enim habet. [Apostolis dicit, si de mundo hoc essetis, mundus quod suum erat diligeret. Sed ne sibi amplius arrogarent, quam eorum mensura poscebat; & hoc, quod eos non esse dixit ex mundo, naturæ putarent esse, non gratiæ. Quia verò (inquit) de mundo

non

non est
ptere.
erant
elect
ctio
operi
gratia
quit.
nẽ gr
(hæc
per D
inqu
meri
lis be
tur, f
vero
merc
impu
dum
id est
cui m
gitur
uos fa
meri
qua c
enim,
rò at

non estis, sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus. Ergo de mundo erant: nam vt & de mundo non essent, electi sunt de mundo. Hanc autem electionem non præcedentium in bonis operibus meritorum, sed electionem gratiæ, demonstrans Apostolus, sic inquit. *Et in hoc tempore, reliquæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt*, Si autem gratia: (hæc est electio gratiæ id est, electio qua per Dei gratiã homines eliguntur) hæc est inquam, electio gratiæ qua omnia bona merita præueniuntur humana. Si enim vllis bonis meritis datur, iã nõ gratis donatur, sed debita redditur: ac per hoc non vero nomine gratia nuncupatur: vbi merces, sicut idem dicit Apostolus, *non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum*. Si autem vt vera sit gratia: id est gratuita, nihil inuenit in homine, cui meritò debeat: quod benè intelligitur & in eo quo dictum est, *pro nihilo saluos facies eos*: profecto ipsa dat merita, nõ meriti datur. Præuenit ergo etiã fidẽ, ex qua omnia bona opera incipiunt. *Iustus enim*, sicut scriptum est, *ex fide viuit*. Porro autem gratia non solum adiuuat iu-

stum, verum etiam iustificat impium. Et ideo etiam cum adiuuat iustum, & videtur eius meritis reddi, nec sic desinit esse gratia, quoniam id adiuuat quod ipsa est largita. Propter hanc itaque gratiam que cuncta bona merita humana preecedit, non solum Christus ab impiis occisus est, verum etiam pro impiis mortuus est. Et antequam moreretur, non utique iustos, sed iustificandos elegit Apostolos, quibus ait, *ego vos de mundo elegi*. Quibus enim dixit, *de mundo non estis*: Ne putarent se nunquam fuisse de mundo, mox addidit, *sed ego vos de mundo elegi*. Profecto ut de mundo non essent, ipsius in eos electione collatum est. Quocirca si per suam iustitiam, non per gratiam eius eligerentur, non de mundo electi essent: quoniam de mundo iam non essent, si iam iusti essent: deinde si propterea sunt electi, quia iam iusti erant, ipsi priores iam Dominum elegerant. Quis enim potest esse iustus, nisi eligendo iustitiam? *Finis autem legis Christus ad iustitiam omni credenti. Qui factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio, ut quemadmodum scriptum est,*

qui

qui g
ergo
Et
Chri
ipfi e
illo i
etum
elegi
stolu
Deun
de A
D. A
8.
rem
non
rillo.
ad fe
rum
ctus
vsqu
Aptu
gere
quan
Chri
dotiu
anter
quan

qui gloriatur in Domino gloriatur. Ipse est ergo nostra iustitia.]

Et mox capit. 21. [Si ergo iam iusti à Christo eligerentur Apostoli, prius illum ipsi elegissent, ut iusti eligi possent, sine illo iusti esse non possent. Sed non ita factum est. Ipse quippe ait illis, *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi.* Vnde dicit Apostolus Ioannes. *Non quod dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos.*] Sic de Apostolorum statu cum vocati sunt, D. Augustinus.

8. Iudæ igitur eximium vitæ nitorem ante vocationem ad Apostolatam, non agnosco. Dicam tamen cum S. Cyrillo. ^a [Iudas Aptus initio erat, qui ad sequendum Christum eligeretur. Verùm quia postea sensim turpi quæstu victus diabolo adhæsit, & ad prodendum vsque delapsus est, meritò repulsus fuit.] Aptus inquam initio fuit Iudas qui eligeretur in Christi domesticum: quod quanquam in iis quos sibi copulabat Christus, siue naturalem ex egregiarum dotium copia; siue supernaturalem ex anterioribus meritis aptitudinem non quæreret, qui subito posset honestare

^a l. 9. in
Ioan. c. 10.

pauperem, & naturæ nuditatem ac anteriores spiritualium opum angustias, momento supplere: Tamen is esset Iudas vitæ probabilitate, & communi iudicio de eius moribus, qui posset non absurdè in Christi familiam cooptari. Ipsa tamen allectio merum beneficium fuit, ex nullo anteriore merito, ac ne congruo quidem, & imperfecto. Nullus siquidem nexus vitæ, etiam si absque probro, aut cum aliqua laude transactæ, cum aggregatione in intimam Societatem IESV, & Christi familiam. Quàm multi verò per illud tempus, piè & laudabiliter, longèque etiam meliùs quàm Iudas vitam exigentes, eo decore caruerunt? Quare rectè Iudas eam societatem sortitus dicitur Actorum I. Quod sicut quæ sortito obtingunt, præter omnem sortientis meritum obtinent, vt propterea quod S. Augustinus sæpè perpendit atque Rupertus, ^a diuina prædestinatio *sortis* nomine in scripturis designetur: ita Iudas ex pura Christi benignitate, in cœtum filiorum Dei adscriptus sorte est, nulla habita meritum anteriorum ratione. Et ita quoque
rum

a l. x. in io.
sue c. 23.

egre
stom
ctum
ius.

V
vita,
fueri
pulu
ipfa
& bo
enim
gent
in ali
oper
nequ
dum
lauit
ciuis
fet.
clesia
ma st
Simil
discip
bat,
conf
factu
excip

egregiè vocem illam exposuit Chryso-
stomus ^a expendens illud de Iuda di-
ctum, *sortitus est sortem ministry hu-*
ius. a homil. 3.
in Acta.

Vtut verò se habuerit anterior Iudæ
vita, & siue per eam aptus & dispositus
fuerit ad beneficium allectionis in disci-
pulum Christi, siue non fuerit. Tamen in
ipsa allectione, & vi eius fuisse sanctum
& bonum, dubitare non possum. Ita
enim planè persuadeor, ex Christi alle-
gentis benignitate, eoque progressu què
in aliis diuinis institutis notare, non est
operosum. Sic enim Angelum sua mox
nequitia in dæmonem transforman-
dum, Deus omni decore primùm cumu-
lauit: vt quantum ex Deo erat, idoneus
cuius Sanctorum, & domesticus Dei ef-
fet. Sic item quos primùm Deus in Ec-
clesiam quasi domum suam cooprat; pri-
ma stola confestim exornat in baptismo.
Similiter igitur quos primùm in Christi
discipulos ac familiares ascisci continge-
bat, donari eo ipso societate & gratia,
consentaneum erat. Et ita planè in Iuda
factum. Nec ex Patribus, si vnum fortè
excipias Rupertum, qui præ reliquis om-
nibus

a tract. 27.
in Ioan.

b in mille-
log.

c Rom. 25.
in Matth.

d oratione
de commu-
nitione.

e l. 4. in
Ioan. c. 30.
fl 3. con-
tra Pela-
gianos.
g cap. 4. de
anima.
h l. 2. do-
ctr. c. 46.
n 2. & 3.

nibus tanti esse non debet, inuenio qui id præcisè neget. Nam S. Augustino^a perperam contrarium impingitur. Imò disertè apud Bartholomæum Urbina-tem^b affirmat, electum Iudam præi- sum malum, sed non malum. Illud dum- taxat & Augustinus plerisque locis ibi- dem congestis, & Chrysostomus^c & nonnulli alij Patrum dixerunt; Iudam longè antequam colophonem sceleribus suis imponeret prodendo, impium & perfidum fuisse: quod non nego, vt infra dicā vberius. Non fuisse tamen pi- um, in ipsa ad Christi familiam allectione, hoc diffiteor, & à Patribus traditum non admitto: cum potiùs eum tunc fuisse bonum &, vt loquitur Anastas. Sinaita.^d [ex veris germanisque Christi discipulis] plerique omnes agnoscant. Postea verò sanctitatis collatæ malè prodigum, solo suo vitio periisse confirmet. Ita Cyril- lus Alex.^e Hieronymus,^f Tertullianus.^g quibus subscribit contra VVicleffum Valdenfis.^h

9. Hic dicam iam olim Christo im- pegerunt nonnulli, vt intelligitur ex lon- ga & accurata in hanc rem S. Cyrilli dispu

dispu
elegit
rit, q
enim
tiæ no
non p
asciui
ascitu
obsta
in de
cont
exitu
Huic
rosiss
stama
quæ
Tert
ction
nus^e
& pr
tens,
& fir
stanc
pass
rem,
& be
præf

disputatione: ^a murmurantes quorsum elegerit, & in familiam suam cooptauerit, qui malè erat periturus. Vtrinque enim abruptum timebant, quasi inscientiæ notam defugere nequeat Christus, si non perstiturum Iudam ignorans eum asciiuit, vel certè non satis benignè erga ascitum se gesserit, aut per impotentiam obstare non potuerit, quominus quem in domesticum admiserat, abiiceret conceptam voluntatem, & tam fædo exitu laudabilia initia contaminaret. Huiusmodi argumentationum ossa obrosisse Marcionem aduersus Veteris Testamenti Deum, Adamo mandantem quæ ille seruaturus non esset, memorat Tertullianus.^b Quod æquè in Iudæ electione vrgere affirmat postea Tertullianus^c [Si Deus (aiebat Marcion) bonus & præsciens futuri, & auertendi mali potens, cur hominem, & quidem imaginem & similitudinem suam, immò & substantiam suã, per animæ scilicet censum, passus est labi de obsequio legis in mortem, circumuentum à diabolo? Si enim & bonus qui euenire tale quid nollet, & præsciens qui euenturum non ignoraret,

&

^a l. 9. in
Ionn. c. 10.

^b l. 2. con-
tra Mar-
cion. c. 5.
c. c. 28.

& potens qui depellere valeret, nullo modo euenisset, quod sub his tribus conditionibus diuinæ maiestatis, euenire non posset. Quod si euenit, absolutum & contrario Deum, neque bonum credendum, neque præscium, neque potentem. Si quidem in quantū nihil tale euenisset, si talis Deus, id est bonus, & præscius, & potens, in tantum ideò euenit, quia non talis Deus,] Non dissimiliter S. Hieronymus^a [quærit hoc Marcion, & omnes hæreticorum canes, qui vetus laniant testamentum & huiuscemodi syllogismum texere consueuerunt. Aut sciuit Deus, hominem in paradiso positum, præuaricaturum esse mandatum illius, aut nesciuit: Si sciuit, non est in culpa is, qui præscientiam Dei vitare non potuit: sed ille, qui talem condidit, vt Dei non posset scientiam deuigare. Si nesciuit; cui præscientiam tollis, aufers & diuinitatem.] Quod argumentum æquè item circa Iudam vtgere, postmodum demonstrat Hieronymus. Circa Satanam idem sophisma late versat Rupertus.^b

a l. 3. ad
uersus Pe
lagianos.

a l. 1. de
victor.
verbi Dei
c. 24.

10. Communiter autem Patres de
Sata

Satan
argu
tiam
rium
Adæ
mina
Testa
baba
egit,
dient
pa ide
muni
scius
cludo
dit. E
tante
mis C
mus
Di
soluti
propo
futur
quē n
plicea
bilis c
terim
rum,

Satana, & de Adamo, & de Iuda, solent argumentum illud agitare : vt insipientiam Marcionis redarguant , qui negotium veteri instrumento facesseret ex Adæ historia , cui in hac parte planè gemina est narratio de Iuda , inserta Nouo Testamento, quod Marcion non improbabat. Nam si Iudas sceleratè ac iniquè egit , quamuis præsciente & non impediente Deo egerit , nec eius sceleris culpa idcirco in Christum refunditur , immunis item omni labe est Deus, qui præsciens culpæ Adami, eamque non intercludere fixum habens, Adamum condidit. Hæc Patres, ad hominem argumentantes , rectè assumunt. Videndi in primis Cyrillus, ^a Ambrosius, ^b Chryso-
 stomus ^c Rupertus. ^d

Directa autem sophismatis illius dissolutio, ea est quam S. Hieronymi verbis propono. [Deus præsentia iudicat, non futura , nec condemnat, ex præscientia quæ nouerit talè fore, qui sibi postea displiceat: sed tantæ bonitatis est, & ineffabilis clementiæ , vt eligat eum quem interim bonum cernit, & scit malum futurum, dans ei potestatem conuersionis & pœni

^a l. 9. in
 Ioan. c. 10.

^b l. de pa-
 rad. c. 8.

^c serm. 1.
 de ieiunio.

^d l. 1. in
 Genes. c.
 15. & 16.

pœnitentiæ, iuxta illum sensum Apostoli ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum dūritiam autem tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. Neque enim ideo peccauit Adā, quia Deus hoc futurum nouerat: sed præsciuit Deus, quasi Deus quod ille erat propria voluntate facturus.]

*a lib. de
parad. c. 8.*

11. Sunt his planè gemina illa S. Ambrosij ^a [Venerat Dominus IESVS omnes saluos facere peccatores: etiam circa impios ostendere debuit suam voluntatem. Et ideo nec proditorem debuit præterire, vt aduerterent omnes quod in electione etiam proditoris sui, seruandorum omnium insigne prætendit, nec in eo læsus est vel Adam quia mandatum accepit, vel Iudas qui electus est. Non enim necessitatem Deus, vel illi præuaricationis, vel huic prodicionis imposuit: quia vterque si quod acceperat custodisset, à peccato potuit abstinere. Denique nec Iudæos omnes credituros sciebat, & ramen ait: *Non venit nisi ad oues perditas domus Israel.* Ergo non in
man

man
pecca
dit
re. M
nem
bat ad
ditori
adscri
psus.
atque
tum n
Apost
nifici
fectu:
desse
pecca
consist
malitia
set, qu
mina,
posset.]
cum leg
est, du
malitiæ
ferenda
minum
bonus &

mandante culpa est, sed in præuaricante peccatum est. Et quod in Deo fuit, ostendit omnibus quod omnes voluit liberare. Nec tamen dico quia præuaricationem nesciebat futuram; imò quia sciebat assero, sed non ideò pereuntis proditoris inuidiam in se debuit deriuare, vt adscriberetur Deo, quod vterque sit lapsus. Nunc autem vterque redarguitur, atque re conuincitur, quia & ille mandatum ne laberetur accepit, & hic etiam in Apostolatus munus ascitus est, vt vel beneficio Dei reuocaretur à proditoris affectu: simul vt dum alij reuincuntur, prodesset omnibus. Non enim consisteret peccatum, si interdictio non fuisset. Non consistente autem peccato, non solum malitia, sed etiam virtus fortassè non esset, quæ nisi aliqua malitiæ fuissent femina, vel subsistere vel eminere non posset.] Corruptè legi videtur (*dum alij*) cum legendum sit *dum illi*. Sensus igitur est, dum Adam & Iudas reuincuntur malitiæ in solam eorum voluntatem referendæ, prospicitur omnium planè hominum vtilitati. Si enim illi, quia Deus bonus & potens est, impediendi erant

ruere in peccatum, liganda profectò & libertate priuanda fuerat humana natura, vt posito præcepto, vel labendi occasione, rectum cursum indefectibiliter teneret: quod stultè, Ethnicorum & rudium plerique, Dei opificium improbant, malè non factum criminabuntur apud Nemesium, ^a & Nyssenum ^b aliòsque Patres alibi prolatos, & late Cyrillum. ^c At consultius Deo visum est, habenas sui vniciuique permittere, oblati infuper ad non cadendum, supernaturalibus suppetiis, quàm libertate spoliatum hominem, in pecudum numerum cogere, ac efficere vt non exiguo nostro dedecore, nullæ sint in virtutis opere partes nostræ. Hoc vt consequeremur, aliqua malitiæ semina permittenda fuerunt. Danda inquam nobis facultas fuit, qua possemus pro arbitrio in malum ferri, non ignorante Deo quid tandem facturi essemus permitti nobis ipsis, & pro vsu vel abusu libertatis, reposituro ex instantia in tempore quod æquitas postularet.

12. Sic lux infertur subobscuriori Ambrosij sententiæ, quæ eadem clariùs legi

a lib. de
hom.

b oratione
magna
cateche c.

7.

c l. i. glia-
thyr. in
Genes. § de
Adam.
pag. 5.

legi
in e
mer
dem
dera
liber
& fu
mifu
elige
hi gl
ni su
rò in
prau
lera
impr
Disp
fente
lis. ^b
Chri
vt vir
id que
quam
differ
cùm
habea
Nequ
sione

legi potest apud Cyrillum, ^a iuxta quem in erodatione huius ac similibus argumentorum, quæ multiplicari posse ibidem obseruat, [illud maximopere considerandum est, quia rationali creaturæ liberam potestatem creator largitus est, & suæ voluntaris habenas cuique commisit, ut in eo sit, quidquid probauerit eligere. Qui ergo ad meliora flexi sunt, hi gloriam atque retributionem electioni suæ consentaneam inuenient: qui verò improbis cogitationibus seipsum deprauarunt, cupiditatum fluctibus ad scelera deducti, non iniuria ut ingrati atque improbi, æternis vexabuntur suppliciis.] Disputat egregiè de more, in eandem sententiam Isidorus Pelusiota, verbis illis. ^b [Mirari videris, quæ factum sit, ut Christus proditorem minimè adduxerit, ut virtutem rem bonam esse existimaret: id que cum de virtute perspexerit, imò nunquam non de ea in ipsius colloquiis audisset. Ego contra miror, quonam pacto cum liberi arbitrij legem perspectam habeas, huius rei admiratione tenearis. Neque enim vi & coactione, sed persuasione ac lenitate, hominum salus com-

a l. 9 in
Ioan. c. 19.

b l. 2. epist.
129.

paratur. Vnde etiam suæ quisque salutis arbitrium habet, vt & qui corona donantur, & qui suppliciis, afficiuntur, iuste, quod elegerint percipiant.] Simili planè ratione differit Theodoretus, ^a de tolerata, nec præclusa Pharaonis contumacia. De Iuliani item Apostatæ, præscita nec impedita malignitate, similiter philosophatur S. Chrysostomus. ^b Præfatus enim, Deum non citiùs illum sustulisse de medio, vt in multa patientia toleratum ad emendationem prouocaret, obfirmatum autem in scelere extrema calamitate oppressisse, ad supiniorum excitationem subdit. [Talis est enim Dei lenitas, vt qui eadem non rectè vtuntur, eos grauiore pœna afficiat: & quemadmodum resipiscentibus utilis, ita & obstinatis, ac peruicacibus maioris supplicij occasio solet esset. Quòd si dixeris, quid? Nonnè præuiderat Deus fore vt tyrannus hic nunquam emendaretur? Huic ita respõdebimus: Præuiderat quidem, sed tamen ob id quòd malitiam nostram prospiciat, officium ille suum non intermittit: quin potius etiam si eius non admittamus admonitionem, clementiam

^a q. 8. in
Exod.

^b l. de S.
Babyla.

men
stea
ping
eue
mife
poti
in il
fum
nos
enir
adiu
vert
nos
tiam
fent
I
cos
Chr
ma h
catic
esse
sequ
Deu
ire.
etan
suu
fit. A

mentiam in nos suam præstat : qui si postea in grauiora etiam nos peccata impingimus, id certè non iam, eo auctore euenit, qui non propterea lenis longanimisque est, vt pereamus, sed vt seruemur potius : Verum nobis auctoribus fit, qui in illius immensam tolerantiam iniurij sumus. Sic autem & infinitam suam in nos benignitatem ostendit. Quoties enim recusamus, ab eius prolixa lenitate adiuuari, tum ille in aliorum vsu eam vertit, nusquam non clementiam erga nos suam simul & prouidentiam solertiamque prodens.] Hæc æquè in rō præfenti locum habent.

13. Idem Chrysostomus ^a Ethnicos ex Iudæ casu, frigidè (vt ait) ac stultè, a hom. 46. in Ioan. Christum criminatos, redarguit ex summa hac in parte Christi sapientia, qui uocationem suam ostendere voluerit non esse quid violentum, sed suasorium; esseque in arbitrio nostro secundum Deum, cadere aut stare, saluari aut perire. In quam rem alibi agit plenius ^b tractans modestiam S. Petri post casum suum, & quam demissiùs postea locutus sit. Ait enim [magnum profectò dogma

b hom. 83. in Marth.

hinc discimus, quia videlicet nullo modo hominis voluntas sufficit, nisi auxilio superiori roboretur. Et quia nihil lucrari poterimus superiori patrocinio, si voluntas nostra repugnat: quorum alterum Petrus, alterum Iudas confirmat: hic enim etsi præfidiū Christi largū habuerit, tamen quoniā noluit attendere, nullā inde vtilitatem consecutus est. Ille verò, etsi benè animatus fuerat, diuino tamen subtracto auxilio, stare non potuit. Quas ob res vehementer rogo atque obsecro, ne velitis cuncta ita Deo retribuere, vt oscitandum dormiendūque vobis putetis: nec rursus si vigilatis, laboribus rem vestris aliquam effici arbitremini. Nam nec desides atque resupinos iacere nos Deus vult, ac ideò nonnihil à nobis petit, nec arrogancia corrumpi: ac ideò totum nobis non commisit. Ita ex vtraque parte incommodò remoto, quod nobis vtile, ac necessarium id operatur.]

* in psal.
40.

Ambrosius^a ad illud, *ampliauit super me supplantationem*, hæc omnia de Christi vocantis præscientia, & voluntario Iudæ lapsu, ac gratiæ abiectiōe, diuinè sic tradit. [Nunquid ignorauit proditorum sui futurum, de quo ante prædixit,

un
cebe
gel
dem
dixi
chu
mus
duc
sper
Sim
ficat
depe
ma
scim
chæ
auar
drup
dem
riori
paup
nequ
tauit
fus e
nun
nuta
carn
Qui

vnus ex vobis me tradet? Hoc autem dicebat de Iuda, sicut scriptum est in Euāgelio. Non vtique. Sed quo amplius condemnaret eum, de fide eius sperasse se dixit, Aquila, *confisus eram*, dixit: Symmachus posuit, *confidebam*. Plus enim grauamus eum, in quo plurimum spei vel fiducia habuisse nos dicimus, si postea spem nostram opinionemque destituit. Simul ostendit quanta vis diuinæ sanctificationis sit, quæ excludat malitiam, & deprauatum emendet ingenium, si forma propositi melioris accedat. Quantos scimus esse conuersos? Mutatus est Zachæus ille publicanus, & ad quæstum auaro intentus affectu, qui postea quadrupla redhibitione soluit errorem, condemnauit ipse auaritiam, temporis superioris abiurauit lucra, compensauit in pauperes si deesset exactor. Latro ipse, nequitiam suam proposito meliore mutauit, agnouit in cruce Christum, confessus est Dei Filium, regem voce propria nuncupauit. Quo tempore iusti plerique nutabant, ipsi certè latebant Apostoli: carnifex ipse Centurio non negauit. Quid de tempore Euangelij loquor?

Rhaab, meretrix erat, quæ perfidix atque intemperantiæ se alebat stipendiis. Tamen ubi exploratores vidit quos miserat Iesus Naue, fidem induit, & periculo imminente iustitiam reseruauit: nec susceptos prodidit, sed fideli humanitate protexit. Ideò ergo sperasse se dicit, quasi iure præsumperit vt Apostolus superiora deponeret, meliora sequeretur: & qui sanctificandi alios munus acceperat, ipse in se sanctitatis gratiam custodiret, & sinceritatis inhæreret officiis. Benè ait, *speravi*: quia homini dedit eligendi arbitrium quid sequatur: *Posui*, inquit, *ante te bonum & malum*. Si malum elegeris, non natura delinquit, sed eligentis affectus.] Habes manifestè causam præcipitati in exitium Iudæ, aliam non fuisse, quàm deprauationem arbitrij non sequentis potiora. [Nihil ergo in Christum (verba sunt S. Cyrilli quibus murmuris huius redargutionem concludo) nihil inquam in Christum possumus dicere, qui probum elegit, qui si voluisset non cecidisset, qui poterat totam mentem atque animum suum in charitatem Christi collocare.]

Iuda

Iuda
A
sa
se
da

I.
discip
in eur
potier
discip
gēs, ac
sti disc
accessi
tione
dam g
Christ
Christ
Euodi
° & C
Ioann

*Iudæ promotio ad Apostolatam, ubi de
Apostolici muneris maiestate, deque
sanctitate & gratis gratis datis, con-
sequenter ad gradum Apostolicum, Iu-
dæ concessis.*

CAPVT III.

I. **F**EXERAT in Christi fami-
lia Iudas iam tempus ali-
quod, communi dumtaxat
discipuli Christi titulo, ut reliqui omnes
in eum cœtum allekti, indiscriminatim
potiens, bonusque & probus, omnibus
discipulorum Christi partibus perfun-
gēs, ac ante partam sanctitatem, ut Chri-
sti discipulum decebat, nouis subinde
accessionibus cumulans, quâ exercita-
tione actionum idonearum ad augen-
dam gratiam, quâ susceptione baptismi
Christi, omnibus discipulis à Petro per
Christum ipsum baptizato collati, ut
Euodius author est apud Nicephorum
& Clemens Alexandrinus adductus à
Ioanne Moscho. ^b Sic inquam Iudas

a l. 2. c. 3.
b c. 76. li-
monarij.

2 cap. 6.

tempus aliquod inter Christi familiares exegerat, cum in ea quorundam discipulorum selectione, quæ prædicationis Christi anno 2.^o facta est, post præmissam ab eo pernoctationem in oratione Dei, quod S. Lucas^a commemorat, ut nobis præscriberetur modus ac ratio ad insigne negotium aggrediendi; Iudas vnà cum cæteris vndecim, reliquæ discipulorum multitudini antepositus, & beato illi Apostolorum duodenario adscriptus est. Quod quantum fuerit beneficium, quantàmque ei gratiæ sanctificantis accessionem, & gratiarum insuper gratis datarum, quas Apostolatus appendices & corollaria iure dixeris, ornamenta conuexerit, is demum agnosceret, qui Apostolatus dignitatē suis momentis æstimauerit, penitúsque perspexerit, quid muneris ea promotione in Apostolos, sit à Christo collatum. Vt proinde operæpretium sit, de Apostolica dignitate, quid Patribus visum, breuiter præmittere, tanquam firmum ac solidum fundamentum, omnium quæ hîc declaranda recepimus.

Et quidem si vocis corticem spectemus,

mus.
uel
cet C
Scrip
aute
dixit
stolu
& m
Dom
eum
cis id
tus e
dicen
Deus
rum,
lum n
lentil
hend
vt de
Dei P
bum
2.
b qui
Apost
nat. E
bræos
Christ

mus, Apostolus idem est quod missus, si-
ue legatus: vt propterea S. Iustinus^a vo-
cet Christum, Apostolum. Nec paucas
Scripturas alibi cōstipat, sic scribens. [Est
autem sermo Dei Filius ipsius sicut iam
diximus, idē & angelus vocatur & Apo-
stolus. Is enim nunciat quæ sciri oportet,
& mittitur vt afferat nuncium, sicut ipse
Dominus noster ait: *Qui me audit, audit
eum qui misit me*, quin & è literis Mosai-
cis id satis apparet, vbi sic legitur: *& locu-
tus est Mosi Angelus Dei è rubo ardente,
dicens: Ego sum qui sum, Deus Abraham,
Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum tuo-
rum, descende in Aegyptum, & educ popu-
lum meum*. Reliqua inde petere licet vo-
lentibus. Non possunt enim hîc compre-
hendi omnia. Tantùm adduximus hæc,
vt declararemus, Iesum Christum esse
Dei Filium & Apostolum, qui prius ver-
bum erat.]

*a apolog.
ad Anton.
sub initiū.*

2. Imitatus est Iustinus S. Paulum
qui Christum, quòd à Patre sit missus,
Apostolum confessionis nostræ nomi-
nat. Eodémque consilio scribens ad He-
bræos, nō se inscripsit Apostolum, quod
Christum eorum Apostolum agnosce-
ret,

b Hebr. 3^a

a *hiflor. c.*
11.
b *de pra-*
script. c.
20.

ret, vt dixit Clemens Alexandrinus apud Eusebium. ^a Eam vocis notationem spectauit Tertullianus, ^b dicens Christum duodecim præcipuos discipulos lateri suo adlegisse, destinatos nationibus magistros, significans, eos à Christi latere legatos ad mundum erudiendum, regendumque, ac missos sicut Pater Christum misit. Quanquam in ea missione allectionem ad latus subsecuta, ac etiam in missione simpliciter dicta, si modò fiat prudenter, (vt à Christo factam dubitari non potest) insinuatur præuia instructio allectorum in Apostolos, & intimior cum Christo consuetudo quàm cæterorum discipulorum. Id quod S. Marcus Apostolorum institutionem describens ^c pulchrè attigit, cum dixit de Christo: *ascendens in montem, vocauit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum: & fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare, & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi demonia.* Ea seuocatio duodecim Apostolorum, vt essent cum illo, fert apertè quod dixi: intercessisse nimirum Apostolis priuatam cum Christo consuetudinem,

c c 3.

nem:
tur, qu
erud
res fac
Epiph
sephi
Patria
quos
Consi
quaq
to ter
missis
pto A
ergo
stolos
quàm
com
quod
Nico
ac no
paulo
defigi
bus n
qua c
Præm
nem
ventu

nem : eique ex eo tempore, vt docerentur, quæ docerent, iuxta Tertullianum,^a erudirenturque commodius, conuictiores factos, perinde ac apud Iudæos, vt S. Epiphanius^b author est, describens Iosephi Comitæ conuersionem, aderant Patriarchæ, sacrorum summo Præfecto, quos vocabant Apostolos, eius intimi Consiliarij, quibuscum tractabat arcana quæque & graua : de quibus etiam certo tempore huc illuc per prouincias dimissis à Patriarcha, mentio est in rescripto Arcadij & Honorij Impp.^c Similiter ergo duodecim isti quos Christus Apostolos nominauit, aderant ei intimiores quàm essent cæteri discipuli, siue qui communissimè discipuli dicebantur, quod Christi doctrinam probarent, vt Nicodemus, & Iosephus Arimathæus, ac nonnullæ etiam mulieres ; siue qui paulo pressius vsurpata *discipuli* voce, designati sunt ad septuaginta duos, quibus muneris Apostolici participatio aliqua credita est, vt S. Lucas^d describit. Præmittebantur enim à Christo in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus : Vtique vt annuntiarent ipsi pro

a c. 21. a-
polog.

b *hæresi*
30.

c l. 14 C.
Theodos. de
Iudæ.

d c. 10.

pro suo modulo, appropinquare ad eos quos adibant regnum Dei. Quam in rem, etiam facultatem aliquam pellen-
 dorum dæmoniorum & curationum communicatam iisdem esse, ex eorum redeuntium gaudio per Christum compresso, discimus. Apostolis autem, & potestatis miraculorum, & potestatis prædicandi, plenitudo commissæ: Insuperque acceperunt quicquid ad Ecclesiæ à Christo institutæ, propagationem, ac directionem internam & externam conferre poterat. Hæc paucis expressa, magnam donorum supernaturalium vber-
 tatem comprehendunt, quam operæpretium est euoluere.

3. Quia ergo nemo potest aliis commodare, nisi primùm ipse & ante omnia bonus sit, idcirco consequenter ad munus suum, SS. Apostoli egregiè dotati sunt supernaturalibus donis quibus homo in seipso valdè perficitur; vt in intellectu insigni fide & notitia rerum diuinarum, quantam nemo posteriorum atfecutus est. Vsq; adeò vt graues Theologi confirmant, errorem esse, arbitrari quempiam posteriorum, plura aut perfectius

fecti
 stru
 exiit
 raliu
 aiqu
 grati
 tia si
 The
 cale
 nem
 est p
 di m
 tis d
 di, co
 stico
 bona
 deliu
 nere
 iurisc
 vtran
 nissin
 ston
 &c. &
 nes E
 omne
 in orb
 dem o

fectius nouisse de diuinis rebus. V. Ca-
 strum ^a & Valentiam ^b. In voluntate
 eximie spei, charitatis, & virtutum mo-
 raliū infusarum dotibus exornati sunt:
 aique adeò etiam in anima eximiam
 gratiæ mensuram sunt assecuti, cum gra-
 tia sit virtutum illarum & moralium &
 Theologicarum velut essentia, & radi-
 cale principium. Directè verò per ordi-
 nem ad bonum aliorum, collata iisdem
 est potestas prædicandi, potestas patran-
 di miracula, & plenitudo gratiarum gra-
 tis datarū facultas sacramenta dispensan-
 di, condendi leges, præficiendi Ecclesia-
 sticos ministros, ac denique quicquid ad
 bonam Ecclesiæ administrationem & fi-
 delium directionem ad gloriam pertine-
 nere poterat, quod potestate ordinis &
 iurisdictionis comprehenditur: quarum
 vtramque in Apostolis esse oportuit ple-
 nissimam. Quod vnum voluit Chryso-
 stomus ^c ad illud *qui operatus est Petro,*
 &c. & Petrus Damianus. ^d Et idcirco om-
 nes Episcopalem dignitatem sortiti sunt,
 omnes item iurisdictionem vniuersalem
 in orbem vniuersum acceperunt: & qui-
 dem omnes à Christo immediatè, vt re-
 ctè

*a Verbo, A-
 postoli.
 b 22. d. 1.
 q. 1. p. 6.*

*c. c.
 d. serm. 1.
 e. 2. de S.
 Barthol.
 utrobique
 initio, e.
 serm. 1. de
 S. Andrea,
 etiam ini-
 tio.*

a 4 de Pon-
tif. c. 23.

Etè confirmat Bellarminus: ^a quamuis in solo Petro fuerit ordinaria, cum iure transfusionis ad successores, ac etiam (quantum arbitror) cum iure restrictionis, ac suspensionis per Petrum, si fors tulisset ita esse necessarium. Quod de Episcopis ad summum Pontificem comparatis, necessariò dicunt, qui eos à Christo immediatè iurisdictionem habere volunt. Quanquam vt suspensio fieret nunquam contigit & vt fieret propter culpam Apostolorum contingere non potuit. Hæc verbis illis expressa sunt à S. Cypriano. ^b [Quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat & dicat: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum sanctum. Si cui remiseritis peccata, remittuntur illi: si cui tenueritis, tenebuntur.* Tamen vt virtutem manifestaret, vnã cathedram constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant vtique & ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitatis proficiscitur. Primatus Petro datur, vt vna Christi

b L. de v-
nitate Ec-
clesiæ.

Eccle

Eccle
Past
ostet
vnan
alibi.
Ou
infer
elect
ceper
stater
alia p
xime
Episc
sunt i
stiano
la po
adept
dinen
ctionis
runt q
munu
pore c
dices n
nus Ap
inchoa
tionem
functio

Ecclesia & cathedra vna monstratur. Et Pastores sunt omnes, sed grex vnus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus vnanimi consensione pascatur.] Sed hæc alibi.

Omnia prædicta, munus Apostolicum infert. Ideoque quamuis ab ipso puncto electionis Apostolorum, non omnia acceperint, sed quædam iam tunc, vt potestatem prædicandi & edendi miracula; alia per reliquam Christi vitam, & maxime in cœna vltima, quia Sacerdotio, & Episcopatu quoad potestatem ordinis sunt inaugurati, & sacramentorum Christianorum plena notitia imbuti, nonnulla post sacram Christi anastasin sint adepti, nimirum iurisdictionis plenitudinem: Tamen iam ex ipso puncto electionis in Apostolos, illa omnia acceperunt quasi in radice. Euecti enim sunt ad munus, cui omnia illa opportuno tempore conferenda erant, tanquam appendices necessariae: ita vt delectus ad munus Apostolicum, esset collatio iuris ad inchoatam illorum bonorum participationem, plenè consummandam cum functiones eorundem exserendi, aut

plenam ad eas facultatem nanciscendi tempestiuitas aduentaret.

4. Non esse à nobis supra veritatem aut conuenientiam exaggeratum Apostolicum munus, eique adiunctam potestatem, ad omnes quas proposui functiones diffusam, nemo (vt existimo,) diffitebitur, qui Apostolos vt S. Hieronymus, rectè dixit, *principes disciplinae nostrae & Christiani dogmatis duces*, esse considerauerit atque adeò qui finem Apostolici muneris penitiùs inspexerit, & ad ea animum adiecerit, quæ SS. Patres de maiestate Apostolicæ dignitatis, eiusque amplitudine censuerunt. Vt deprehendi in primis potest, ex typis quibus adumbratam Apostolorum dignitatem, tradunt Patres. Paucos seligo è multis quos his verbis complexus est Callistus Papa.^b [Ante dominicum aduentum, inter mundum & Deum erat discordia & bellum. Sed isti barones pacem portantes, amicitiam inter illos corroborauere æternam. Isti sal terræ, isti lux mundi, turres fortitudinis Dei, testes veritatis, radii veri Solis, milites cœli, nuntij Regis summi, fenestræ nitidæ veri luminis, valuæ poli, clau-

a l. 1. in
Iouin.

b *serm. de
vigil. s.
Iacobi ult.
sermo bibl.
col.*

clau
pi,
tin
arie
ran
labr
arge
thes
ftam
Chri
ben
dicit
cœli
det,
racul
decin
cim r
tisqu
etiam
tur pe
decin
raël,
Helin
lapide
per du
duode
altare,

claves regni, mōtes excelsi, tubæ Olympi, præcones Christi, prudentes terpen-
 tini, simplices columbini, agni nouelli,
 arietes, Nabaoth, veri cœli gloriam enar-
 rantes, veri patres, sæculorum iudices,
 labrum ablutionis animarum, aurum &
 argentum diuinum, Scripturæ diuinæ
 thesauri, Corbona Veteris & Noui Te-
 stamenti, manna etiam Domini, pedes
 Christi, oculi Dei, mammæ Ecclesiæ ha-
 bentur. De quibus verè per Psalmistam
 dicitur, *Cœli enarrant gloriam Dei*, Ij sunt
 cœli in quibus Christus habitat & resi-
 det, in quibus verbis mitis tonitruat, mi-
 raculis fulgurat, gratia rorat. Ij sunt duo-
 decim horæ noctis mundanæ, & duode-
 cim radij Solis. Isti magni mysteriis mul-
 tisque figuris & argumentis, antequam
 etiam noti essent in mundo, præsignan-
 tur per duodecim filios Iacob, per duo-
 decim Principes, duodecim tribuum Is-
 raël, per duodecim fontes viuentes in
 Helim, scilicet in deserto, per duodecim
 lapides in rationali Aaron intsculptos,
 per duodecim panes propositionis, per
 duodecim lapides ex quibus factum est
 altare, per duodecim lapides sublato de

Iordane, per duodecim boues qui sustinebant mare æneum, & per duodecim stellas quæ ponebantur in corona alicuius sponsæ, per duodecim signa cœli, per duodecim menses anni, per duodecim Romæ Senatores, & per duodecim sapientes ostenduntur. In Nouo etiam Testamento, per duodecim cophinos fragmentorum, & per duodecim nomina quæ Ioannes in Apocalypsi super portam Hierusalem scripta vidit, & per duodecim fundamenta eiusdem verbis designantur.]

5. En immensam sylvam typorum queis dignitas Apostolica, in scripturis vel apud Patres est adumbrata. Sed ut res tanta fiat perspectior, dicamus aliqua sigillatim, atque distinctius, per Satyram tamen, nec quæsito studiosè ordine, quod hîc parum refert. S. Irenæ tyrum Christi & Ecclesiæ in Iacobo præcessisse demonstraturus, inter alia quæ vicissim cõponi ac cõsentire docet, istud profert. [Peregrè nascebantur duodecim tribus genus Israël, quoniã & Christus peregrè incipiebat duodecastylum firmamentum Ecclesiæ generare.] Pulchre

l.4.c.38.

chrè
clef
deci
quod
res fu
lis ta
prop
clesia
Christi
In
parat
Apos
initia
duode
in mû
Christi
Verè
caligi
sum, d
lustran
mè cap
cœlis.
stoli &
est. Sic
factus e
quo ait
cœlum &

chrè Apostolos, duodecim columnis Ecclesiam vniuersam fulcientibus, & duodecim Patriarchis Iacobi filiis confert: quod sicut duodecim illi filij Iacob, satores fuerunt gentis Israëliticæ, quæ ab illis tanquam à stirpibus per numerosas propagines est diffusa; ita Apostoli, Ecclesiæ pro Patribus nati sunt, patres in Christo, vt D. Augustinus interpretatur.

In Liturgia S. Marci ^a per illustri comparatione, voce nouata describuntur Apostoli, quadam oratione, cuius hoc initium. [Deus qui lampadem *des lampes par tōr* duodena Apostolorum luce fulgentem in mūdo posuisti &c.] Allusio est ad illud Christi de Apostolis. *Vos estis lux mundi.* Verè enim mundum vniuersum densa caligine in nocte infidelitatis oppressum, discussis tenebris, immensa luce collustrarunt SS. Apostoli, & ex hoc maxime capite, S. Bruno ^b Apostolos confert ^l opusculo ^{de nouis c.} cœlis. [Cœli (inquit) vocatur sancti Apostoli & quare cœli vocentur, dicendum est. Sicut enim illius mundi, qui ab initio factus est, qui è cœlo constat & terra: de quo ait Moyses. *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Maxima pars & nobis

liffima cœlum est: ita & huius noui mundi de quo Dominus ait. *Non venit filius hominis ut iudicet mūdum, sed ut saluetur mundus per ipsum*: Maiores & clariores cæteris, Apostoli sunt. De quibus scriptum est, *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham*. Isti sunt illi Senatores de quibus Dominus. *Nobilis in portis vir eius: quando sederit cum Senatoribus terra*. Quibus ipse Dominus, *Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël*. Pro quibus & Patrem rogat, dicens: *Pater ego volo, ut ubi Ego sum, & ipsi sint mecum*. Totus mundus cœlo concluditur, tota Ecclesia Catholica inter Apostolicę fidei & doctrinę terminos continetur. Quicumque extra hos terminos est, profanus, & infidelis est. Vnde & per Salomonem à Domino dicitur. *Non transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui*. Meritò igitur Apostoli, cœli vocantur, cum tantam cœli similitudinem habeant, ut quorum habent similitudinem, habeant & nomen. Cœlum autem ut quibusdam placet, ex eo dicitur quod cœclatum, id est variis cœclaturis siue sculpturis,

pruris, depictum & variatū est. Ibi enim Sol & Luna, ibi stellę maiores & minores positę sunt, quarum splendore & pulchritudine sic decoratum est, vt nihil in creaturis inueniatur, quod pulchritudini eius valeat comparari. Nam & in templo Salomonis, palmę cęlataę, & alię cęlaturę valdè prominentes fuisse referuntur: quę quidem omnia Apostolis quoque conuenire videntur. In eis enim Solem, & Lunam, & stellas inuenire non est difficile: ipsi sunt quibus ait Dominus: *vos estis lux mundi*. Sic eorum fide & doctrina, tota Ecclesia illuminata est, sicut huius Solis & Lunę splendore, tota terra illuminatur. In quibus & virtutum omnium pulchritudo, quasi stellę quędam coruscant.]

6. Tertullianus, paucis his lineis, pleraquę in hanc rem insignia stipauit, numeri duodenarij Apostolorum rationem exquirens aduersus Marcionis deliria. ^a[Duodecim fontes Elim, & duo al. 4. c. 13. decim gemmas in tunica Sacerdotali Aaronis, & duodecim lapides ab Iesu de Iordane electos, & in arcam Testamenti conditos. Totidem enim Apostoli por-

tendebantur, perinde vt fontes & am-
nes, rigaturi aridum retrò, & desertum à
notitia orbem nationum, sicut & per
Esaïam: *ponam in terra in aquosa, flumina.*
Perinde vt gemmæ, illuminaturi sacram
Ecclesiæ vestem, quam induit Christus
Pontifex Patris. Perinde vt & lapides,
solidi fide, quos è lauacro Iordanis Iesus
verus elegit, & in sacrarium Testamenti
sui recepit.] Quod attinet ad compara-
tionem illam Apostolorum & duode-
cim fontium, egregie eam adhibet Pe-
trus Damianus.^a

^a *serm. 1.
de S. Bar-
tol.
b dialog.
cum Tri-
pho.*

S. Iustinus^b confert cum duodecim tin-
tinnabulis è Pontificia stola dependen-
tibus [Duodecim (inquît) tintinnabula è
stola Pontificis dependentia, iuxta præ-
scriptum, significabant duodecim Apo-
stolos, pendentes à potentia Christi æter-
ni Sacerdotis^c, per quorum vocem totus
mundus gloria gratiæque Dei repletus
est. Propterea Dauid dicit: *In omnem ter-
ram exiuit sonus eorum, & in fines orbis
terra, verba eorum.*] De eodem typo,
paulò aliter S. Prosper.^c Nam quinquaginta tintinnabula pependisse docet, &
ad Apostolos refert alia ratione. Locus
est

^c *p. 2. de
promiss. 1.
3.*

est in
tificis
scrip
tim d
pecte
conf
stat P
nit P
ginta
grana
per f
in sp
runt.
quo
munc
cus, c
& gra
ritati
Apos
sunt,
Nonn
lei?
nem
enim
omni
uentu
storu

est insignis, quo vniuersum veteris Pontificis amictum cuius ibi præmissa descriptio, ad Christum applicat, nominatim duodecim lapides, quadrato antepectus commissos, duodecim Apostolis confert. Id quod etiam perpulchrè præstat Petrus Damianus^a sic autem exponit Prosper tintinnabula. [In quinquaginta tintinnabulis, totidemque malis granatis, linguæ sunt Ecclesiarum quæ per sanctum Spiritum die Pentecostes in specie ignis diuisæ discipulis infederunt. Vt etiam numerus ipse ostendit ex quo mala granata omnis Ecclesia per mundum connexos, vt grana intrinsecus, continens populos, in vinculo pacis, & gratiæ, vnum eos tegmen operiat charitatis. Resonantibus enim tintinnabulis Apostolis, mala granata statim mota sunt, in actibus Apostolorum dicentia: *Nonne hi qui loquuntur, natione sunt Galilei? Et quomodo agnoscimus in illis sermonem in quo nati sumus? & sequitur, variis enim linguis magnificabant Deum.* Sed hæc omnia gressibus liberi Sacerdotis moventur, dum ingreditur in sancta Sanctorum, quo pro nobis noster iam Me-

a serm. 2.
de S. Bar-
tol.

diator ascendit, apparere ante faciem Dei.] Significat non nisi post Christi ad cœlos Ascensionem, auditum esse per omnem terram sonum Apostolorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Consentit itidem Petrus Damianus.^a

*a serm 2.
de S. Barthol.*

7. Hunc esse Zodiacum in Ecclesiæ cœlo, sub Sole Christo, pulcherrimè docet Anastasius Sinaita^b, aptatis ad varios, inter duodecim Apostolos, alióque nonnullos Noui Testamenti cœlites, nominibus signorum Zodiaci quæ passim vsurpantur. Aliter Zodiacum hunc Apostolicū exponit Franc. Georg. Venetus.^c Philippus Presbyter^d ad illud Iobi, *nec numeretur in mensibus*, Apostolos duodecim anni mēsis confert. [Annus (inquit) Christus intelligitur, quia in se cuncta reuoluit & continet. Menses hoc loco sanctos Apostolos rectè spiritualiter intelligimus qui vt ligna Paradisi, Ecclesiæ afferunt fructus duodecies, iuxta Apocalypsim, nutritos flumine viuo Ecclesiæ.]

b l 4. contempl. in Hexaem.

*c cantico
2. tom 7.
c. 12.
d inc. 3.
Iobi.*

*e tract. 49.
in Ioan.
f serm 1.
de Pasch.*

Affine est, quod S. Augustinus^e imitatus Zenonem Veronensem, ^f Apostolos ait fuisse duodecim horas diei, à Sole Christo

Christi
osten
fi ego
quid
diem
illi ho
duod
bat. S
tem t
bo, r
illius
succe
meru
cim d
ipse f
horæ
illust
die, &
dat m
8.
alias i
turna
desid
stus r
cim
cim f
tus l

Christo signatas. [Ut diem (inquit) se esse ostenderet, duodecim discipulos elegit: si ego sum, inquit, dies, & vos horæ. Nunquid horæ diei consilium dant? Horæ diem sequuntur, non dies horas: Si ergo illi horæ, quid ibi Iudas? Et ipse inter duodecim horas, qui, si hora erat, lucebat. Si lucebat, quomodo diem ad mortem tradebat? Sed Dominus in hoc verbo, non ipsum Iudam, sed successorem illius prævidebat. Iuda enim cadente, successit Matthias, & duodenarius numerus mansit. Non ergo frustra duodecim discipulos elegit Dominus, nisi quia ipse spiritalis est dies: Sequantur ergo horæ diem, prædicent horæ diem. Horæ illustrentur à die, horæ illuminentur à die, & per horarum prædicationem, credat mundus in diem]

8. Consentit Petrus Chrysologus. ^{a ser. 170.}
alias item constipans figuras. [Post diuturna tempora terræ noctis, auroræ suæ desiderato splendore, æternus dies Christus noster reluxit in lucem, qui duodecim suas horas in Apostolis suis duodecim signanter aptaret. Hunc diem Beatus Psalmista Prophetali vidit spiritu
eum

cum canebat: *Hac est dies quam fecit Dominus, exultemus & letemur in ea.* Vnde & Apostolus, lucis ac diei filios appellat credentes: vos filij lucis estis, & diei. Et conuocauit duodecim. Duodenarius numerus iste, per quaternarium, tripartitam nobis monstrat & format quadrigam: per quam Trinitas tota, toto orbe Apostolicis vehitur & fertur excursibus, vt diabolum mitis bellator expugnet, & mundi superbiam, mansuetus victor inclinet. Vt discordias gentium pacificus auferat præliator, & destructo inferno, hoc est, peccati fouea, diuturno carcere animarum humani generis captiuitatem, liberam, triumphus sui perducatur ad gloriam. Hunc Trinitatis currum Beatus Psalmista vidit Prophetali spiritu, cum dicebat: *Ascendisti in altum, captiuam duxisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.* Hunc currum sibi, suo Patri, & Spiritui sancto, Dominus cum diceret, præparat: *Tollite iugum meum super vos, quia Iugum meum suauis est, & onus meum leue est.* Nescit lassescere baiulus misericordie, pietatis euector. Duodecim Patriarchas, duodecim distinctos in tribubus,

bus, du
lapides
forma
descrip
altius a
Bles
esurier
rum. C
si singu
sideren
ftitiam
animas
quantu
diceba
pro fra
nitudin
sua. T
agunt
onagri
disting
prima
sunt, i
cunda,
horis n
cio qua
beant
modur

bus, duodecim fontes eremi, duodecim lapides eleuatos ex alueo in figuram, formamque Apostolici numeri fuisse descriptos, scrutatori legis relinquamus altiùs ad probandum.]

Blesensis scitè ^a [Quarta mansio est a ferm 38. esurientium iustitiam, id est, Apostolorum. Cùm enim singuli fideles & vniuersi singulorum & omnium hominum desiderent iustitiam, præ aliis Apostoli iustitiam nostram affectauerunt, ponentes animas suas, vt nos lucrificarent. Videte quantum sitiebat fratrum iustitiam, qui dicebat. *Optabam anathema esse à Iesu, pro fratribus meis.* Hi fuerunt onagri plenitudinem gentium expectantes in siti sua. Tradunt enim, qui de naturis rerum agunt, quod in diebus æquinoctiorum, onagri horas diei ac noctis rugitibus suis distinguunt, & quasi naturales horoscopi, prima hora diei, vbicunq; terrarum sunt, rugitum emittunt. Similiter in secunda, & tertia, & deinceps. Id ipsum de horis noctis sentientes, vt naturæ beneficio quasi suum gnoma horologicum habeant feræ in cubilibus suis. Ad hunc modum Apostoli, sermone suo in omnes

nes fines terræ opera lucis & tenebrarum distinxerunt, opera carnis ab operibus spiritus secernentes, qui & ipsi duodecim horæ diei à Domino nominati sunt, vt non tantum verbo, sed etiam numero diem ac tenebras distinguere cognoscantur. Ipsi enim sunt vituli, qui totum mundum suis mugitibus repleuerunt, quia *in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.*]

9. Augustinus quodam loco, ^a Apostolos dentes Ecclesiæ, egregiè con-
a in psal 3.ponit, principibus (vt vocat,) peccatorum, quos Deus conterit vt psalmo 3. dicitur. [Possunt (inquit) & dentes peccatorum, accipi principes peccatorum, quorum autoritate, quisque de societate rectè viuientium præciditur, & quasi incorporatur malè viuentibus. His dentibus, contrarij sunt dentes Ecclesiæ, quorum autoritate ab errore gentilium, variorumque dogmatum præciduntur credentes, & in eam quæ Christi corpus est transferuntur. His dentibus dictum est, Petro, vt manducaret mactata animalia, id est, occidendo in Gentibus quod erant, & transmutando in id
 quod

quod
 fia die
 tonfa
 gemin
 Hi fun
 admo
 facium
 vestra
 trem v
 autorit
 quenti
 separa
 in Ecc
 rectè i
 cuntur
 terrena
 & asce
 sæculi
 tismati
 rantur
 ctum e
 pender
 toto co
 mente
 In quib
 ctus re
 Ecclesi

quod ipse esset. Et de his dentibus Ecclesiæ dicitur, *Dentes tui sunt sicut grex detonsarum, ascendens de lauacro, quæ omnes geminos pariunt, & sterilis non est in illis.* Hi sunt qui rectè præcipiunt, & quemadmodum præcipiunt, ita viuunt: Qui faciunt quod dictum est. *Luceant opera vestra coram hominibus, ut benedicant Patrem vestrum qui in cælis est.* Horum enim autoritate commoti, Deo per illos loquenti & operanti, homines credunt, & separati à sæculo cui conformati erant, in Ecclesiæ membra transeunt. Et ideò rectè isti, per quos hæc fiunt, dentes dicuntur detonsis ouibus similes, qui iam terrenarum curarum onera deposuerunt, & ascendentes de lauacro, de sordium sæculi ablutione per sacramentum Baptismatis, omnes geminos pariunt: operantur enim duo præcepta de quibus dictum est: *In his duobus præceptis, tota lex pendet & Propheta: diligentes Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & proximum tanquam seipsum.* In quibus sterilis non est quia tales fructus reddunt Deo.] Non dissimilia de Ecclesiæ dentibus, sacris Doctoribus, cuiusmo

a hom. 7. in
Cant.

b in psal
139.

iusmodi in primis Apostoli Nyssenus.^a
 Oculos Ecclesiæ, Apostolos nominat
 S. Hilarius ^b ad illud *imperfectum meum*
viderunt oculi tui. Sic enim scribit. [In
 corpore oculos, principalis esse officij, ac
 virtutis, nemini dubium est. Et quia ocu-
 li potiores cæteris membris sunt, in his
 Apostolos significari non ambigendum
 est: per quos lumē Ecclesiæ, & operatio-
 nis diuinæ mysteria præbentur. Quod
 Dominus manifestè in Euangeliis osten-
 dit. Námque cùm Apostolos sal terræ,
 luménque mundi, & lucernam domus
 in candelabro ob egregia & conspicabi-
 lia (ad comparationis exemplum,) fidei
 suæ opera nūcupasset, rursus vocās eos
 à terrenis & corruptibilibus thesauris,
 & à sæculi curis, esse oculos corporis di-
 xit ita: *Lucerna corporis tui, est oculus tuus.*
Si oculus tuus simplex est, totū corpus tuum
erit lucidum: Si oculus tuus nequam est, to-
tum corpus tuum tenebrosus erit. Si ergo
lumen quod in te est tenebra sunt, tenebra
ipsa quanta erunt? Extra corporalem in-
 telligentiam locus iste est, & idcirco spi-
 ritualiter intelligendus est. Apostoli ita-
 que qui Ecclesiæ, id est Christi corporis
 oculi

oculi
 esse.
 bus n
 toto c
 ro. I
 residu
 Idem
 IO
 ras eff
 cum su
 quit)
 rim, v
 quasi
 xa & c
 tæ em
 conia
 bus op
 no am
 gitta p
 cite me
 unguen
 niam
 bus ali
 Deum
 remear
 auxiliu
 aut qu

oculi sunt, lucidi & simplices iubentur esse. Corpore toto lucido, his simplicibus mansuro. Si autem nequam fuerint, toto corpore necessario tenebroso futuro. Nulla scilicet tenebris spes luminis residua si lumen ipsum in tenebris sit.] Idem perpulchrè tradit S. Macarius.^a

^a homil. i.

10. Augustinus,^b Apostolos sagittas esse ait arcus diuini, tractans illud *arcum suum tetendit*, &c. [Arcum istum (inquit) Scripturas sanctas libenter acceperim, vbi fortitudine Noui Testamenti, quasi neruo quodam, duritia veteris flexa & edomita est. Hinc tanquam sagittæ emittuntur Apostoli, vel diuina præconia iaculantur. Quas sagittas ardentibus operatus est, id est qui percussi diuino amore flagrarent. Quæ enim alia sagitta percussa est, quàm quæ dicit, *Inducite me in domum vini, constituite me inter unguenta, constipate me inter mella, quoniam vulnerata charitate ego sum*. Quibus aliis sagittis accenditur, qui redire ad Deum cupiens, & ab ista peregrinatione remeare, aduersus dolosas linguas petit auxilium? Et ei dicitur, *Quid detur tibi, aut quid adijciatur tibi ad linguam dolo-*

^b in psal.

7.

sam? sagitta potentia acuta, cum carbonibus vastatoribus: id est quibus percussus atque inflammatus, tanto amore ardeas regni cœlorum, vt omnium resistētium, & à proposito reuocare volentium linguas contemnas, & persecutiones eorum derideas, dicens: quis me separabit à charitate Christi? Tribulatio an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum enim (inquit) quia neque mors neque vita, neque Angelus neque Principatus, neque presentia, nec futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Sic ardētibus, sagittas suas operatus est.] Concinit Eucherius.^a [Tanquam sagittæ (inquit) acutæ, potentissimæ, de pharetra legis electæ, per totius orbis spatia deferuntur atque vibrantur, vt dura infidelium corda populorum, Dei timore confringerent, & bruta nationum pectora, salubri charitatis vulnere penetrarent. Sicut exultat anima perfecta, quæ huiusmodi in se sagittam ac telum Dominici amoris acceperat, dicens: quia vulnerata
chari

*a homil. de
 SS. Petro
 & Paulo.*

*char
 Deu
 culis
 flicto
 Su
 [Hab
 brofi
 misist
 multa
 moue
 vt flu
 lizan
 surge
 niis, in
 Ascen
 nitas.
 gum
 næ si
 conc
 cti, qu
 totius
 aurig
 flagel
 exter
 st oru
 lium
 randu*

charitatis telo ego sum.] Eò spectat, quod Deus sagittarius est, vt Origenes de iaculis electis, & beato vulnere per ea inflicto differens affirmat.^a

*a hom. 2.
in Cant.*

Sunt Apostoli, currus & equi Christi. [Habet equos suos Christus (ait S. Ambrosius)^b de quibus dicit Propheta, *Im-*
misisti in mare equos tuos, turbantes aquas
multas, eò quod gentium populos qui mouentur vt aquæ multæ, & excitantur vt fluctus aquarum multarum, Euangelizando commouerint Apostoli, vt asurgentes à terrenis idolorum ceremoniis, in Christum crederent. Et suprà ait: *Ascendisti in equos tuos, equitatus tuus san-*
nitatis. O bonorum equorum duodeca iugum mirabile, quibus fræna ponis, habentæ sunt charitatis, constricti inter se concordia vinculis, & iugo fidei subiecti, quatuor rotis, Euangelij mysterium, totius orbis finibus inuehentes. Bonum aurigam portantes Dei verbum, cuius flagello fugatæ sunt illecebræ seculares, exterminatus mundi istius princeps, iustorum cursus impletus est. O rationabilium equorum grande certamen, ô mirandum mysterium, rota intra rotam

*b serm. 4.
in psal.
118. v. 8.*

currebat, & non impediabatur. Nouum Testamentum in Veteri Testamento erat, inter illud currebat per quod annuntiabatur. In quatuor partes ibant rotæ, & non conuertebantur retrorsum, quia spiritus vitæ erat in iis qui currebant in quatuor partes totius mundi, & sine offensione caneant, quia bona equorum vita quadrabat. Currebant igitur equi, quia non dormierat qui ascenderat equos.]

a 2. padag.
c. 8.

II. Apostolos, pedes Christi, vocat Clemens Alexand. ^a pereleganti allegoria, inunctionem pedum Christi per Magdalenam, huc in hunc modum referens. [Pedes qui vnguntur vnguento odorifero, doctrinam diuinam significant, quæ cum insigni gloria orbem terræ peruadit. Exiit enim sonus eorum in fines terræ atque adeò, si non nimium importunus videor, pedes Domini sunt Apostoli propheta delibuti, qui sua uolentis vnguenti, scilicet sancti Spiritus sunt participes. Itaque Apostoli, qui vniuersum orbem terræ obierunt, & Euangelium prædicarunt, per allegoriam dicuntur pedes Domini. De quibus per psalmo

psal
min
des
neru
nit a
cinn
nus
coru
alter
publ
ocul
igitu
stim
non
gen
dem
mur
tu fu
cini
nam
latio
pe q
tij la
com
Chr
indo
Apo

psalmographum quoque prædicit Dominus. *Adoremus in loco ubi steterunt pedes eius*, hoc est, quò pedes eius peruenerunt Apostoli per quos prædicatus venit ad fines terræ.] Christi capillis & cincinnis collatos Apostolos, notat Nyssen^a quos à sponsa nigros dictos quasi coruum arbitratur, quia Apostolorum alter prædo primùm ac persecutor, alter publicanus, & si quis alius, carniuorus & oculorum corruptor, antea fuerat. [Hos igitur appellari à sponsa cincinnos existimamus, qui aureo capiti adhærentes, non parum sponsi pulchritudinem augment, ab aura spiritus agitati. Atque iidem illius immaculati capitis pulcherrimum sertum sunt, ornantes illud ambitu suo. Etenim de his locum illum vaticinij accipio. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso ita vt per appellationem vtramque intelligantur, quippe qui sint cincinni decori, & magni pretij lapides ornamentum aliquid ex se capiti conferentes.] Egregiè^b rursus de horum Christi capillorum decore, præsertim ob indolentiam & sensus defectum, quæ in Apostolis quoad externa & mundana

^a hom. 13.
in Cant.

^b hom. 15.

micant insigniter.

a homil. 3.
de dedic.
Eccles. in
calce Su-
dita.

Montes in scripturis dictos Aposto-
los, obseruat Eucherius, ^a quod ita expo-
nit. [Beatos Apostolos sermo diuinus
sub appellatione commemorat mon-
tium, præ stabilitate virtutum, ac subli-
mitate meritorum, vt intelligamus, quã-
ta eos veneratione excolere debeamus,
in quibus videmus Ecclesiæ fundamenta
consistere. Ideò ergo magnanimitas in-
uicta sortita est nomē fundamenti, quia
sicut fundamentum in primo ædificij
loco ponitur: Ita per eos primitus Chri-
stiana religio initium sumpsit; per illos
fides nouella surrexit, & quasi supra mo-
lem solidam, vasta firmitate confedit.]

b psal. 75.
v. 5.

Hi sunt montes æterni à quibus omnes
illuminantur. Augustinus ^b ita Psaltem
accipit. [Qui sunt (inquit) montes magni?
Prædicatores veritatis. Tu illuminans
sed à montibus æternis. Primi magni
montes excipiunt lucem tuam, & à lu-
ce tua quam suscipiunt montes, vestitur
terra. Sed illos magnos montes excepe-
runt Apostoli. Tanquam orientis luminis
primordia exceperunt Apostoli. Nun-
quid quod acceperunt, apud se retinue-
runt?

runt
quam
mula
se no
rum
rabili
nos
cæte

A
rum
trans
bus,
strat,
est in
in co
gene
(ait f
dens
Quo
paret
testa
dieb
tus in
cant
per c
rectè
gia n

runt? Non, ne diceret & illis, *serue nequam, & piger dares pecuniam meam nummulariis.* Si ergo quod susceperunt apud se non retinuerunt, sed omni orbi terrarum prædicauerunt, illuminans tu admirabiliter à montibus æternis: quos æternos fecisti, per illos vitam æternam & cæteris promissisti.]

At Philo Carpathius, illud Canticorum: *ecce hic venit saltans in montibus, transfiliens colles,* non montibus sed collibus, collatos Apostolos egregiè monstrat, sic scribens. [In montibus salit, hoc est in Prophetis, indè que rursus transfilit in colles, id est in Apostolos: Secundum generationem enim & generationem (ait sapientia) in animas sanctas descendens, amicos Dei & Prophetas præparat. Quod autem montibus Prophetæ comparentur, & collibus Apostoli, manifestè testatur Esaias cum ait: *Erit in nouissimis diebus, manifestus mons Domini, præparatus in summitatibus montium:* hoc est in canticis prophetarum. *Et exaltabitur super colles,* id est super Apostolos ipsos: & rectè. Vt enim Sol illucens, primo fastigia montium illustrat, & radiorum luci-

das conuersiones extendit; sic & Christus sol iustitię, lumen suę diuinitatis per vniuersum orbem veluti fulgur emisit: & primū quidem in Prophetas & Apostolos radios suę maiestatis effudit, per quos ex orbe tenebras expulit ignorantię. Nec miremur mōtium appellatione Prophetas maiores videri Apostolis, quos colles diximus appellari. Nam vt montes altiūs tolluntur, colles verò humiliores surgunt, sic prophetę Christum in carne longiūs spexere, Apostoli verò manibus contrectarunt, vti est apud Ioannem; *de verbo vitę* (inquit) *quod nos & vidimus & contrectauimus*, &c. Minus enim Patriarchę quàm Prophetę de verbo vitę intellexerunt: Minus & Prophetę, quàm Apostoli, qui soli, sibi illud præfens, familiaręque habere meruerunt. Grãdis certè fœlicitas, & ineffabile vitę gaudium; Deum rerum omnium conditorem, oculis carnis potuisse videre, & manibus mortalibus contrectare: Quod autem Patriarchę minùs intellexerint, quàm Prophetę (quippe qui longiūs hūc Solem iustitię humanitate vestitum aspexere) testatur Dauid cum inquit

quit:
super
ni dū
triar
Dom
rarum
incarn
tuerun
& Ap

I 2

stoli c
les, ne
nus tr
a mu
lium
colles
mos p
verita
habet
races
atque
sticos
Parisi
dir: [r
renda
vasa v
cet, g

quit: *super omnes docentes me intellexi, & super senes, & cætera.* De Apostolis, nemini dubium, quin plus omnibus & Patriarchis & Prophetis id nouerint, cum Dominus asseueret, dicens: *Multi desiderarunt videre: me scilicet, verbum vitæ incarnatum, quod vos videtis, & non potuerunt.* Rectè igitur montes Prophetæ, & Apostoli colles appellantur.]

12. Frequentius tamen esse, vt Apostoli dicantur montes, potius quàm colles, neminem later: Ipseque D. Augustinus tractans illud, *montes in circuitu eius,*
^a multa præclare de montium & col-
 lium spiritualium diuersitate adducens, colles, eos interpretatur, quibus per primos prædicatores, (puta Apostolos) lux veritatis obuenit, ipsos verò Apostolos, habet pro montibus. Et quia montes feraces esse solent venarum metallicarum atque fossilium, aptè cadere in hos mysticos montes potest, quod Gulielmus Parisiensis ^b de spiritualibus mineris tra-

a in psal.
124.

b lib. de legibus c.
16. *ad finem.*

dit: [è quibus ferrum trahitur, ad contenda dura corda, ad ea fabricanda in vasa vtilia, in vasa belli, in lanceas scilicet, gladios & sagittas. Deinde aurum

nobilis & pretiosæ sapientiæ , ad ditanda eadem corda, & exornanda. Deinde argentum suauiter sonans , puræque & examinatæ eloquentiæ. Deinde gemmæ vernantes , & coruscantes virtutum nobilium.] Sed quod addit Gulielmus, hos thesauros in suis illis venis inueniri, aptius in re præsentis locum habet, etiam sumpta *thesauri* voce , in sua stricta & propria notione , qua depositiuam pecuniam designat, (vt est apud Cassiodorum^a) iam olim abditam alicubi. In quo sensu D. Paulus, interprete Isidoro Pelusiotæ, ^b Apostolos thesaurum esse dixit, in vasis fictilibus. Idque Isidorus duplici epistola in eius loci Apostoli expensionem insumpta, fusè illustrat, hæc præter cætera habens de multiplicibus opibus diuinis, quibus hi thesauri redundant. [Quidnam est quod cum his opibus comparari possit? Quid his præstantius & excellentius? Equidem ipse, si quis totius terræ imperia, hoc est Assyriorum, Persarum, Macedonum, & Romanorum collegerit, atque sermonis vi & facultate vnum ex omnibus effecerit, illudque cum his diuitiis comparit, cum vt stultum

^a lib. 6.

^b lib. 2.
epist. 4 &
5.

tum a
natur
nari
mo p
cies. I
nales
diuin
ctrina
atque
ption
runt.
erant
cum
que n
huma
rem p
tentia
reni c
Ipsis
uerit
lis, &
O
filium
conf
sunt
fund
quib

tum ac stolidum puerum, quique rerum naturam internoscere nequeat, condemnarim: Quod si quæ his maiora sunt, animo perpendas, maiores diuitias perspicies. Domini omnium rerum contubernales, mensæque consortes extiterunt: diuini colloquij honore affecti, ac doctrina naturæ captum superante ornati atque instructi sunt, ad filiorum adoptionem, Deique amicitiam peruenerunt. Etenim velut Præfecti quidam erant circum Regem, ac velut stellæ vnâ cum iustitiæ Sole cursum obeuntes; atque non eburneas quasdam tabellas quæ humanum aliquod præmium & honorem parturirent, verùm huiusmodi potentiam atque autoritatem, quam ne terreni quidem Reges habent, accipientes. Iphis enim dictum est: *Quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcumque solueritis, soluta erunt.*]

Origenes^a expendens illud, *videbitis* a tract. 35. in Matth. *filium hominis venientem in nubibus cæli,* confert Apostolos cum nubibus, [Quæ sunt (inquit) nubes super quas veniet qui fundatus est à dextris virtutis, aut cum quibus veniet, aut ad quas pertinet veritas

ritas Dei secundum quod scriptum est:
Et veritas tua usque ad nubes? Hæ sunt
 viuæ nubes, Prophetæ Dei, & Apostoli
 Christi, quibus mādāt pluere cum oportuerit, aut non pluere super vineam sine fructu. Si quas autem non vult esse huiusmodi nubes super quas & cum quibus veniet Filius hominis apparens, ipse scit. Semper enim super illas & cum illis venit, ostendens suum aduentum dignis se Deus verbum, & sapientia, & veritas, & iustitia. Hæ autem quas tradidimus nubes, quasi portantes imaginem cœlestis, nubes sunt cœli non transeuntis, sedes Dei & regno Dei dignificatæ, quasi hæredes Dei, & cohæredes Christi, & conregnant ei.] Pulcherrimè idem argumentum versat alibi ^a vbi nubes Apostolicas ab extremo terræ eductas à Christo & fulgura in pluuiam sermonum rutilantium facta, luculenter exponit in quam etiam rem videnda epistola 9. quæ inserta est 9. tomo S. Hieronymi, & S. Ambrosius ^b ad illud *venientem in nubibus cœli.*

^a homil. 5.
 in Ierem.

^b in c. 21.
 Luca.

13. Intonantem de his nubibus Deum per præcepta, coruscantem per
 mira

miracu
 dedit
 verbis
 ranqua
 bant,
 dius ex
 pitus r
 enim c
 ta est t
 sunt n
 tores
 ptis, co
 & mo
 & firm
 vberta
 nubes
 vocem
 De hi
 vineæ
 in cor
 meis n
 implet
 uimus
 cor ma
 eramu
 ibimus
 bo nu

miracula, S. Augustinus ^a tractans illud, *dedit vocem suam, & mota est terra*, his verbis proponit. [Arreptitij] idolorum, tanquam ranæ de paludibus personabant, tantò tumultuosius, quantò sordidius ex delictorum cœno. Et quid strepitus ranarum ad tonitrua nubium? Inde enim dedit vocē suam altissimus, & mota est terra. Tonuit de nubibus suis. Quæ sunt nubes eius? Apostoli eius, prædicatores eius, de quibus intonabat præceptis, coruscabat miraculis, ipsi nubes, qui & montes. Montes propter altitudinem & firmitatem, nubes propter pluuiam & vbertatem. Irrigauerunt enim terram nubes istæ, de quibus dictum est, *dedit vocem suam altissimus, & mota est terra*. De his enim nubibus minatur cuidam vineæ sterili, vnde translati sunt montes in cor maris. *Mandabo, (inquit) nubibus meis ne pluant super eam imbrem*. Hoc impletum est in eo quod commemorauimus, quando translati sunt montes in cor maris, quãdo dictum est, ad vos missi eramus, sed quia respuistis verbū Dei, ibimus ad gentes, impletum est, mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem

imbrem. Denique ipsa gens Iudæa, modò sic remansit, tanquam vellus siccum in area.] &c. [Inde ergo dedit vocẽ suam altissimus, de istis nubibus, per quam vocem regna inclinarentur & adorarent.]

a l. 4. in
Isaiam.

In eandẽ sententiam S. Cyrillus^a ad Iulud *spargant nubes iustitiam*, quod in vulgata habetur, *nubes pluant, iustum*, [Nubes (inquit) intelligibiles, esse dicimus, supernas potestates à quibus spirituales consolationes pluiæ instar, demittuntur, & in corda distillant credentium. Iuxta id quod alibi apertè dictum est, de Israëlitis, quasi de vite: *Et nubibus mādabo, ne depluāt in eos pluuiam*. Vel etiā ipsos sãctos Mystagogos, & eos qui sunt in terra, quorum primi & primitiæ fuerunt diuini discipuli, qui vniuersam terram peragrantes, diuinum & sacrosanctum sermonem dissiparunt: Et quasi siticulosam quampiã & infructuosam terram, quotquot ubiq; sunt exhilarantes, & quasi intelligibiliter irrigãtes, spiritualis fere citatis causæ in illis extiterũt. Itaq; Iudæis, vt qui Domicidæ fuerint, & in Christum ipsum datorem riuorum sub intelligentiam cadentium debacchati sunt, man-

dar

dat n
bent
& lan
tium
terra
stitia
nubib
vt dix
tis orb
bus b
efflor
velut
per n
& pr
nemo
vnum
inutil
cua e
præce
nond
deinc
ga De
ni. ^a

14
collat
extru
Heba

dat nubibus Deus ne dent pluias:at iubentur demittere in ipsum credentibus, & largiter madefacere corda accedentium pluuiis demissis. *Aperiatur* (inquit) *terra, & germinet misericordiam, & iustitia simul exoriatur.* Erat siquidem opus nubibus sub intelligentiam cadentibus, vt dixi, quæ iustitiæ præceptis ac institutis orbem irrigarent: vt velut ex seminibus bonis, excreverent boni fructus, & efflorescerent. Imperium enim terræ velut obtinente peccati iuuentore, & per mundi sapientes passim execranda & prophana semina demittente, cum nemo esset qui bonitatem exerceret, ad vnum vsque, sed declinassent simul, & inutiles facti fuissent, omnisque terra vacua esset probitatis fructibus. Iustitiæ præceptis ac disciplina, instar pluuiæ nondum vsquam demissa: consentaneum deinceps erat, vt fructus sint pietatis erga Deum.] Idem habet Petrus Damiani.^a

14. Insignis verò est Apostolorum collatio cum lapidibus impositis, ad extruendum altare aceruandis in monte Hebal. Eam adhibet Cyrillus Alexand.^b

a *serm. 2.*
de S. Barthol.

b *l. 15. gloss.*
phir. in pentat.

locus

locus est luculentus. [Si transgressi fueritis (inquit) Iordanem, ad desiderabilem promissionis terram possidendam, tunc demum magnos lapides erectos, albario illinite, & manifestè admodum totam legem inscribite. Lapidem igitur isti magni, & in editiori loco positi, significant sanctorum Apostolorum chorum, qui reuera magni, & excelsi, ac præcellentes sunt. Quantum enim ad virtutem & ad gloriam vitæ in Christo attinet, nihil ipsis equiparari queat. Inueniemus enim eos incomparabiliter excellentiores nobis. Quis enim obsecro, mente præditus de æqualitate concludet cum sanctis illis atque inclytis viris, quos Christus ipse appellauit amicos? *Non enim (ait) dico vos amplius seruos, sed amicos meos.* Item vocat eos lucem mundi & salem terræ: atque adeò sua ipsius gloria ac dignitate illustres videri iussit, constituítque benefactores & medicos, huius vniuersi dicens: *Infirmos curate, leprosos mundate, demonia eijcite, mortuos excitare gratis accepistis, gratis date.* Magni igitur sunt lapides isti, & tanquam in monte constituti. Gloriæ enim splendor & laudis excellentia

lentic
si in e
Cu
fuè a
SS. A
Iosue
quam
ex S.
ac Pro
Cu
Testa
ment
ex vtr
quatu
plus c
iudicu
15.
nis A
Leone
mus. S
te, mo
ita à L
dum il
populor
quasi c
illud, L
lius par

lenticia

lencia faciunt eos valdè sublimes, & quam in editiori loco positos.

Cum duodecim illis viris electis à Iosue ad terram promissionis diuidendam SS. Apostolos, ipsùmque Christum cum Iosue confert Cyrillus Hierosolym. ^a In quam rem plurima quoque peti possunt ex S. Augustino, ^b & ex S. Hieronymo, ^c ac Prospero. ^d

a catech.

10.

b serm 94.

de temp &

l. 6. contra

Faustum

c. 19.

c l. 1 in

toninian.

d p 1. de

promiss. c.

13. & tri-

bus seqq.

e l. 4. de

victor.

uerbi Dei

c 7.

f serm. 25.

Cum duodecim Iudicibus Veteris Testamenti, hos duodecim Noui Testamenti Iudices componit Rupertus ^e & ex utroque illo numero existere viginti quatuor Seniores Apostolo visos, docet, plus circa illum duodenarium nouorum iudicum exquirens.

15. Cum leonibus throni Salomonis Apostolos confert Blesensis ^f [per Leonem (inquit) Apostolum intelligimus. Sicut enim Apostoli à Christo monte, montes, à fundamento fundamenta, ita à Leone de tribu Iuda, leones, secundum illud, *erunt reliquia Iacob in medio populorum quasi leo in iumentis sylvarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum.* Et illud, *Leo potentissimus animalium ad nullius pauebit occursum.* Et ipsi primos im-

petus mundi sustinuerunt. Isti sunt ceu leuculi in throno Salomonis. Fecit enim sibi Salomon thronum de ebore grandem, non fuit opus tale in vniuersis regnis, in quo sex gradibus ascendebatur. In quorum summitatibus altrinsecus ceu leuculi excubabāt, fabrefacti tanquam graduum custodes. Ad hunc modum inter medium Apostolorum transeundum est, si volumus ascendere de virtute in virtutem, ad videndum Deum deorum in Sion, id est per doctrinam eorum & imitationem, & interuentum. Vnde scriptum est. *Inter medium montium pertransibunt aquae.* Verumtamen quadam ratione similitudinis, Apostoli simulantur leonibus. Leo cum infirmatur simiam deuorat, & conualescit. Grandis Apostolorum fuit infirmitas cum transirent ad Gentes, quia omnigenum monstra Deorum coli inuenerunt ab eis. Peccata enim proximorum fruxorium sunt iustorum. Vnde, *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Idola verò, vel veriùs ipsi idololatras, simiis comparatur. Simia cum homo non sit, tamen imagini hominis plurimum alludit. Sic & Idola, animantium

linea

linea
sum
los h
fiant
quod
quasi
latra
simia
ualue
— C
trinse
quos
auran
fert S
bolur
diuin
uti ill
dore
immi
dem p
tellig
Nam
in reg
Chri
genti
le ful
cam f

lineamenta tantum habent, & non sensum. Os habent, & non loquentur, oculos habent & non videbunt: similes illis fiant qui colunt ea. Mutum enim est os quod laudes Dei non sonat. Sunt ergo quasi simiæ animantium Idola, & idololatræ quasi simiæ Idolorum. Huiusmodi simias incorporauerunt Apostoli, & conualuerunt.]

Cum vectibus portantibus arcam, intrinsecus & extrinsecus auro tectam, quos ex ligno imputribuli confici, & inaurari mandat Deus, Apostolos confert S. Cyrillus^a his præter cætera. [Symbolum est aurum ipsum splendidissimæ diuinitatis, qua sanctum illud corpus veluti illitum erat, quæque suum ipsa splendorem & incorruptionem ineffabiliter immittebat, ut ipsa profectò sola, & quidem per se nouit diuina illa, & quæ intelligentiam omnem superat, natura. Nam si iusti aliquando fulgebunt, ut Sol in regno Patris sui, iam quanta erit ipsius Christi gloria? Quomodo non & intelligentiam, & orationem omnem vincit ille fulgor? Aurei enim sunt vectes, qui arcam sustinent, aurei & circuli, aurea de-

a l. 9. de
adorat.

ni que in ea sunt omnia. Participes nam que illius gloriæ sunt, qui illum circumstant, illique charitate & sanctitate tanquam affixi sunt, & vsum præbent, quales illi sancti discipuli erant, qui vim diuinam ab eo accipiebant, & supernæ illius excellentiæ splendorem erant participando consecuti. Itaque diuina signa ob eam causam edebant.]

16. Cum duodecim panibus propositionis Apostolos componit alibi idem S. Cyrillus ^a Panes (inquit) Sanctos Apostolos accipi putamus, vnus enim cum sit ille per naturam, ac verè panis ille qui de cælo descendit, ac vitam præstat, ex eius tamen imitatione participationeque, qui per naturam talis est, diuini illi mysteriorum doctores ac magistri panes sunt ad pietatem nutrientes, cum verba vitæ nobis præbeant, & famem ex ignorantia proficiscentem de credentium animis depellant. Eodem porrò sunt panes numero, quo discipuli nempe duodecim, iique in duas positiones collocati: sex hinc (inquit) & sex inde propemodum in orbem circumstantes, & in medio loco positum habentes vnum illum

a l. 10. de
adorat.

&

& de
guli
duab
que p
rūt a
parti
verbo
tur:
gran
verò
sanct
stultu
scrip
Diet
salte
thi: d
decla
est, n
non a
cebar
quitu
ingre
dem
verus
Salua
Dei e
in occ

& de cœlo panem id est, Christum. Singuli etiam ex duabus decimis, id est ex duabus perfectis mensuris, nam ex utraque parte perfecti, illi beati discipuli fuerunt ad omne opus bonum omnibus suis partibus absoluti, & opere insignes & verbo. Thus præterea & sal illis aspergitur: ac thus quidem illam sanctitatis fragrantiam; & Christi bonum odorem; sal verò prudentiam indicat: neque enim sanctorum virorum sermo, insipiens aut stultus est, sed gratia & sale conditus, ut scriptum est, & gratiam dat audientibus. Dicitum est etiam illic à Christo, *Vos estis sal terra.* Proponuntur etiam die Sabbathi: dies enim, quo sunt sancti Apostoli declarati, Sabbathi spiritualis tempus est, nempe Christi aduentus, quem quia non agnouerunt, qui ex Israël genus ducebant, Paulus de illis dicit, *Igitur relinquitur sabbatismus populo Dei:* non enim ingressi sunt in requiem eius, quia fidem non receperunt, sabbatismus igitur verus ac spiritualis, tempus illud est, quo Saluator noster aduenit. In oculis etiam Dei est panum propositio, atque etiam in oculis Israël, *Proponetis enim* (inquit)

die Sabbathorum in conspectu Domini in perpetuum, in conspectu filiorum Israël: cum ille contempletur, ac perpetuò sanctos viros sua inspectione dignetur: oculi enim inquit Domini super iustos. In oculis etiam Israël, quòd eos attendere debeat, atque in illis animi oculos quodammodò figat, quorum figuram corporis oculi referunt. *Sederunt* (inquit) *Aaron & filiis eius, & comedent ea:* apposita sunt quippe nobis in cibum, sanctorum Apostolorum scripta, qui fide iustificati sumus, & sancto illi ac sacro generi, populis inquam illis in acquisitionem, & electis, & Spiritus sancti gratia perunctis.]

17. His aliisque è veteri præsertim testamento petitis, & ad Apostolos translatis typis, eorum dignitatem celebrant Patres: Quorum etiam nonnulli, eminentissimum eorum munus, citra typos vltos amplissimis verbis exponunt. Adscribo nonnullos. S. Macarius, ^a cum nullū inter natos mulierum Ioanne maiorem esse ex Christi oraculo prodidisset, eo quod Ioannes *complementum sit omnium Prophetarum, & suavis ac præclara vox, rectà monstrans quem alij procul*
prænu-

a hom. 28.

prænu
 orac
 run
 S. M
 ti fu
 racle
 Iudi
 dere
 min
 mar
 cent
 nos
 eos
 spon
 eos
 mat
 dis r
 le pa
 Que
 bou
 quor
 rus
 cop
 terr
 tium
 p
 scrip

prænuñciarant, subdit ex eodem Christi
 oraculo, qui minor est in regno cœlo-
 rum, Ioanne esse maiorem. Id est, iuxta
 S. Macarium [qui supernitùs ex Deo na-
 ti sunt Apostoli, & primitias spiritus Pa-
 racleti acceperunt: hi siquidem, vt vna
 Iudices essent, ac in eodem Throno se-
 derent, meruerunt: hi Redemptores ho-
 minum facti sunt, inuenis eos diuidentes
 mare prauarum potestatum, atque edu-
 centes fideles animas. Inuenis eos colo-
 nos vineam animæ excolentes. Inuenis
 eos desponsantes animas Christo. *De-
 spondi enim*, inquit, *vos vni viro*. Inuenis
 eos largientes vitam hominibus: & sum-
 matim inuenis eos variis ac diuersis mo-
 dis ministrantes spiritui. Hic igitur est il-
 le paruus, qui maior est Ioanne Baptista.
 Quemadmodum enim agricola iugum
 boum dirigens excolit terram, eodem
 quoque modo Dominus Iesus, præcla-
 rus ac verus agricola, binos Apostolos
 copulans, emisit eos, cum illis excolens
 terram audientium, ac verè creden-
 tium.]

Proclus Constantinopolit. ^a post de-
 scripta floridissimè & comptissimè ho-

*a orat. pæ-
 negr. in
 S. Andeæ
 inter Gal-
 leti opus-
 cula.*

rum vt vocat intellectualiū piscatorum
 instrumenta, concludit. [Nihil in vita
 est, quod Apostolorum gratiæ compa-
 rari queat. Multa quidem vidit humana
 vita miranda, quęque hominum captum
 excedunt. Vidit iam effusum clamare
 sanguinem & sine lingua clamitare ne-
 cem.] Percurrit omnia insigniora priſci
 æui mirabilia, tum addit. [Nihil vnquam
 tale fuit in hac vita, quales Apostoli. Deo
 verbo seruiere, palpauere eum qui nulla
 vnquam est figura affectus: eum qui vbi-
 que existit, secuti sunt ambulantem, eius
 audiere vocem qui verbo cuncta crea-
 uit: venati sunt linguâ mundum, verbo
 terminos terræ circuiere, euulsere frau-
 dem quasi zizanium, extraxere vt spinas
 aras, mortua reddidere idola vt bestias,
 coniecere vt lupos in fugam dæmones,
 congregauere Ecclesiam vt gregem,
 collegere Orthodoxos vt frumentum,
 disperſere hæreses vt paleam, exsiccaue-
 re Iudaïsmum vt herbam, combussere
 Gentilitatem vt syluam, cruce arauere
 terram, verbum quasi frumentum disse-
 minauere, omnia quasi astra lucem fer-
 rentia illustrauere: quare ad ipsos cla-
 mabat

maba
 Oriem
 culu
 ipsius
 biles
 meric
 chri
 poran
 Vos est
 Ne
 emini
 chius
 Dom
 terrar
 res, A
 nes sa
 que
 enim
 uenie
 uata,
 haben
 petuo
 lectur
 fugiat
 effugi
 animi
 flamū

mabat Dominus , *Vos estis lux mundi.*
Oriens est vobis virgineus partus , dilu-
culum baptismatis est vterus , splendor
ipsius crucifixi gratia , radij sunt admira-
biles linguæ , dies futurum est seculum ,
meridies crucis est hora , occidens sepul-
chri est habitatio , vespera mors est tem-
poranea , fulgor è mortuis est resurrectio.
Vos estis lux mundi.

Non minus splendidè Apostolicam
eminentiam his verbis expressit Hesi-
chius Presbyter ^a secuti sunt Apostoli
Dominum statimque facti sunt supra
terram , ¹visique sunt Regibus gloriosio-
res , Angelis similes , Dei ministri , præco-
nes salutis , ministri immortalitatis , Solè-
que Luna & stellis illustriores. Eorum
enim gloria , non quasi sub cœlum per-
ueniens , sed quasi supra cœlum est ele-
uata , lucemque suam inextinguibilem
habent , cursum incessabilem radios per-
petuò fulgentes , quibus nostrum intel-
lectum illuminari precemur , ipsasque
fugiamus tenebras , vitæque falsitatem
effugiamus , ac vagum ambulantes mare
animis nociuam tempestatem fugiamus ,
famúsque Christi literarum expertium

*a orat. de
S. Andrea.*

Apostolorum pisces supernæ sagenæ, edulia Dominicæ mensæ, qua Rex Regum coenam suam parauit.]

a l. ge-
stis Pelagij
c. 14.

18. S. Augustinus ^a recensita numero-
rositate illa donorum, quam iuxta Pau-
lum, Spiritus sanctus prout vult in varia
Ecclesiæ membra distribuit, approbans
quod Pelagius dixerat, ea omnia in vnū
S. Paulum fuisse diffusa, cōcludit. [Nem-
pe isto munere Apostolatus, illæ omnes
gratiæ continentur. Non enim decebat,
aut oportebat, Apostolum non habere
prophetiam, aut non esse Doctorem, aut
non clarescere virtutibus, donationibus-
que sanitatum aut adiutoria non præ-
bere, aut Ecclesias non gubernare, aut
linguarum generibus non excellere.
Omnia hæc vnum nomen Apostolatus
amplectitur.]

b serm. de
S. Matthia
in fine.

Laurentius Iustinianus ^b tractans il-
lud, *constituit eos principes*, &c. Illudque
aptans ad S. Matthiam quatenus Apo-
stolum, [primatum (inquit) adeptus
est gentium, quia prius sibi met didicit
principari. Sic namque ad veri honoris
conscenditur cathedram, vt ante quis
sibi, deinde dominetur & cæteris. Nam-
quam

quam aliis benè præerit, qui sibi ipsi extiterit nequam. Extolluntur Apostolorum merita, non quia sanctis præferuntur omnibus dignitatis gratia, sed quoniam animarum zelo, honoris Dei, contemptus sæculi, cæterarumque virtutum præ cunctis sublimiùs inarsere, utpotè propinquiore verbo, & spiritualibus donis locupletiores. Nam quod aliis est impertitum ex parte, hoc istis totum est præstitum abundè. Maxima proinde fidelibus, ad eorum interpellandum suffragium fiducia prærogatur, quum mediatori hominum. specialissimo sint charitatis copulati contubernio.]

S. Gregorius, ^a Apostolos Veteris Testamenti Patribus etiam si sanctissimis sic a 18. mer. c. 31. anteponit. [Possunt per Sardonicum lapidem patres Testamenti Veteris, per Sapphirum verò prædicatores exprimi Testamenti Noui. Illi quippe quamuis magnam iustitiæ vitam tenerent, carnali tamen propagini seruibant. Quia igitur constat quòd quædam terrena agerent, non immeritò per sardonium lapidem, qui ut prædiximus, terræ rubræ tenet speciem, designantur. Per sapphirum

rum verò qui ætherei est coloris, Testamenti Noui congruè prædicatores accipimus, qui carnalis propaginis desideria postponentes, cœlestia sola sectati sunt. Vnde & propheta conspiciens cuncta carnis desideria, sanctos Apostolos, spiritali ardore transcendere, admiratus ait: *Qui sunt hi, qui ut nubes volant?* Ac si apertè dicat: nos per terram gradimur, qui adhuc coniugiis implicamur, & propagandæ soboli opera carnis impendimus: isti verò in terra non ambulant, sed ut nubes volant, qui dum cœlestia appetunt, de terrenis desideriis nihil tangunt.]

19. Sed illustrissimè variis locis S.

a hom. de
Pentecof.

Chrysoftomus. Nunc enim nominat.^a [Ora Apostolorum, regia æraria in quibus sanctum, & omnium bonorum diuinorum recondit thesaurum; alibi tractans illud, *oculi mei ad fideles terra ut se-
deant mecum,*^b honorem Apostolatus ex eo aperit quod astantibus Angelis confessuri sint Christo^c ad illud *vocatus Apostolus* sic scribit. [Apostoli munus, res bonis infinitis exundans, gratiis omnibus maius, ac dona omnia complectens.

b homil in
psal. 100.
r. 3. Gra-
col.
c in e. 1. ad
Rom.

Quid

Quid
Videl
dum
com
se. Id
rùmq
Christ
nos con
fat co
catus
magn
scribe
[Quid
men
est no
pellat
tus m
stis, se
admo
stratu
omne
nores
merat
uitati
est ali
rursus
est su

Quid enim amplius dixerimus, quam id? Videlicet, Christum, quod nobiscum dum versaretur, fecisset, hoc ipsum illis commississe, ac sic demum à nobis abiisse. Id quod Paulus exclamans. Apostolorumque dignitatem extollens, ait, *pro Christo legati sumus. Tanquam Christo, per nos consolante*, hoc est, Christi vice.] Versat copiosè alibi idem dictum Pauli^a *vocatus Apostolus*: sed adeò splendidè & magnificè Apostolatus eminentiam describens, *ut religio sit non adscribere.* [Quid significet (inquit) Apostoli nomen ostendamus. Neque enim nudum est nomen hoc, sed magistratus est appellatio, maximi Magistratus, Magistratus maximè spiritualis, magistratus cœlestis, sed attendite diligenter. Nam quemadmodum in rebus secularibus, magistratus sunt multi, non tamen eiusdem omnes dignitatis sed alij maiores, alij minores, exempli causa ut ab inferiori enumerationem ordiamur, est defensor Civitatis, est illo sublimior gentis præses: est alius post illum magistratus maior: est rursus magister militum: est præfectus: est sublimior istis magistratus dignitas

Consu


a tomo 5^{to}
serm. 90.

Consulum. Et omnes quidem hi sunt Magistratus, sed non eiusdem omnes dignitatis.] &c. Audistis quot seculares Magistratus enumerauimus, & quo pacto alij quidem maiores, alij verò sint minores, & quo pacto Consulum magistratus quasi culmen & caput præ reliquis cunctis emineat; Videamus spirituales etiam Magistratus. Spiritualis est magistratus prophetiæ. Magistratus est alter Euangelistæ, est pastoris, est Doctoris: est donorum, est curationum, est interpretationis linguarum. Hæc omnia, nomina quidem sunt donorum, res autem magistratum ac potestatum. Propheta magistratus est, apud nosis qui demones eiicit, magistratus est, apud nos Pastor & Doctor spiritualis est magistratus: verum his omnibus maior est Apostolicus magistratus. Vnde verò id constat? quòd omnes istos præcedat Apostolus. Et quemadmodum inter sensibiles magistratus Consul, sic inter spirituales Apostolus honoris gaudet prærogatiua. Audiamus ipsum Paulum enumerantem dignitates, & in sublimiori loco Apostolicam collocantem. Quid igitur,

ait

ait ille
Eccles
phet
de gra
gnitã
feder
sublin
Apost
tio D
curati
nes g
tũm p
tum
funda
put in
princi
tus, se
corpu
cereb
ti, de
sic &
princi
donis
dices
Proph
potest
etiam

ait ille? *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores & Pastores, & exinde gratias curationum.* Vides fastigium dignitatum? Vides Apostolum sublimem sedere, nec vllum ipsum præcedere, aut sublimiorem illo esse? Primùm enim Apostolos dicit, deinde Prophetas, tertio Doctores & Pastores: deinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes genera linguarum. Neque verò tantum principatus est cæterarum dignitatum Apostolatus; sed etiam radix ac fundamentum. Et quemadmodum caput in sublimiori loco situm, non modò principatus est corporis, atque dominatus, sed etiam radix: (siquidem nerui qui corpus regunt, oriuntur ex illo, & ex eius cerebro nati, ac spiritus largitione ditati, deinde totum animal moderantur:) sic & Apostolatus, non modò tanquam principatus ac dominatus præ cæteris donis eminet, sed omnium quoque radices comprehensas apud se retinet. Ac Propheta quidem, Apostolus esse non potest, & Propheta: sed Apostolus est etiam omninò Propheta, & gratias habet



bet curationum & genera linguarum & interpretationes linguarum: propterea principatus & radix est gratiarum.] Hoc adductis perspicuis scripturis latè confirmat, tum concludit, patere omnino, copiam gratiarum omnium tanquam in capite in Apostolatu residere, & nomine Apostoli, quod rudes nudum malè arbitrantur, tantam sensuum profunditatem, & gratiarum propè immensitatem contineri: meritoque proinde Apostolatam, nominari posse *Consulatum spiritualem*. Ut enim Consulatum iuxta Hilarium Arelatensem, ^a *concupiscibile ac penè summum mundus habuit*, ita summo Magistratu donatos esse in Ecclesia Apostolos, affirmat S. Chrysostomus, longaque oratione demonstrat, omnia magistratuum secularium insignia, multo splendidiùs micare in Apostolico magistratu: præ quo magistratus secularis, videri possit magistratus puerorum colludentium. Declarat deinde quos subditos, quem carcerem, ac vincula, quos carnifices sibi obnoxios habuerint Apostoli, [qui in terris sedentes sententiam ferebant, & ad cælos vsque

pene

a in S. Honorati
laudat.

penet
item
reuer
iunge
omne
tum in
descri
Affi
ad illu
enim
autem
quale
gusti
rij Imp
huius
Regib
qua in
Ita &
stianos
stolum
ipsa le
ret: in
derep
quia in
mi Ma
sunt di
ti, vt op

penetrabat virtus sententiæ.] Currum
item eorum ornatissimum, cæterorum
reuerentiam non audentium se illis con-
iungere, cingulum, tubam præuiam,
omnem denique magistratus appara-
tum in Apostolis luculenter ac copiosè
describit.

Affine est quod habet S. Hieronymus^a
ad illud, *Apostolus autem IESU Christi*, sic
enim scribit. [Porro quod ait, *Apostolus*
autem Iesu Christi, tale mihi videtur,
quale si dixisset: Præfectus prætorio Au-
gusti Cæsaris, Magister exercitus Tibe-
rij Imperatoris. Ut enim Iudices sæculi
huius quo nobiliores esse videantur, ex
Regibus quibus seruiunt, & ex dignitate
qua intumescunt, vocabula fortiuntur:
Ita & *Apostolus* grandem inter Chri-
stianos sibi vendicans dignitatem, Apo-
stolum se Christi titulo prænotauit: ut ex
ipsa lecturos nominis autoritate terre-
ret: indicans omnes, qui in Christo cre-
derent, debere sibi esse subiectos.] Et
quia in scripturis, huiusmodi sublimissi-
mi Magistratus, *Dij* dicuntur, hi ergo
sunt *dij* fortes terræ vehementer eleua-
ti, ut optimè expendit Cantaculenus.^b

^a in c. 1.
episto. ad
Titum.

^b Apolo 4.
sub mediis.

20. Tantum de eminentia & dignitate Apostolatus, ut constaret, quantum quàmque insigne beneficium Christi liberalitate sit Iudæ concessum, cum ad munus illud electus est. Verè enim fuisse ad id muneris electum, constat ex narratione Euangelica, qua electio duodenarij Apostolorum describitur apud Lucam ^a & Marcum. ^b Quod verò Christus ^c de Iuda loquens cum alijs Apostolis dicit, *non de omnibus vobis dico ego scio quos elegerim, sed ut impleatur scriptura, qui māducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum:* Hoc inquam Christi dictum, non adimit Iudæ electionem ad Apostolatam, sed solam electionem ad gloriam, qua Iudas suo demerito excidit. Quod item Origenes, ^d negat Iudam fuisse electum Apostolum, non repugnat veræ allectioni Iudæ in prædictum duodenarium, sed cum electos à vocatis fecernat, iuxta dictum Christi, multos vocatos, paucos electos pronunciantis, eos qui non perseuerant ad finem vsque & gratiam Dei in se vacuam faciunt, negat esse electos ad eum gratiæ gradum quem adepti erant, eoque sensu ait, Iudam

^a cap. 6.
^b cap. 3.
^c Ioan. 3.

^d initio
 explanat.
 in Epistol.
 ad Rom.

dam
 cus
 est (i
 se v
 mag
 sua
 das c
 negh
 Apo
 fuit
 fuit
 2
 mod
 ait, I
 duoc
 affir
 cim
 cim f
 quid
 hora
 bat, q
 Dom
 dam
 Iuda
 duoc
 quan
 mod

dam non esse electum Apostolum. Locus ipse seipsum explanat. [Sciendum est (inquit) quod possibile est aliquem esse vocatum Prophetam, aut vocatum magistrum, & si neglexerit vocationis suæ gratiam, decidere ex ea: sicut & Iudas qui etiam Apostolus vocatus est, & negligens vocationis suæ gratiam, ex Apostolo factus est prædo proditor. Et fuit quidem vocatus Apostolus, sed non fuit electus Apostolus.]

21. Durius est, sed tamen eodem modo molliendum, quod S. Augustinus^a ait, Iudam non fuisse vnum ex eo beato duodenario, quem à se electum Christus affirmabat. Exponens enim de duodecim Apostolis illud Christi, *nonne duodecim sunt horæ diei?* Subdit [si illi horæ, quid ibi Iudas? & ipse inter duodecim horas. Quod si hora erat, lucebat. Si lucebat, quomodo ad mortem tradebat? Sed Dominus in hoc verbo non ipsum Iudam, sed successorem eius præuidebat. Iuda enim cadente successit Matthias, & duodenarius numerus mansit.] Hoc inquam molliendum est eo quo proposui modo. Cæteroqui enim per se perspi-

a tract 49.
in Ioan.

cuum videtur, Iudam à Christo fuisse electum in Apostolum, & vnum fuisse ex eo duodenario de quo Christus aiebat. *Ego vos duodecim elegi.* Continuata enim oratione, quæ manifestè ad illos ipsos duodecim & Iudam pertinebat, dixit, & *vnus ex vobis diabolus est.* Significas fœdū exitū infœlicissimi proditoris, qui de cœlo Apostolicę dignitatis, exturbandus esset vt Satanas. Alibi^a eodem sensu Augustinus, Iudam electum esse, affirmat, ad tradendum Christum: nempe permissiue, & vt impleretur decretum æterni Patris, quod ferebat adscribendum esse Iudam cœtui Apostolico, vt eius malitia permissa benè cederet humano generi vniuerso. Hunc esse Augustini sensum, patet ex verbis illis^b [Dominus adiunxit, *non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim, sed vt impleatur scriptura: qui manducat panem meum, leuabit super me calcaneum suum.* Hoc quid est aliud, nisi conculcabit me? Notum est de quo loquatur, Iudas ille traditor eius attingitur. Ergo ipsum non elegerat vnde ab eis quos elegit, isto sermone discernit. *Quod ergo dico, inquit, beati eritis*

^a l. 2. de
corrupt. &
grat. c. 12.

^b tract. 59.
in Ioan.

si fe
Esti
facie
nisi
præ
ficer
ditor
alio
elegi
ipse
que
titud
fecer
scit
nis h
pane
uare
2
ctus,
fastig
bus i
Apos
munc
exorn
Apos
ne ter
adept

si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Est inter vos qui non erit beatus, neque faciet ea, & ego scio quos elegerim. Quos, nisi eos qui beati erunt faciendo quæ præcepit, ac facienda monstrauit, qui efficere beatos potest? Non est igitur traditor. Iudas electus. Quid est ergo, quod alio loco dicit. *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* An & ipse ad aliquid est electus, ad quod vti que erat necessarius, non autem ad beatitudinem de qua modò ait, *Beati estis si feceritis ea?* hoc non de omnibus dicit: scit enim quos ad societatem beatitudinis huius elegerit: non est ex eis iste, qui panem illius sic edebat, vt super eum leuaret calcaneum.]

22. Verè ergo in Apostolum electus, verè in eo eminentissimo dignitatis fastigio collocatus fuerat Iudas, & omnibus illis dotibus supernaturalibus quas Apostolis ad bonum suum concessas muneris institutio postulat, abundè est exornatus: Illis item potestatibus queis Apostolos instructos diximus, pro ratione temporis ditatus, omnesque in radice adeptus cum munus cui annecebantur,

fortitus est: adepturus re ipsa omnes, si perstitisset in gradu suo. Aliquas etiam, quod id ferrent tempora, & functionum illis respondentium obeundarum tempestivitas appetiisset; aliquandiu cum laude exercuit. Sic enim, prædicasse, & non paucos filios Deo genuisse per verbum prædicationis, desertè tradit Olympiodorus^a & idem habet Apollinaris^b apud Nazianzenum. Multis baptismum Christi impertiisse Anastasius Papa affirmat^c & præiuerat Augustinus.^d Dæmones expulisse, ait Cyrillus Hierosol.^e Aduersus morbos, & mortem, ac dæmones accepisse potestatem, ait Isidorus Pelus.^f [Claruisse miraculis ad gloriam Christi omnia peragentem, asserit S. Cyrillus Alex.^g & crebrò S. Chrysostomus, nominatim ad illud^h *si tradidero & c. nihil sum.* Itemⁱ in epigraphen Actuum Apostolorum, ostendens initio Ecclesiæ, improbis quoque datam facultatem edendi miracula, id præter cætera confirmat, quia [Iudam omnes fatentur signa fecisse, dæmones eiecisse, mortuos suscitasse, leprosos mundasse.] Idem tradit alibi^k expressissimè.

a enarrat.
6. in Ec-
cles.

b in Tra-
gædia de
Chris. pa-
riente.

c epist. 2.
ad Anast.
Impera-
tor.

d l. 3. con-
tra Petil.
c. 55.

e catech. 7.
fl. 3. epist.

44.
gl. 9 in
Ioan. c. 19.

h 1. Cor.
homil. 32.
i serm. 12.

tomi 9.
Gra col.

k l. ad scæ.
dalii pas-
sos c. 74.

q hom.
46. in Io-
an.

De

23. De Sacerdotio & Episcopatu, potest esse difficultas an re ipsa Iudas, saltem ex parte, sit iis exornatus. Cum enim duplex partialis character in Sacerdotio includatur, alter quo potestas in Corpus Christi reale continetur, alter quo inchoata potestas in eiusdem corpus mysticum, additione iurisdictionis complenda & integranda, certum quidem est, Iudam, Sacerdotio quo ad potestatem remittendi peccata potitum non esse, quia non modò potestas iurisdictionis ultimò ad absolvendum à peccatis necessaria, sed etiam potestas ordinis ad iurisdictionem supposita, illi defuit. Vtraque enim collata est post resurrectionem, insufflante Christo in Apostolos, & suum antiquum promissum de tradendis ad eum effectum Ecclesiasticis clavibus exolvente. De potestate autem ordinis, & Sacerdotalis & Episcopalis, quæ in nocte cœnæ collata est, an eam de facto adeptus sit Iudas, dubitari potest. Ita factum significat S. Leo, ^a dicens, Iudam à Christo [assumptum in discipulum, prouectum in Apostolum, mysteriis consecratum.] Nicephorus quoque ^b

^a *serm. 16. de pass.*

^b *bl. i. c. 30.*

a 2. p. al
 phab. 42
 lit H. ser.
 ad Ecclef.
 cauzelam.

initiatum Iudam agnoscit, & Gerfo. ^a re-
 ctè distinguens duos illos characteres
 Sacerdotales quos dixi.


Verùm hæc pendent ex infra excu-
 tienda dubitatione, iam inter antiquos
 admodum controuersa, an Iudas inter-
 fuerit cœnæ Eucharisticæ, inter quam
 cœnandam Apostoli, & Sacerdotes &
 Episcopi quoad potestatem ordinis re-
 spicientis Eucharistiam, sunt constituti.
 Nec potest parti Iudæ Episcopatum in-
 ficienti inferri præiudicium, ex eo quòd
 Psal. 108. verbis illis quæ S. Petrus in Iu-
 dam à Spiritu sancto intorta docuit, di-
 ctum sit, *Episcopatum eius accipiat alter.*
 Qui enim ab ea parte negante stabunt,
 facilè dicent, accipiendum id esse de
 Episcopatu ad quem Iudas electus erat:
 quemque re ipsa adeptus fuisset, si per-
 stitisset Apostolus. Vtri autem parti ad-
 hærendum potiùs sit, patebit, dum expo-
 fuerimus an Iudas cœnæ Eucharisticæ
 particeps fuerit, vbi sacro ordine inau-
 gurati sunt Apostoli.



Quod
 curat
 thor e
 qui e
 dam
 vt ali
 sed in
 quod
 lianus
 electo
 officio
 vsque
 discip
 ad lo
 delig
 dixit
 ticula

*Loculorum procuratio, Iudæ à Christo
demandata.*

CAPVT IV.

I.  D non leuem Christi erga Iudam charitatē, nec exiguum Iudæ honorem pertinuisse, quod ei loculos & elemosynarum procurationem credidit, S. Ambrosius author est: ^a annuitque Anastasius Sinaita ^b qui ex demandata marsupij custodia, Iudam, non minimo loco inter Apostolos vt aliquid apud Clychouæum ^c colligunt, sed inter summos claruisse confirmat. Id quod etiam significare videtur Tertulianus, ^d dicens Iudam aliquandiu inter electos deputatum, vsque ad loculorum officium hēsisse. Sensus enim esse potest, vsque eò Iudam inter Christi primarios discipulos & electos annumeratum, vt ad loculorum custodiendorum munus deligeretur: Quod verò tempus custoditæ à Iuda innocentiæ, notatum ea particula censent plerique, difficile reddi-

a 1. offic. c.

16.

b l. 7 in

Hexaem.

c l. 8. in

Ioan. inter

S. Cyrilli

comment.

d l. de ani-

ma c. 11.

ditur ex subsequentibus, quibus Iudam iam tum fraudatorem fuisse subiungit. Ut verò vniuersa muneris huius ratio exactè dispiciatur, & nubila quædam quibus obuoluitur, discutiantur, præmittenda sunt nonnulla de Christi loculis, quos procurationis Iudæ concreditæ, obiectum statuimus.

Suppono autem vocis notionem, qua loculi crumenam designant Nec obest, quod Nonnus^a loculos Iudæ commissos, vocat capsam ligneam; Ioannes *πλαστόκουλον* vocat à tibiærum lingulis quas in huiusmodi arculis recondi solitas, author est Pollux. Franc. Lucas Ioan. 12. à linguæ similitudine eam vocem Græcam deriuat. Hoc inquam non obest. Nam præter ea quæ in iisdem arculis reposita ex Galeno liquet, ^b ad vsum quoque viatorum adhibebantur, vt idem Galenus testatur: ex quo intelligimus pro crumena vsurpari loculos. Quo ipso crumenæ nomine, passim ab aliis appellantur commissi Iudæ loculi; vt à Nazianzeno^c cum ait, Christi crumenam excitare ad aliquid erogandum egenis. Itémque ab Anastasio Sinaita.^d

^a in paraphr. c.

13. Euang. Ioan.

^b comradt. de fract.

^c erat.

^d lib. 7. ex actm.

Sed

Sed
cap
mod
muli
corio
ex ar
bant
res v

Hisp

H

N

Sim
bas

G

Eoc

S

Plu
loru
qui
ta
ape
mi
ha

Sed quod Nōnus, Iudæ loculos ligneam capsam vocat, eo pertinet quod huiusmodi Zonariæ arculæ, vti nunc apud muliones & mercatores oppidanos, ex corio ferreis lamellis conferto; ita olim ex asserculis aptè commissis concinnabantur in tenuiorum vsu. Nam lautiores vtebantur eburneis, vt illa docent ex Hispano Poëta,^a

*Hos eburneos nisi de flama loculos im-
plere moneta,*

a l. 14.
Martialis.

Non decet, argentum vilia ligna ferunt.

Similiter alius^b cum de Æsculapio herbas proferente.

b 6. fasto-
rum sub st.
nem.

*Gramina continuò loculis depromit
eburnis.*

Eodem spectat Satyricus.^c

-----*Gemmaque princeps*

c Satyr. 1.
Iuuen.

Sardoniche, loculis qua custoditur eburnis

Plura Briffon.^d Itaque commissio loculorum, commissio fuit marsupij, quod quia dominium sonat pecuniæ asseruatæ, ad non paucas implexitates aditum aperit, de Christi paupertatis atque dominij foederatione, quas plenè hîc exhaurire non est huius instituti. Obiter tamen

d l. 10. de
verb. sign.

tamen ac velut in transcurso, quantum ad rem præsentem necesse erit supponere, operæpretium videtur.

2. Fuisse quidem in Christo præter dominium diuinum personæ Verbi proprium, aliud dominium proprietatis inferius, omnia quæ sub Deo sunt comprehendens, fundatumque in vnione Hypostatica tanquam in titulo, vi cuius omnia dedit Christo Pater in manus, eumque constituit hæredem, *κλ. ηρωοωω* possessorem ac dominum vniuersorum, extra controuersiam esse debet, ac pulchrè traditur à S. Bernardo, ^a & à grauius Recentioribus latè confirmatur, quibus alibi adhæreo. Est tamen nihilominus certum, in Christo cum eo dominio viguisse paupertatem. Ita enim apertè liquet ex Euangelica historia. Nec operosum est dominium illud cum paupertate fœderare in Christo, quandoquidem temporalibus & humanis titulis dominij proprietatis quoad plurima caruit, & vsu illius quod dixi dominij, volens abstinuit. Quod ad paupertatem, etiam voto firmatam, qualem Christo factis verisimiliter, (certè admodum piè,) non

a 3. de con-
sid. c. 1.

non

non

nonnulli tribuunt, satis esse potest. Nam etiam aliqui ex iis qui in Ecclesia paupertatem profitentur, & voto firmant, eo ipso modo paupertatem colunt: hoc est retento dominio in humanis titulis fundato, solóque eius vsu deuincto & adstricto. Idque omnibus olim religiosis paupertatem profitentibus fuisse commune, eruditè probat Basilius Legionensis. ^{a quodl. 3. schol. c. 9.} Habemus simile exemplum in alia materia, nempe in voto castitatis. Coniuges enim retento dominio mutuo in corpora, quod semel contractum inabdicabile est superstitibus coniugibus, sanctè ac laudabiliter vouent continentiam, dominium illud suum arctando; ita vt ad praxim & vsum reuocari nequeat absque scelere.

Aio vixisse in Christo paupertatem, agens de tempore quo prædicationi Euangelicæ operam nauauit. Nam de tempore, anteriori, non est quod simus solliciti. Tum quia in eo Christus erat quasi filius familias, non emancipatus, nihil habens proprium, vt est verissimilius: Tum quia id ad rem præsentem non refert, quæ tantum spectat tempus quo

quo Iudas cum cæteris Apostolis, vnum quasi corpus & veluti familiam compegit sub capite Christo. Tunc enim ex eleemosynis per pias personas collatis, peculium aliquod confici voluit Christus: Tum quia eam familiam, sine aliquo peculio consistere impossibile fuit; ac etiam vt constaret eam viuendi formam vitio carere: ac vt S. Thomas^a rectè addit, perfectioni nõ derogare. Item vt suppeteret vnde in eleemosynam pauperibus erogatio aliqua fieret, quod monet Nazianzenus.^b Optimèque id collegit S. Augustinus^c ex ipso Euangelio. [Quando dixit Iudæ eum tradituro, *quod facis, fac velociter*: non intelligentes cæteri quid dixisset, arbitrati sunt eum dixisse. Vt aliquid præpararet, quod daretur pauperibus. Ille enim oculos habebat. Hoc in Euangelio scriptum est. Possent hoc suspicari, nisi hoc haberet in consuetudine Dominus? De his ergo quæ dabantur, & in oculos mittebantur, dabatur tamen & illis pauperibus, quos Deus docuit non contemnendos.] Proinde ergo Christus ex eleemosynis per pias personas collatis peculium aliquod

a lect. 1. in
c. 12. Ioan.

borat. 16.
fero in fi-
ne.
c in Psal.
103. conc.
3.

aliquod
est
fieri
nus
rum
miu
miu
coro
esse
que
mo
nos
passi
forte
quor
vide
nis p
tius
crea
nam
stus,
mort
tran
dictu
quid
Iame

aliquod ad eos vsus recondi voluit.

3. Nec incongruè datum quoque est exemplum, quid absque noxa posset fieri. [Quia multi infirmi (ait S. Augustinus^a) ista quæsituri erant, magis infirmorum personam suscepit Christus. Sublimius Paulus. Nunquid & Christo sublimius? Sublimius Christus, quia misericordius, cum videret & Paulum ista non esse quæsiturum, præuidit ne damnaret quæsiturum, & præbuit exemplum infirmo: quomodo cum videret multos pro-nos, & gaudenter ituros ad martyrium passionis, exultaturos in ipsa passione, fortè centenarios maturos ad horreum, quorumdam tamen infirmorum, quos videbat posse conturbari ventura passionis pressura, ne deficerent tamen, sed potius voluntatem humanam voluntati creatoris coniungerent, ipsorum personam voluit suscipere in passione Christus, dicens: *tristis est anima mea usque ad mortem.* Et iterum, *Pater si fieri potest, transeat à me calix iste.* Docuit quid esset dicturus infirmus, sed secutus ostendit quid facere deberet infirmus. Verumtamen, non sicut ego volo, sed quomodo tu

a serm. 3.
in psalm.
103.

vis

vis Pater. Quomodo ergo in passione, infirmorum personam sustinuit in præfigurata illa in corpore suo, quia & illa membra eius: neque enim frustra dictum est, *Imperfectum meum viderunt oculi mei, & in libro tuo omnes scribentur:* Sic & in loculis habendis, & in exigenda quodammodo annona non petendo sed præbendo, indigentiam suscepit.] Rursus alibi. [*Habebat & Dominus loculos, & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat.* Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vbi intelligeremus, quod præcepit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruetur à Sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur. Nam & Apostolus in posterum præuidens, ait, *si quis fidelis habet viduas, sufficienter tribuat eis, vt non grauetur Ecclesia, quo veris viduis sufficere possit.* Sed hæc pulchrè expendit commentarius Anselmo tributus.^b

Ad hæc plurimum intererat, præscribi prælatis formam ac modum familiam suam

a *tract.*
62. in lo-
an.

b in Mat-
thæum c.
6. sub si-
nem.

suam
alicu
renu
tualia
infer
parte
uator
Quid
re sup
tari or
ri susp
dita v
quoru
tidie c
rantiu
tibus c
Ægyp
ditis,
sua. E
sua no
tamen
sua cor
gena. I
ad ma
dant: c
las non
æstima

suam constituendi, vt demandata vni alicui cura rerum externarum, intenderent præcipuè ac principaliter in spiritualia. Ita enim ex hoc Christi exemplo infert S. Bernardus ^a informans ea in parte Eugenium Papam. [Memento Saluatorem, Iudam œconomum habuisse. Quid Episcopo turpius quàm incumbere supellectili & substantiolarum suarum? Scrutari omnia, sciscitari de singulis, morde-ri suspicionibus, moueri ad quæque per- dita vel neglecta? Ad verecundiam dico, quorundam eiusmodi scrutantium quo- tidie omnem substantiam suam, nume- rantium singula, de minutiis & quadran- tibus exigentium rationem. Non ita ille Ægyptius, qui Iosepho omnibus tra- ditis, ignorabat quid haberet in domo sua. Erubescat Christianus, Christiano sua non credens. Homo sine fide, fidem tamen habuit seruo, super omnia bona sua constituens eum, & hic erat alieni- gena. Mira res. Satis superque Episcopi, ad manum habent quibus animas cre- dant: & cui suas committant facultatu- las non inueniunt? Optimi videlicet æstimatores rerum, qui magnam de mi-

a l. 4. de
consider. c.
6.

nimis, paruum aut nullam de maximis curam gerant.]

4. Hæc est veluti summa rei gesta, & demandatæ proditori procurationis loculorum: circa quam videtur abstinentum salebris illis, quæstionum quas importunè aliqui mouent, quærentes penes quem esset illorum loculorum dominium: hoc est an penes Christum, an penes vniuersum corpus familiæ Christum & Apostolos eius complectentis: & vtrumuis dicatur, quomodo id loculorum dominium cum eminentissima illa paupertate consentiat, quæ sita est in abdicatione cuiusuis dominij, tam priuatim & in particulari, quam in communi. Neque enim fingere licet, Christum Dominum aliquo alio tempore rigidioram illam & perfectioram paupertatem coluisse: in fine autem vitæ quomodo habuisse loculos Iudæ commissos testatur Euangelica narratio, retrocessisse à perfectiore illa paupertate, & vrsupasse imperfectioram. Illa quippe deflexio à meliori, Christum perfectionis magistrum videtur dedecere. Huiusmodi quæstionum longa discussione, abstinentum

dum
sint v
ferant

Ita
culor
Christ
Quer
mosy
ferum
fectū,
penes
bitis c
testat
ma, c
necess
Domi
est cu
diuite
Colle
propt
tempo
no po
ctum:
nis ex
Christ
batur.
prioru

dum in præsentia videtur, cum minoris sint utilitatis quam externa specie præferant.

Iraque breuiter statuo, dominium loculorum fuisse penes communitatem ex Christo capite & Apostolis conflata. Quemadmodum enim dominium elemosynarum quæ cœnobio alicui conferuntur, neque est penes cœnobij præfectum, neque penes cœnobitas tantum, sed penes totum corpus ex præfecto & cœnobitis coalescens, soli præfecto concessa potestate, distribuendi ex ea communi summa, quod unicuique pro gradu suo & necessitate debet obtingere: Ita Christus Dominus, qui pro nobis egenus factus est cum diues esset ut illius inopia nos diuites essemus, ex quo Apostolicum Collegium instituit, ad eam descendit propter nos vitæ formam, ut nullis bonis temporalibus titulo temporali & humano potiri vellet, nisi ad modum prædictum: quod ea sit Euangelicæ perfectionis exactissima ratio, quam per ipsum Christum exhiberi, operæpretium videbatur. Nec dubium est, quin complures piorum qui Christo de facultatibus suis

necessaria ministrabant, & aliquid in loculis asseruandum suppeditabant, eo consilio darent, vt Christo, & Apostolis eius cōuictoribus, subsidium congruum suppeteret, ita vt quamuis dandi motiuum esset Christi amor & veneratio, tamen benignitatem suam in Christi quoque familiam diffundi vellent. Alioqui enim cum satis conscij essent restinctæ in Christo cupiditatis, non plus contulissent quàm ad priuatam ipsius personam sustentandam esset necessarium: cum tamen in cibum quoque discipulorum, & comparisonem necessariorum pro toto Apostolico cœtu, suppeditatum Christo fuisse ex piorum benignitate, historia Euangelica testatum faciat non vno loco. Huic igitur piorum voluntati se accommodans Christus Dominus, eò descendit nostri causa, vt illo temporali titulo de quo agimus, dominium loculorum penes se esse priuatim nollet: sed tantum prout vnã familiam cum Apostolis integrabat, eo modo quo cœnobij regularis præfectus, vnã familiam cum cœnobitis conflat, rerum temporalium cœnobio donatarum dominio potientem

tem,
form
tent
5-
omni
Bene
dumt
stum
item a
lis, D
prem
homi
cecon
sto &
ta dic
tem, c
mune
domin
nes di
politic
capite
suffrag
sit cor
& alle
tione:
Filium
exaud

tem, administratione & dispensationis forma ac modo, soli superiori competente.

5. Ad hoc exemplum, naufragant omnia quæ in contrarium latè disputat Benedictus Iustinianus. ^a Urget enim dumtaxat, nihil iuris Apostolos in Christum Dominum habere potuisse: nullo item æquo iure Christum cum Apostolis, Deum cum seruis, cœli ac terræ supremum principem cum infimæ fortis hominibus, comprehensum esse: nullam œconomicam communitatem, ex Christo & Apostolis conflata, & vt conflata dicatur, inutilem fore ad rem præsentem, cum paterfamilias nõ habeat commune cum subditis dominium, sed solus dominio potiatur, cuius fructum in omnes diffundit domesticos. Nullam item politicam communitatem ex Christo capite & Apostolis coaluisse, cum neque suffragio Apostolorum ea communitas sit conflata, sed vnus Christi voluntate & allectione absque suffragiorum rogatione: nec ferri posse, qui Christum Dei Filium quasi capite diminutum ac penè exauctoratum, discipulorum suorum

*a in pralu-
dis ad
Pauli &
pisto. disp.
1. c. 10. a
n. 25.*

voluntate & consensione, dominij iura
percepisse audeat dicere. Itaque con-
cludit, collegium Apostolicum nullius
penitus rei dominium habuisse quod
non primario ipsi Christo conveniret,
non titulo humano, sed dumtaxat diui-
no, aut creato supernaturali hypostati-
cam vnionem affectante.

Hæc dico concidere, perpenso exem-
plo præfecti regularis & cœnobarum,
communiter potiētium dominio bono-
rum aliquorum temporalium. Nō enim
necesse est, talem cœnobarum præfectum
dominij illius titulum habere, suffragia
subditorum: cum non desint communi-
tates regulares, in quibus præfecti, nulla
suffragiorum à subditis rogatione pro-
mouentur. In quo euentu subditi nihil
iuris habent in præfectum, neque illi
propriè conferunt quicquam, nec æquo
iure cum eo censentur, cum gradus su-
perioris semper præcellat, sed dumtaxat
concurrunt ad integrandum subiectum
dominij, cuius administratio sita est pe-
nes superiorem. Hunc verò nemo dixe-
rit propriè patrem familias, in eo rigore
qui in ratione dubitandi propositus est,

&

& a
nor
lias
qua
Sim
vna
sua
iacu
&
tiam
mo,
stoli
6
iuer
dom
ad e
catic
com
mur
lis;q
le.
man
gru
omn
form
qui
mini

& ad eum solū restringit dominium bonorum familiæ: quamuis sit pater familias, id est caput communitatis illius, quam velut pater liberos, regit & curat. Similiter igitur Christus Dominus, in vnam societatem cum Apostolis sponte sua coiens, nulla ex parte Apostolis subiacuit, neque ab illis accepit quicquam & saluam semper retinuit præcellentiam qua omnibus eminebat Deus homo, quamuis ad vnus dominij cum Apostolis societatem vltro descenderit.

6. Nemo verò, vt arbitror, inficias iuerit, potuisse Christum eam obtinendi dominij formam in se exprimere, cum ad eam non aliud exigatur quàm abdicatio dominij priuati titulo humano competētis, & admissio aliorum in communitatem eiusdem dominij temporalis; quorum neutrum fuit Christo difficile. Quod si Christus eam dominij formam exhibere in seipso potuit, congruū fuit vt de facto exhiberet. Sic enim omnes regulares dominij abdicandi formæ, Christum habent pro Idea. Nam qui paupertatem profitentur saluo dominio, & ligato solo vsu, quod omnes

olim regulares seruabant, & nunc in societate I E S V seruant, qui post tyrocinium adhuc probantur, habent paupertatis suæ exemplar Christum dominum, quatenus potientem dominio vnionem hypostaticam affectante quod Christo saluum fuit, vsu dumtaxat ligato per votum paupertatis ab ipso emissum, iuxta sententiam admodum probabilem & piam, qua votū illud Christi admittitur à Suare^a & Iustiniانو^b. Qui autem profitentur paupertatem abiecto omni temporali in res caducas dominio, habent paupertatis suæ religiosæ Ideam, Christum Dominum cum cœtu Apostolico integram vnū totale subiectum dominij in loculos, quibus asseruabantur quæ à piis personis sacræ illi societati conferebantur, aut quæ Christo collata, non admittebantur ab eo nisi vt possidenda conformiter ad institutum suum voto firmatum. Itaque quod alij disputant de prototypo religiosorum cœtuum expresso in Christi familia, non modicam hinc lucem accipit. Et quæ Ioannes 22.^o de aliquo Christi dominio respectu temporalium quarumdam rerum

a. 2. 3. 3.^o

d. 28 f. 1.

cap. 3. de

voto c. 1.

n. 4.

b supra c.

5. n. 11. 13.

extrau.
cum inter
nonnullos.

rum,
plica
pore
aliquo
diuer
tum, s
tu, cui
tifici p
que e
circa

Qu
tem d
aliquo
caduc
ne, in
lum ac
tiisse p
compe
Pontif
gantes
rum ca
mandu
per alio
tam eg
tem, qu
miniu

rum, rata esse voluit, facilem habent explicatum. Verè enim Christus, eo tempore de quo agit Pontifex, dominium aliquod, à diuino & creato supernaturali diuersum sortitus est, non tamen priuatum, sed commune cum Apostolico cœtu, cui veluti caput præerat. Idque Pontifici pro tempore proposito satis superque est, quoad ea quæ fixa esse voluit circa Christi dominium.

Quod si ad enodandã extremam partem difficultatis initio propositã, eique aliquid gratis dādum, eam rigidissimam caducarum rerum abdicationem quæne, in communi quidem dominium vltimum admittit, Christo aliquando competiisse placeat admittere, (nam vt semper competiisse dicamus, obstat Ioannis Pontificis contraria definitio, quæ negantes aliquod in Christo dominium rerum caducarum, notat hæreseos:!) affirmandum erit, Christum & Apostolos, per aliquod tempus quo communem vitam egerunt, ad eam deuenisse egestatem, quæ omnis omnino rei caducæ dominium excluderet, etiam in communi,

quod verisimile est contigisse non infrequenter, si vestes queis actu operiebantur, excipias: nam vestes vnum quodammodò faciunt cum vestitis, nec censentur ad extrinsecum dominij obiectum pertinere, secundùm communem æstimationem qua de alicuius paupertate & dominio pronuntiamus. Quanquam mihi quidem omnino verum videtur quod tradit Vasques, ^a nempe eam Christi & Apostolorum expoliationem omnimodam absque dominio in communi, fuisse absque professione, vt sic dicam, seu absque positua ad tale dominium ineptitudine, & proposito viuendi in eo statu, quod docent loculi extrema Christi vita asseruati. Quod item viri sanctitate & doctrina celeberrimi iam pridem monuerunt nominatim S. Thomas ^b & ex Minorum ordine Ludouicus Miranda ^c omnino persuasum habeo, paupertatis perfectionem non excludere dominium aliquod in communi. Imo abdicationem omnis planè dominij, in communi tantùm competentis, censent plerique, neque ad perfectionem maiorem

a 1. de redi.
Eccles. c. 1.
§. 1. dub. 2.

b 22. q.
188. art. 7.
c rom 1.
manna
pralato q.
11. art. 2.

rem
aliqu
phys
rum
feren
Ioan
Suar
que
7.
rum
mod
Chri
appe
totiu
erat,
clepe
tacitè
subd
tanqu
uito
muni
li, C
iniuss
nebat
uito
Sicut
quid

rem spectare, neque ad moralem usum aliquid referre, sed esse nudam metaphysicam subtilitatem, in re morali parum opportunam, nec admodum conferentem ad virtutis soliditatem. Vide Ioannem 22. extrau. *quia quorundam*, Suarem, ^a Ioannem de la Cruce, ^b aliosque rerum regularium tractatores.

*a r. 2. 3. p.**d. 28. f. 2.**b in c. pito.**de regular.**c. 4. dub. 2.*

7. Liqueat qui fuerint loculi quorum custodia Iudæ commissa est, & quo modo verè Iudas eos dispensans absque Christi nutu & præuia concessione, fur appelletur. Quamuis enim ad dominiū totius communitatis cuius pars Iudas erat, pertineret ea materia quam Iudas clepebat, tamen quia inconsulto ac ne tacitè quidem annuente Christo eam subducebat, meritò accusatur furti, tanquam qui de re aliena disponderet invito Domino. Nam vniuersa illa communitas cuius dominio suberant loculi, Christum habebat pro capite, cuius iniussu aliquid ex illis subducere, continebat dispositionem de re aliena, eo invito qui Domini partibus fungebatur. Sicut in communitate regulari, is qui aliquid ad eam communitatem pertinens, sibi

sibi vsurpat non annuente Superiore, censetur de re aliena disponere inuito Domino, & furti reus esse: quia communitas quæ rei illius dominium habet, inuita est vt ex ea re aliquid decerpatur, aliter quàm annuente Superiore. Idque etiam Superiorum administris cautum est, à regularium institutorum fundatoribus. Infideliter ergo ac cum furti noxa, Iudas qui administrum Christi & procuratorem agebat, quæ asseruata apud se habere iubebatur, in vsum Christi ac cœtus Apostolici alio auertebar, incōsulto Christo: puta in suorum vsum, vel in priuatum suum cōmodum. Quòd Iudam Christi procuratorem dixi, feci post Niderium, ^a qui monstrato primæ religiosæ domus forma in Christi familia, ita scribit. [Christi familia, fait forma religionis, Christus fuit Prior, Petrus sup. prior, Iudas procurator.]

*a l. 2. de re.
format re
ligios. c. 4.*

Sollicitat verò hic meticulosos quosdam ea dubitatio, quomodò Christus qui probè conscius erat furtorum à Iuda perpetratorum in tali munere, illud nihilominus ei commiserit: quod videretur esse, offendiculū infirmo obiicere, eique

pro

pro
min
Con
& po
item
velu
tur. E
quid
depr
conc
feren
aliud
vt vi
Iudæ
illece
infla
num
cōmi
mun
bene
gnun
nus
Iuda
uand
dubit
allect
mod

prolapsionis ac ruinæ occasionem subministrare. Hoc autem videtur illicitum: Continet enim cooperationem aliquã, & positium concursum ad culpam. Est item quædam proximi implanatio, & veluti impactio ad scopulum cui illidatur. Et idcirco graues DD. ne ad culpam quidem deprehendendam, aut ad eius deprehensæ præclusionem in futurum, concedunt Patri familias, potestatem offerendi occasionem domesticis, furandi, aliudve aliquod peccatum admittendi, vt videre est apud Sanchez. ² Igitur cum Iudæ cupiditas, per oblatam loculorum illecebram, prænosceretur multo magis inflammanda; videtur à charitate alienum, lapsus occasionem illi præbuisse, cõmissione loculorum. Et accedit communis doctrina Theologorum, quæ ad beneficium statuit non posse eligi indignum. Quorsum ergo Christus Dominus, cum tam multi digni suppeterent, Iudam indignum elegit, ad munus asseruandorum loculorum? Affinis est hæc dubitatio, alteri superius discussæ, circa allectionem Iudæ in discipulum: quomodo videlicet Christus defectionem fecu

al. 10. de

mistr. d.

12. n. 53.

fecuturam non ignorans, inter suos eum adscripserit. Itaque quæ eo loco dicta sunt, hîc quoque magna ex parte locum habent.

8. Non est tamen præterea operosum, charitatem Christi in facto indemnem præstare. Imò verò ad summam charitatem pertinuit commissio loculorum; quod ea ratione Christus, non tanquam inhonorum dimitteret Iudam, sed eius industriam & prouidentiam commendaret: vt optimè obseruauit S. Ambrosius^a qui causam perquirens, cur diuiti concessæ opes, potenti potentia, honorato honores, respondet præter cætera, idcirco ita factum, ne defuisse sibi bonorum illectamenta causari possent. Similitérque ait philosophandum esse de Iuda, [qui & Apostolus inter duodecim electus est, & loculos pecuniarum, quas pauperibus erogaret, commissos habebat: ne videretur, aut quasi inhonorus, aut quasi egenus Dominum prodidisse, & idè vt iustificaretur in eo Dominus, hæc ei contulit, vt non quia iniuria exasperatus, sed quasi præuaricatus gratiam, maiori esset offensæ obnoxius.] Non
vult

31. offic. c.
16.

vult
vt Iu
uius
taten
non
defig
cento
vt Iu
taten
item
stum
Dom
ligam
auarit
tione
auerte
uiore
genes
amoro
pusilla
minus
vinear
cere e
vt pot
cessar
trij lib
ci sapi

vult S. Ambrosius, intendisse Christum, vt Iudas tot beneficiis præuentus grauius peccaret. Id enim sub Christi voluntatem sanctissimam & culpæ purissimam, non potest cadere. Tantum ergo vult designare, quod consecutum est ex incenso Christi in Iudam affectu. Nempe vt Iudas aduersus summam illam charitatem peccās, tertius delinqueret. Quod item ait S. Ambrosius, prouidisse Christum, ne Iudas quasi egenus prodidisse Dominum videretur, eò spectat vt intelligamus, Christum perspecta Iudæ ad auaritiam pronitate, ea pecuniæ tractatione & dispensatione, conatum esse auertere infœlicem proditorem à grauiore scelere. Præiuerat his verbis Origenes ^a [Iudas initium mali habuit in a hom. 4.
in Cant. amore pecuniæ, & hæc fuit illi vulpes pusilla. Sed & ab hac, cùm videret Dominus Iudæ animam quasi florentem vineam lædi, capere eam volens, & abire ex eo, commisit ei pecuniæ loculos; vt possidens quod amabat, à cupiditate cessaret. Sed ille, vtpotè habens sui arbitrij libertatem, non est amplexus Medici sapientiam, sed indulsit semetipsum, illi

*a homil.
quod nemo
ladytur ni
si à se ipso.*

illi magis consilio quo exterminabatur anima sua, quàm quo sanabatur.] Eodem collimauit S. Chrysostomus, ^a sic ratiocinatus de hoc Iudæ delectu. [Sciebat Christus quod auarus esset Iudas & pro amore pecuniæ periturus : & non solum non arguit eum pro hoc vitio , sed & latentibus medicamentis curare voluit, ipsi committens dispensationem pecuniæ: vt habens in manibus quod desiderabat, perniciofa passio expleta cupiditate cessaret ; nec decideret in illam mortis foueam , sed minoribus malis maiora reprimeret.]

*b hares.
38.*

9. Hoc vt Epiphanius quoque ^b affirmat, vitiosum non fuit, sed honestissimum : quicquid sit de exemplo patrisfamilias, domesticis offendiculum ponentis ; quod & longè alienum est à re præfenti , & à nonnullis non improbabiler purgatur ab omni labe, in euentibus, de quibus in ratione dubitandi paulò ante mota, factus est sermo, vt videre est apud Petrum Toletanum. ^c Quicquid autem sit de patrefamilias , constat Christum nullam peccati proximam occasionem obtulisse Iudæ ; sed munus quod sanctè tractari

*c l. 3 de
resist. c. 4.
p. 1. dub.
vlt. n. 104.*

tracta
gno n
luda
se è fi
ter &
etiam
mant,
parato
& fixu
aliter
damn
neretu
riam fi
nem n
offerre
re : fi
maiori
submi
quæ in
tat Th
doctrin
solui pe
ta eam
tebras
prospic
cæcano

tractari, & citra culpam, imò cum magno merito obiri poterat, commisisse: Iudam autem sola sua nequitia collegisse è sicu tribulos, & ex vva spinas, præter & contra Christi intentionem. Quinetiam vt probatissimi Doctores confirmant, & disertè tradit S. Chrysoſtomus, ^a parato ad maius malum perpetrandum, & fixum habenti in graue scelus ruere, si aliter à maiore malo auelli nequeat, nec damnum tertij alioqui abfuturum ingeneretur, licitum est, minoris mali materiam subministrare, & labendi occasionem non præcidere tantùm, sed etiam offerre, & ad eam vsurpandam inducere: si iniecta necessitas vitandi damni maioris, eam inductionem, & occasionis subministrationem honestet. Vide sis quæ in eam rem eruditè de more disputat Thomas Sanches. ^b Iuxta eam itaque doctrinam, facile alio quoque modo dissolui potest nodus propositus. Nam iuxta eam, Christus omnes conscientiaè latebras introspiciens in Iuda, certòque prospiciens eum præ auaritia adeò excandandum, vt Domini quoque vendi-

^a a homil. de
SS Ereni.
eo & Prof-
doce.

^b l. 7. de
matr. d.
II à m.
19.

tionem esset meditaturus, ac præ immani infanæ cupiditatis atrocitate perfecturus: hominem quem in tam horrendi sceleris voluntate obfirmandum prænotio exhibebat; loculis creditis, subministrata ad eorum expilationem clanculariam tanquam minus malam occasione, ab atrociori proditionis scelere, auersum voluit.

10. Quod addebatur de electione indigni, facile retunditur; dicendo cum Turrecremata, ^a allegante Albertum in Ioannem, tunc temporis secundum præsentem iustitiam, fuisse Iudam dignum vt eligeretur. Præterquam quòd Christi supremi Domini voluntas, vulgaribus legibus per electores ad beneficia seruandis, non alligabatur. Rupertus ^b ad illud capituli 1 2. Ioan. *quia fur erat*, vt hanc Iudæ in procuratorem rerum Ecclesiæ prouectionem probet iustam, non obstante Iudæ indignitate, eò recurrit quod [ignoremus vtrum Dominus electione sua loculos suos illi commiserit, an certè quod credibilius est, ille se ingesserit: sicut plerique nunc Ecclesiasticis

297. E-
uang. ad
fer 2. ma
ioris hebdom.
art. 3.

bl. 10. in
Ioan.

cis m
gerun
ra p
quan
clesia
gessif
simpl

Prim


1. 

plerisq
dam v
coloru
dit Te
torem
sum a
signifi
inter I
primu

cis ministeriis tanta importunitate se ingerunt, vt nisi admittantur penè grauiora per discordiam animabus scandala, quam si admittantur damna rebus Ecclesiasticis inferant.] Verùm non se ingessisse Iudam, in illis initiis bonum ac simplicem, est longè verisimilius.

Prima gratiæ in Iudæ labefactatio ex auaritia, quæ eidem iugis fons malorum omnium.

CAPVT V.

I.  **SQVE** ad loculorum officium (ait Tertullianus ^a) Iudas cum electis deputatus.] Quæ ita à a c. ii. de anima. plerisque accipi video, vt sensus sit; Iudam vsque ad tempus commissorum loculorum, probè vixisse: ita vt quod subdit Tertullianus, Iudam etsi iam fraudatorem, nondum tamen traditorem, sensum ab anterioribus abiunctum faciat; significetque temporis interlapsionem, inter Iudæ prodicionem & fraudes eius: primùm cœptas, non in ipsa statim locu-

lorum cōmissione, sed mox ab ea. Perinde ac si dixisset Tertullianus, Iudā vsque ad loculorum munus concedendum, fuisse electis & probis annumeratum. Illius verò muneris commissionem, subsecutam fuisse fraudationem: quamuis non cum primū fraudator fuit, (& potuit esse multo post) proditionem machinatus sit, & diabolo in se aditum aperuerit: quod sufficit ad demonstrandum, spiritum malum, iis quos infestat, non à natiuitate inferi, qui est eo loco Tertulliani scopus. Non abnuo posse in hunc sensum accipi locum ex Tertulliano prolatum, quamuis alium omnino eius sensum; nec incommodum supra insinuare memini capitis 4. initio.

Fuit ergo Iudas ad loculos vsque bonus. Neque verò cum primū loculos accepit custodiendos, deprauatus est. Nemo enim repenti pessimus. Idque etiam colligit Euthimius, ^a ex eo quod qua primū vice mulier in ciuitate peccatrix Christum apud Simonem leprosum adiit, & pretiosissimum vnguentum sacris eius pedibus illiuit, nulla Iude prodatur murmuratio: quamuis iam ante loculos

*a in c. 7.
Luca.*

enlos
Apo
Chru
illam
fit; v
riem
ligen
admit
suspic
Vind
ne pe
pe qu
gio si
[Hæc
Simo
tor Iu
naui
turba
trus n
gitur.
ritis, p
ditoti
xiant
rum f
tro d
gaba t
ctor u

entulos accepisset, in ipso scilicet coetus Apostolici in vnam veluti familiam sub Christo capite aggregati principio, quod illam peccatrici conuersionem præcessit; vt docent qui gestorum Christi seriem per annos & menses exactè ac diligenter digesserunt. Quæ si verè dicta admittantur, concidit ea S. Ambrosij^a suspicio, cui adhaesit etiam Gaufridus Vindocinensis^b & qui Ambrosij nomine perperam legitur, S. Maximus:^c nempe quod Apostoli nauigantes de naufragio sint periclitati, ob Iudæ consortium. [Hæc est (inquit) causa periculi. Erat ibi Simon Petrus, sed erat pariter & proditor Iudas: Quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius eã tamen perfidia cõturbabat. Tranquillitas est vbi solus Petrus nauigat, tempestas vbi Iudas adiungitur. Licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbatur tamen criminibus proditoris. Metuentibus igitur discipulis, anxiantè Petro, dormiebat Dominus. Durum fortè videatur, quod anxiantè Petro dormiebat. Dormiebat Petro, nauigabat Iudæ: Vnius igitur delicto, cunctorũ merita quatuntur. Obdormit

a l. 4. in
Luc. 1. 4.

b lib. 1. e-
pist. 7.
c serm. 11.

Christus, ventorum spiramina concitantur. Quisquis enim peccatum admittit, statim etiam dormire sibi facit Dominum, & procellam sibi spirituum suscitatur inimicorum. Neesse est autem diabolica insurgat tempestas, cum dominica serenitas conquiescit. Igitur vnus Iudæ peccato cuncti periclitantur Apostoli.] Aio hanc S. Maximi Taurinensis (is quippe verus parens illius homiliae) suspicionem de periculo Apostolorum in mari, ob Iudæ nequitiam, euanescere iuxta suppositionem, nondum per tempus illud temeratae à Iudæ innocentia.

2. Initio igitur Iudas munus suum fideliter & cum laude obiuit. Sensim tamen, argenti quod tractabat specie inescatus est, & ad commissam sibi pecuniam in alios vsus quàm probi dispensatoris officium ferebat, deriuandam abreptus, partim propensione naturæ cupiditate pecuniarum laborantis, quod est innatum plerisque vitium, partim nimio suorum amore, in quos auersas furtiuas pecunias sententia est grauium Doctorum: partim denique stimulante Satana, qui eam partem in Iudæ maximè in firmam,

nam, & oppugnationi magis patentem
nactus, eò omnem arietem admouit, vt
ad furta primùm, tandèmque ad Magi-
stri venditionem, & scelerum, postre-
mùm adduceret. Qua in parte Tartarei
veteratoris ingenium rectè obseruauit
Isidorus Pelusiota, ^a sic scribens. [Non
simpliciter adoritur callidus ille prædo
eos, qui hoc tempestatis plenum mare
nauigant. Verùm exploratis priùs atque
cognitis animæ propensionibus, & ap-
petitionibus, ita demùm aggreditur, ac
machinas suas instruit. Quid enim est,
quamobrem Iudam non ad libidinem,
sed ad proditionem impulerit? Nimirum
quia partem illam præfidiis firmatam vi-
debat: eam autem quæ ad auaritiam per-
tinebat, infirmam & imbecillem. Ex cru-
menæ enim furto, in spem venit fore, vt
ipse ad proditionem quoque facilè se
conferret. Quocirca vniuscuiusque ap-
petitiones, atque inclinationes & assen-
sus inquirens, nec tempus vllum aut ho-
ram prætermittens, ita denique materias
externè subministrat, atque in ea parte,
ad quam eum propensionem habere sen-
tit, vulnus infert, ac propterea eum, qui

a l. 3. epist.
385.

laudem & gloriam consequi cupit, om-
 ni ex parte munitum ac obseptum esse
 oportet. Sapenumero enim hominis vi-
 ram, non secus ac ciuitatem quandam
 inexpugnabilibus muris circumdatam,
 per nutantem & imbecillam partem di-
 tioni suæ subiecit, atque inanem &
 inutilem reliquorum murorum firmita-
 tem reddidit. Rectè item S. Basilius. ³[In
 vniuersum opinor Satanam non posse
 ipsum per se causam esse alicui vt pec-
 cèt: sed cum modò insitis vnicuique à
 natura motionibus, modò etiam interdi-
 ctis cupiditatibus velut adiutricibus uti-
 tur; per hæc ipsa, eos qui negligentiores
 sunt, ad propria vitia conatur abducere.
 Utitur autem ille quidem adiutricibus
 secum naturalibus motionibus, sicut in
 Domino facere tentauit, quando esur-
 rientem illum animaduertens, dixit: *Si
 Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.*
 Interdictis autem cupiditatibus vt in Iu-
 da, quem quòd auaritiæ morbo esse ob-
 noxium intellexerat, huius ipsius cupidi-
 tatis opera vsus, auarum hominem, ad
 scelestissimæ proditiõis lapsum, num-
 mis triginta argenteis extimulauit.]

Deni

2 reg. 75.
 breu.

De
 id di
 pioru
 volup
 detru
 quò p
 firmi
 suæ c
 aduen
 alius l
 auarit
 tate m
 quasi
 optim
 ibi per
 lius pe
 becill
 preser
 nition
 se, ac
 nem f
 enim
 pitur,
 tem f
 charit
 rem, &
 nem a

Denique S. Cyrillus ^a [Tritum sanè ^{19. in 10.}
id diabolo esse inuenies. Solet corda ^{an. c. 16.}
piorum prauis tentare cogitationibus, &
voluptatum ardore, ad delinquendum
detrudere: sed illuc maximè impellit,
quò per seipfos inclinari perspicit. Ita in-
firmitatem nostram ad arma nequitie
sue conuertit, & ingenij nostri morbo
aduersus nos vitur. Voluptate carnis
alius laborat, per hanc aggreditur: alius
auaritia superatur, hunc habendi cupidi-
tate magis incendit. Ita nostris affectibus
quasi armis vsus, nos expugnat; & sicut
optimus dux exercitus, tures & vineas
ibi peragit, vnde capi obfessa vrbs faci-
lius potest: eodem satanas modo, per im-
becillio rem animi partem nos euertit:
presertim si viderit nihil apud nos admo-
nitionem exhortationesque virtutis pos-
se, ac maximè si mysticam benedictio-
nem sperni à nobis conspexerit. Hæc
enim maximoperè, si cum pietate susci-
pitur, vires suas confringit. Proditor au-
tem sapius redargutus, non erubuit
charitatem Christi, contempsit hono-
rem, & grariam eius abiectit, benedictio-
nem aspernatus est, in vno fixus hære-

bat, illud solummodò voluebat, quomodo pecuniolam sibi pararet: Non ergo vt Consiliatorem, sed vt cogitationum suarum Dominum, in corde diabolum retinet. Quare fugiamus oro, fugiamus cupiditates animi, vnde secutura detrimenta videmus.]

3. Hunc in Iuda primarium mali fontem, vno consensu notant Patres; docentes, eum à reculis quas sublegebat initio, sensim ad grādiora furta, tandēque ad crimen horrendissimum per phylargiriam miserabiliter esse delapsum. Adscribo præcipuos quosdam, qui hanc originem malorum Iudæ, distinctiù expresserunt. S. Leo^a describens Satanæ conatum in Christo perdendo; sic de Iuda scribit. [Inuenit sanè in illo mosimine, imprudētis audaciæ dignum cooperatorem, dignumque consortem: cum impius Iudas maluit minister esse diaboli, quàm Apostolus Christi, quem non timoris perturbatione deseruit, sed pecuniæ cupiditate distraxit. Videte dilectissimi, & prudentes suspicite, quæ germina, & quales fructus de auaritiæ stirpe nascantur; quam meritò Apostolus, radicem

*a serm 9.
de pass.*

dice
qui
com
tus, i
pecu
ma lu
re nō
de iu
fecit
inebr
peru
pius f
num
S. A
discip
prod
laci
infam
diosu
S. A
cit, &
Apost
Ca
sputar
quàm
gent
cum c

dicem omnium malorum esse definiuit: quia nullum peccatum sine cupiditate committitur, & omnis illicitus appetitus, istius auiditatis est morbus. Amori pecuniæ vilis est omnis affectio, & anima lucri cupida, etiam pro exiguo, perire nõ metuit: Nullumque est in illo corde iustitiæ vestigium, in quo sibi avaritia fecit habitaculum. Hoc perfidus Iudas inebriatus veneno, dum sitit lucrum, peruenit ad laqueum, & tam stultè impius fuit, vt triginta argenteis & Dominum venderet & magistrum.]

S. Asterius ^a [Iudam quid è catalogo a bemi. in avaritiã. discipulorum expunxit, & ex Apostolo proditorem fecit: Nonne cùm gasophylacij infida administratio, tum pretium infame, & denariorum aliquot propudiosum auctoramentum?

S. Augustinus ^b [Auri amor Iudam fecit, & ne alicui sit nomen ignotum, de Apostolo proditorem. b serm. 26. de verb. apof.]

Cassianus ^c de phylargiriæ morbo disputans. [Vis nosse quàm perniciosè, quàm noxiè, fomes iste nisi fuerit diligenter excisus, ad eius interitum qui eum conceperit, fructificet, & omnigenis c l. 7 in sit c. 23. & 24.]

nis pullulet ramusculis vitiorum? Respi-
ce ludam Apostolorum numero deputatum: quia noluit serpentis huius caput
lethale conterere, qualiter eum suo ve-
neno peremerit, & concupiscentiæ la-
queis irretitum, ad quam abrupti præci-
pitij crimen impegerit, vt Redempto-
rem mundi, & humanæ salutis auctorem
triginta argenteis persuaserit vèdere, qui
nequaquam esset ad tam scelestum pro-
ditionis facinus deuolutus, si non phir-
laryriæ morbo fuisset infectus: nec Do-
minicæ negationis reus sacrilegus exti-
tisset, nisi prius solitus fuisset creditos si-
bi loculos compilare. Immane satis &
euidens tyrannidis huius exemplum:
quæ semel (vt diximus) animæ captiua-
tæ nullam permittit honestatis regulam
custodire, nec vlla quæritus adiectione
satiari. Finis enim rabici huius, non diui-
tiis, sed nuditate conquiritur. Denique
cum hic ipse, ob hoc, loculos dispensa-
tioni pauperum deputatos suæ potestati
creditos accepisset, vt saltem pecunia-
rum abundantia satiatus, concupiscenti-
æ suæ modum imponeret: in tantum
copia earum in abundantiorē formi-
tem

tem
culos
Dom
fas en
huius

4-
vendi
tium
quid n
vobis
ni, an
toris,

S.
lus au
demo
feri in
diabol
diuitia
Sed i
prince
cere,
Ac ne
tes, hic
gulau
vt pro
quant
se ipse

tem cupiditatis exarsit, vt iam non loculos clanculo compilare, sed ipsa Dominum venundare maluerit. Vniuersas enim diuitiarum moles, cupiditatis huius rabies exuperat.]

4. Cyprianus ^a [Iudas ille proditor, venditurus magistrum, prætaxatum pretium à principibus exogit Sacerdotum: *quid mihi, inquit, vultis dare, & ego eum vobis tradam?* Vsq̄ ad mortem Domini, amor lucri se ingerit, nec vitæ Saluatoris, quæstus desiderium parcat.]

*a serm. de
ieiunio &
cent. 17.*

S. Ambrosius ^b [Aperuit tibi Apostolus auctorem omnium peccatorum, & demonstrauit, dicens: *qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & laqueum diaboli.* Aduertis laqueum diaboli esse diuitias, quem tetendit etiam Saluatori. Sed ille qui nihil habuit quod posset princeps istius mundi veniens, suum dicere, laqueorum eius vincula dissoluit. Ac ne mediocrem hunc laqueum putares, hic laqueus Iudam Apostolum strangulauit: qui miser cum esset illaqueatus, vt proderet Dominum, vbi aduertit quantum sceleris esset admissum, laqueo se ipse suspendit.]

*b serm. 14.
in psalm.
118. v. 6.*

Antio

a homil. 8. Antiochus ^a [Multi dati sunt in ruinam propter aurum, vt & Iudas. Is enim per auaritiam, non Apostolorum modò excidit cœtu, sed & proditor factus est Domini, ac demùm gulam sibi præfocauit. Iustè quidem.]

b serm 29. Petrus Chrysologus ^b [Attendite quàm sit pernicies ista fugienda, quæ cum mores hominum, honestatem, virtàmque perdiderit, ipsùm quoque Deû voluit homini, & cõtendit auferre. Hoc est quod Iudam fecit esse proditorem, vt hominem cogeret Deum negare, vendere germanum sui sanguinis, distrahere conditorem, & ipsùm sanguinem taxare pretio, quem sponte Dominus erat nostrum largiturus in precium.]

c homil 4. in Cant. 5. Origenes ^c exponens quæ sint illæ vulpes paruulæ demolientes vineas, quas sponsus sodalibus mandat vt capiant. [Puto (inquit) quod si de anima hæc quæ se verbo Dei coniungit, aduertat, vulpes, contrariæ potestates & nequitiaæ dæmonum intelligi debeant, per cogitationes prauas & intelligentiam peruersam exterminantes in anima virtutum florem, & fructum fidei perimentes.

tes. P
min
qui
eos
capia
cogit
abie
re. C
eo, c
Deo
anim
ligat
& qu
cogit
cor h
script
diabol
eum. S
quæ à
bus h
na pre
impor
bitrij,
circò
statibu
cùm c
cœper

tes. Prouisio igitur verbi Dei, qui est Dominus virtutum, mandat Angelis suis qui ad ministerium missi sunt, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, vt capiant ex vnaquaque anima huiusmodi cogitationes à dæmonibus immixtas: vt abiectis eis, possint florem virtutis afferre. Capiunt autem cogitationes malas in eo, cum suggerunt menti non esse eas à Deo, sed esse à maligno spiritu, & dant animæ discretionem spirituum, vt intel- ligat quæ sit cogitatio secundum Deum, & quæ sit ex diabolo. Vt autem scias esse cogitationes quas immittit diabolus in cor hominum, vide in Euangelio quod scriptum est: *cum autem immisisset, inquit, diabolus in cor Iudæ Iscariothis, vt traderet eum.* Sunt ergo huiusmodi cogitationes, quæ à dæmonibus iniiciuntur in cordibus hominum. Sed quia non deest diuina prouidentia, ne fortè per huiusmodi importunitatem turbaretur libertas arbitrij, & non esset iusta causa iudicij, idcirco benignis Angelis, & amicis potestibus, hominum cura mandatur vt cum deceptores quasi vulpes incurfare cœperint hominem, dextris eum auxiliis suble-

subleuent. Et ideo dicitur, *capite nobis vulpes pusillas*. Competenter sanè cum adhuc pusillæ sunt, capi eas mandat & comprehendi. Dum enim cogitatio mala in initiis est, facile potest abiici à corde. Nam si frequenter iteretur, & diu permaneat, adducit animam sine dubio ad consensum: & post consensum intra cor suum confirmatū, certum est quia ad peccati tendat effectum: dū ergo in initiis est, & pusilla est, capi debet, & abiici, ne si adulta fuerit & inueterata, iam non possit expelli. Denique & Iudas initium mali habuit in amore pecuniæ, & hæc fuit illi vulpes pusilla.]

a hermit. 4.
in diuer. in
fine.

Idem breuiter, sed pulchrè, ^a tractans illud Christi *thesaurisate vobis thesauros in celo*. Fures enim in terra effodientes, interpretatur dæmones. [Illi (inquit) nequissimi dæmones & malè artificiosi, qui innumerabilium corda effodiunt isti multos & magnos thesauros furantur. Isti effoderunt per auaritatem cor Esau. Isti furati sunt ei præclaras thesaurorum primitias cum benedictionum donis. Isti effoderunt per auaritiam Iudæ cor, & hinc Apostolatus magnum furati sunt thesau

thesa
furi
fure
per t
chris
num

Pr
strato
mod

Eg

Et

Ha

Inc

Inf

Nu

S. C

parte,

lixissim

primu

primar

bam)o

thesaurum. Propter quid? Quia non thesaurizauit sibi in cælo, vbi isti supradicti fures non effodiunt, nec furantur, sed super terram thesaurizauit. Propter pulchritudinem argenti, totius vitæ Dominum vendidit.]

Prudentius ^a triumphantem de prostrato Iuda avaritiam, inducit in hunc modum. ^a in Phylomach.

----- Nonne triumpho

Egimus Iscarioth? magnus qui discipulorum

Et conuiuia Dei, dum fallit fœdere mense,

Haud quaquam ignarum dextramque paropside tingit

Incidit in nostram flammante cupidine telum

Infamem mercatus agrum de sanguine amici

Numinis, oblisa leiturus iugera collo.]

S. Chrysostomus infinitus est hac in parte, & nominatim ^b hac ex causa prolixissimè insectatur avaritiam tanquam ^b hom 82. 82. & 84. in March. primum Iudæ laqueum, eiusque exitij primam originem. Eadem vno (vt aiebam) ore, Patres omnes.

a orat. 27.
n. 8.

6. Videri tantum possunt alium totius malitiae in Iuda fontem assignare Nazianzenus, & Chrysofomus alio loco. Ille ^a de inuidiae veneno egregie differens, inuidiae adscribere videtur Iudae exitium, non avaritiae. Sic enim inuidiam detestatur Theologus. [Vtinam ex hominum vita liuor interiret, inuidorum tabes, venenum eorum, qui eo laborant, solus ex omnibus affectibus iniquissimus simul & equissimus: Illud, quia bonis omnibus infestus est; hoc, quia dominos suos exest & conficit. Non enim iis, qui vos laudibus primi extulerunt, mali quicquam imprecabor: Neque enim, quis laudum finis futurus esset, perspectum habebant. Nam alioqui nonnihil quoque maledicentiae adiunxissent, ut inuidiam reprimerent. Haec & luciferum obscurauit, ob mentis elationem prolapsus (indignum enim atque intolerandum ducebat, se, cum diuinus esset, non Deum quoque existimari.) Et Adamum per voluptatem, & mulierem circumuentum, e paradiso expulit. Adductus est enim, ut deitatem sibi inuideri crederet, dum a scientiae ligno arceretur. Haec & Cain

Cain
puli
ciu
Ha
com
Sod
& A
tos,
adue
raue
rum
pien
liere
gnun
prod
rum
carni
C
leger
diam
eam
ter, d
inuid
vuer
ment
tuber
cis in
naup

Caïm ad inferendam fratri necem impulit: quod purius sanctiusque sacrificium æquo animo ferre non potuisset. Hæc & mundum immundè atque incompositè se gerentem, aquis texit, & Sodomitas igne obruit. Hæc & Dathan & Abiron, aduersus Moysèm furore elatos, in terram defodit, & Mariam quæ aduersus fratrem tantummodò murmurauerat, lepra infecit. Hæc & Prophetarum cruore terram contaminauit, & Sapientissimum illum Salomonem per mulieres perculit. Hæc & illum laqueo dignum Iudam, exigua pecunia illectum, proditorem effecit, & Herodem puerorum interfectorem, & Pilatum, Christi carnificem.]

Chrysostomus quoque ad illud ¹ *collegerunt Iudæi concilium*, aduersus inuidiam conclamans, Iudæ mali causam in eam refert. [O inuidia (inquit) cædis mater, diaboli inuentum, auctor mortis. O inuidia, quæ neque eos quibus inuides, viuere vis, & eos qui te fouent, vehementius torques. O inuidia diaboli contubernalis. O inuidia hostis amicitia, pacis inimica, charitatis aduersaria, diaboli

a homil. in
illud t. 6.
Græcol.

foetus, flos tenebrosi coloris. Qui te possident, cædem Christi machinantur, &c. Tu ô inuidia beneficio affecta, in eos qui beneficio te affecerunt, vehementius commoueris, vt Saul à Dauide adiutus, & à te correptus, ad cædem ardentius ferebatur. A te agitati filij Iacob, formosum & splendidum Ioseph in tenebricosam Ægyptum miserunt, & liberum tanquam seruum vendiderunt. Ita neque insomnia terruerunt eos, diuina enim visio indicabat figuram eum esse Christi, (ab vndecim quippe stellis in visione adorabatur:) postquam & proditor Iudas, inuidia impulsus laqueo vitam finit. ¶ Vides causam teterrimarum cædium, eiusque nominatim quam Iudas in Christi personam deuoluit, assignari à Chrysostomo inuidiam. Et esse sanè inuidiam cædis germanam, notauit egregiè Basilius, ^a dicens, Cainum primum diaboli discipulum, inuidiam simul ac cædem ab eo edoctum: & Apostolum simul utramque hanc pestem iunxisse, eum dixit, *plenos inuidia ac cæde.*]

a homil. de inuid.

7. Verùm cum inuidiæ pressè ac propriè acceptæ labem, agrè in Iudæ, quan

quã
pre
lud
ceat
inui
exit
de e
vng
Cre
tum
in C
mon
man
incli
prod
lerur
sua,
duxe
terri
tia
auter
Billi
uidia
fator
nam
num
mus a

quãtum ex Scripturis manuducimur deprehendamus: (tantũ abest vt eam in Iudæ primũ mali fontem agnoscere liceat:) considerandũ est, hos Patres cum inuidiæ tanquam causæ tribuunt Iudæ exitium, non de ipsius Iudæ inuidia, sed de ea qua flagrabant Iudæi, facti Iudæ vngues in vlcere, locutos esse, vt Elias Cretenfis, (ad locum Nazianzeni prolatum) rectè perspexit. Iudæi enim inuidia in Christum succensi, quod benè etiam monuit Chrysologus, ^a Iudam avaritiæ ^{a ser. 48.} mancipium, nacti administrum, parieti inclinato incumbentes, oblato nefariæ proditiõnis stipendio, infœlicem perpuerunt in ruinam: sicquæ inuidia, non sua, sed eorum qui eius avaritiam conduxerunt, impulsus dicitur ad scelus terribissimum, quo apposuit anterioris avaritiæ tordibus colophonem. Specialiter autem quoad Gregorium Theologum, Billius, ^b obseruat, vocem *eduros* non in ^{b eo loco.} inuidiæ peccatum duntaxat, sed inuidiæ factorem primum, ac incentorem Satanam, sæpè designare apud Nazianzenum: Atque ita eo loco quem adduximus ab eo vsurpatam vocem illam vide-

ri, cum Pilatum & Iudam, per inuidiam, Christi neci cooperatos affirmat. Quomodo enim Pilatus, inuidiæ peccatum in Christi necem consentiens admisisset, qui in Christi liberationem omni studio incubuit, cōscius quod per inuidiam tradidissent eum Iudæi? Incentore tamen parente inuidiæ Satana, quem Theologus antonomasticè inuidum, & perillustri metonymia *inuidiam ipsam* nominat, adductus est Pilatus contra conscientiæ suæ iudicium, vt innocentem impiis dederet, & adiudicaret fieri petitionem eorum. Signat alibi in eam rem alia Theologi loca idem Billius, ^a additque etiam testimonium Ammiani, apud quem, Constantium, de Galli patruelis cæde loquentem, similiter *inuidiæ* nomine abstracto, diabolum designasse obseruat. Hæc de extrinsecis malorum Iudæ fontibus, rectè ac verè dici non abnuo. Intrinsecus tamen vnde omnis illa colluuius quam infra educemus, promanauit, auaritia fuit.

8. Auaritiam illam, in Oecono-
 mo qui ex officio curare astringitur rē
 communem, scædauit infidelitas, teterrimum
 in

a ad 10.
 orationem.

in dispensatore probrum, cuius insigniter Iudam reuincit Nyssenus, ^a explanans encomium illud manuum sponfi, *manus eius tortiles aureæ plena tharsis.* Ita enim legit, ubi nos legimus, *manus eius tornatiles plena hyacinthis.* Auream quippe manum, interpretatus puram & expertem labis omnisque vitiositatis, æquè ac Christus caput Ecclesiæ, aurum optimum dictus fuerat, ob insignem nitelam & omnem peccati ab eo remotionem, subdit quæ sit manus in mystico Christi corpore, cuius ibi partes exornantur. [Manum autem appellamus, eam quæ ad vsus diuinitus præscriptos publica bona Ecclesiæ administrat; cuius hæc propria laus est, vt capitis naturæ, similis fiat ratione puritatis peccatorum expertis. Tunc autem manus fit pura, cum tornando totum illud abaserit, quod elegantia impedimento est. Quemadmodum enim illi, qui marmor ad figuram animalis alicuius conformant, ea tornando sculpunt & incidunt lapidi, quibus amputatis ad exemplum princeps simulachrum effingitur: sic etiam in pulchritudine manuum corporis Ecclesiæ,

^a hom. 14.
in Cant.

multa per ratiocinationum deradenda
 sunt tornationem; vt manus verè aurea
 fiat & pura. Neque verò cuiquam ob-
 scura esse possunt, quæ non amputata
 manus pulchritudini officiant, v. g. stu-
 dium placendi hominibus, auaritia, am-
 bitio, solum ad ea respicere, quæ sub
 oculos cadunt, splendorem sibi ex rebus
 præsentibus comparare, ad delicias &
 voluptatem propriam abuti collecto ex
 Dei mandato penus: quibus quidem vni-
 uersis & eius generis aliis per instrumen-
 ta cogitationum abrasis, solum volunta-
 tis purum illud ac minimè adulterinum
 aurum relinquendum est, quod immac-
 ulato capiti est simile. Et fuerit fortassè
 quod dicimus, magis perspicuum, si per
 verbum illud Apostoli declaratur: qui
 posteaquàm Deum fidelem appellauit,
 nihil aliud etiam in rei familiaris admi-
 nistratoribus requirit, quàm vt quis fi-
 delis reperiatur. Sic enim ad verbum
 scripsit, *Reliquum est, quod in administra-
 toribus rei familiaris requiritur, vt quis ni-
 mirum fidelis reperiatur.* Itaque fidelis &
 prudens administrator rei familiaris, qui
 Ecclesiæ manus est loco, sapientem Do-
 minum

minum suum in vita imitando, manum corporis ad similitudinem capitis auream reddit. Non erat eiusmodi manus in Apostolorum corpore Iudas ille miserandus ac miser, vel potius odio dignus & execrabilis, cui cum cura esset commissa pauperum, avaritiæ lapidem non abrasit: sed propter fures marsupij custos, ipse sui ipsius fur factus est, dum quod in manibus suis habebat, propriis manibus cleperet, non ad Dei mandatum, sed ad pecunias ipsas respiciens: ex quibus deinde fructum alium nullum percepit, nisi strangulationem, spontaneam abruptionem vitæ, certum animæ interitum, monumentum sceleratum quod quidem æternum durabit.]

9. Primum porrò in Iuda avaritiæ germen, fuit expilatio loculorum creditorum. Vt enim haberet vnde cupiditati satisfaceret, aut (si Comestori credimus,^a & Gulielmo Parisiensi,^b) vnde vxori ac liberis prouideret, expilabat loculos. Quantum autem decerperet, diuinari non potest. Ait quidem Rupertus,^c Iudam solitum furripere decimam partem eorum quæ in loculis habebat. Sed

a c. 116.
histor. scot.
last.
v. l. de mor.
c. 7.

c l. 10. in
Mattb.

id Rupertus non aliter confirmat, quàm ex pretio quod Iudas ex Christi venditione retulit. Existimat enim Iudam triginta argenteos petiisse in operæ nauandæ pretium, quòd ea summa decimam contineret trecentorum denariorum, quibus venire potuerat vnguentum nardi spicati, inter cœnandum in Bethania, pio mulieris studio Christi capiti ac pedibus affusum: cuius pretium non ita disperdi, sed in loculos recondi potuisse, ac etiam debuisse, murmurans dixerat, captans illud ex eo lucrum quod sibi periisse ægrè ferebat. Hoc tamen fundamentum est admodum infirmum, Neque enim Iudam poposcisse eam summam legimus, sed fuisse ipsi constitutam à Principibus Sacerdotum quos adierat. Et vt ab ipso constituta fuisset, vnde cõstat eum præcisè spectasse compensationem suæ illius decimæ, ex pretio vnguenti in gratiam Christi piè profusi. Itaque furem fuisse, & loculos expilasse Iudam, dubitare non licet. Et verisimile est conatum furta sua obtegere; ideóque minutis furtis pro quantitate concredita, ne deprehenderetur, assueuiffe.

uisse. Quantum tamen præcisè furaretur, & quas sibi metas eius auaritia præfigeret, nemo nisi gratis diuinando con-
fingat.

Illud solidiùs ac congruentiùs dici potest, expilationes huiusmodi ad quas auaritia Iudam impulit, non fuisse nuda furta, sed etiam sacrilegia. Hoc non intelligo ea tantùm generali ratione, qua plerique Ascetici, omnem abusum rerum monasterij, vocant sacrilegium; eo quòd res illæ sint res Deo addictæ qua ratione loquitur S. Basilius, ^a & Serapion ^a in regula, ^b ac S. Ephrem. ^c Nec abludit Cassianus ^d & S. Benedictus. ^e Non inquam illa dumtaxat generali & impropria ratione, sacrilegij damno, expilationem oculorum à Iuda factam: sed alia speciali, ex duplici capite petita. Primum est, quod subiectum dominij pecuniarum quas Iudas expilabat, integrabatur ex persona Christi Domini, cuius sustentationi & vsui, ex pecuniæ addicebantur. Quare si direptio bonorum, alicui Ecclesiæ aut sacris personis addictarum, sacrilega est, de quo non dubitatur, quanto magis sacrilegij damnanda est
depo

a reg. breu.

144.

b §. 5.

c serm. ad
imit. pro-
uerb. pag.

§ 17.

d l. 4. de
instit. c.

20.

e c. 22. reg.

depopulatio peculij, quod tam immediate Deo suberat, & in eius ac sacri Collegijsum erat addictum? Alterum caput est, quia Iudas votum paupertatis emiserat, æquè ac Apostoli reliqui: quod suppono ut ratum, apud Theologos & Patres. Videtis quos longo agmine educunt Suares ^a & Basilius Poncius ^b ac Bellarminus ^c. Posito autem Iudæ voto, perspicuum est, violationem eius per usurpationem indebitam peculij concediti, eiusque tanquam rei propriæ distractionem, fuisse sacrilegam.

10. Non latebant Christum Iudæ furta, & oculorum concreditorum expilatio sacrilega, tamen qua erat benignitate, sustinuit nequissimum discipulum, in multa patientia: eumque nec prodidit aliis, neque damnauit non conuictum iuridicè; Exemplum statuens, non accusatos nequaquam esse damnandos. Ita enim ex hoc Christi silentio infert Damasus Papa, ^d damnans abusum qui irrepserat, tractandi causas eorum quorum nulla accusatio præcesserat. Ait ergo. [Dominus noster IESVS Christus, Iudam furem esse sciebat: sed quoniam non

a tract. 7.
de relig. l.
3. c. 2. n. 5.
b l. 3. c. 2.
n. 9.
c l. 7. de
matrim.
toto c. 2.
c l. de Mo-
nach. c. 5.

d epist. ad
Episc. I: a-
lia.

non est præsentialiter accusatus, ideò non est eiectus. Nec vos vllomodo agere oportet, quod ille noluit facere. Leges enim sæculi, accusatores præsentés exigunt, & non per scripta absentes.] S. verò Hieronymus^a S. Paulinum monet, ex hoc exemplo discat, refrigeria pauperum distribuere manu propria: cum tam rara sit in hominibus fides, vt Iudas ostendit.

^a epist. 12.

Nec plura vniuersè de Iudæ avaritia. Quantorùm autem malorum origo Iudæ fuerit, distinctiùs in sequentibus exponemus. Ex quo liquebit, rectè ab Apostolo pronunciatum esse, radicem omnium malorum esse cupiditatem: Et à S. Gregorio,^b hanc esse radicem iuniperorùm, quæ punctiones peccatorum omnium infert hirsuta, & pro foliis spinas profert.

^b lib. 20.

mor. c. 10.

Lolium

Lolium infidelitatis & hereseos, in Christianam Ecclesiam inuectum primò per Iudam.

CAPVT VI.



I MNIVM quidem vitiorum ac scelertim ea vis est, vt animæ oculo sensim effosso, & ea luce qua ad Deum subuehendi sumus paulatim restincta, ad internam cæcitatem & fidei excidium disponant. Quod significatum videtur iis scripturæ ac Patrum locutionibus, quibus peccator à legitimo cultu deficere, & abiecto vero Deo, ad idola & falsi nominis numina deuolui dicitur. Hoc S. Chrysostomus,^a hoc Augustinus,^b hoc Hieronymus,^c hoc Tertullianus,^d hoc denique Nyssenus,^e aliique Patres prodiderunt.

^a homil. 6. ad Rom. in mor.

^b l. 99. in Iosue c. 29.

^c in c. 4 & 8. Osee & in c. 2.

^d Isai. de Ieuin. c. 16.

^e hom. 8. in Eccles. f Iamb. 22. in fine.

Nulli tamen peccato ea labes potiore iure tribuitur quàm auaritiæ, si Nazianzenum audimus,^f ita canentem.

Multi licet sint, & vocentur, improbi, Idololatra dictus est solus tamen,

Iudas, primus nouæ legis hereticus. 191
(Quo nullum in auro grauius est vsquam
scelus)

Qui præter aurum nil scit, aut nil co-
gitat:

Facturus ut qui hoc facile sit, morbum
ob suum,

Si tempus adstet quidpiam lucri affe-
rens,

Vel execrandum, quod Chamos Plutum
colat.]

Eodem planè reuoluitur, quod copio-
sè, de more tradit ac scitè S. Chrysolto-
mus, avaritiam Nabuchodonosori com-
ponens, quæ statuam auream, imò &
aream, ac ferream, & his longè viliora
adorari iubeat. Et grauissimè alibi ^b con-
testatur, quod dictum est, avaritiam esse
idolomaniam, non hyperbolicè, sed verè
dictum: quod infideles & idolorum my-
stæ euadant, qui avaritiæ mancipantur.
[Quid aliud (inquit) est idolorum cultor?
An non & ipse vitiosam mentis affectio-
nem sepe numero adorat, dum illam non
cohibet: ut exempli gratia, cum illi dici-
mus, quod simulachra adoret. Non (in-
quit,) simulachra, sed Venerem, sed
Martem. Et cum rogamus quæ est ista

Venus?

a hom. 18.
in 1. ad
Cor.

b homil.
18. in ad
Ephes.

Venus? qui grauiores inter eos sunt, respondent; voluptas est. Et quis est Mars? animus masculus & vehemens. Ad eum modum & tu mammonam adoras. Quod si dixerimus, quis est iste mammonas? auaritia est, & tu illam adoras. Nam ista potior est adoratio. Et vt rem ipsam cognoscas, ad Deum animi intuitum conuerte, consideraque quinam illum veriùs ac magis adorent: an qui simpliciter adstant in precationibus, an qui voluntatem ipsius faciunt. Ita & qui mammonam adorant, veriùs illum ac magis adorant, qui voluntati ipsius obsequuntur. Quamquam, qui mentis affectiones adorant, extra illas sæpenumerò constituti sunt. Est enim videre Martis cultorem qui animi vehementiam sæpenumerò cohibeat ac vincat. Tu verò non ita, sed animi affectioni te ipsum subiicis: At non Mactas illi oues? Mactas verò homines & animas rationales; illas quidem fame, istam autem maledictis. Isto sacrificij genere nihil est Bacchicū magis, nihil scilicet insanius. Quis vidit vnquam animas mactati? Maledicta est auaritiæ ara. Nam si ad simulachrorum illam accesseris
aram,

aram, videbis eam caprinum & bouinum olentem sanguinem: Ad istam verò avaritiæ aram si veneris, humanum sanguinem videbis miserè & crudeliter exhalantem. Hic si steteris, non contempleris halitum, alas incensas, nec reditum nidorem & fumum, sed perditum humanum corpus. Hic videbis quosdam quidem, qui seiplos in præcipitia coniecerunt: alios verò qui laqueum applicuerunt. Nonnullos etiam qui enses per ipsum guttur transfuderunt. Vides hostias crudeles & inhumanas? Vis istis etiam sæuiore videre? Ostendam tibi iam non humana corpora illic, sed & hominum animas mactari: Nam & animæ mactari possunt, mactatione quæ conueniat animæ.] Hæc confirmant hominem per avaritiam fœdari infidelitate.

2. Verùm quid metaphoricis infidelitatem prolapsionibus per avaritiam insistimus, cum disertè & in omnium verborum proprietate, Apostolus, ^{a 1. Timot.} comonefaciat radicem omnium malorum esse cupiditatem, ^{6.} quam quidam appetentes errauerunt à fide. Vocis proprietatem expendit Chrysostomus, & quæ ea sit

aberratio egregiè in hunc modum diffinit. [Pulchrè autè ait, *aberrauerūt à fide*: non enim finit cupiditas iter aspicerè, oculos in se attrahens, & sensim subducens. Sicut enim cum quis recto itinere gradiens, si in aliud aliquid intendat animum, pergit quidem; sed sæpè dum nescit, urbem illam pertransit, ad quam properabat, pedèsque frustra sui ministerium præbent: ita fermè & in cupiditate contingit.]

Exoculat ergo auaritia, addictum sibi hominem; nec inani tantùm labore perdit stultos qui nesciunt in urbem pergere, inferens eos (vt Apostolus statim addit) doloribus multis, sed etiam veræ lucis vsu spoliat, conspersis tanto puluere oculis internis, vt functiones suas obire, & Deum per fidem contueri non sustineant. Hoc in tam multis quos hodiè que cupiditas in hæresis voraginem præcipientes agit, deprehendere licet. Hoc suo tempore in plerisque veræ fidei desertoribus Petrus Damianus obseruauit. Hoc in Iuda maximè tanquam in hæreticorum nouæ legis primicerio, notare possumus. Nam vt loquitur Epiphani.

phan. ^a [Auaritia Iudam excæcavit, & ^{a her. 66.} Deo huius sæculi addixit.] Et Drogo ^{b b tract. de} agens de proiectis in templo denariis. ^{pass. dom.} [Nimirum talibus semper Diis templum ^{sacramēt.} suum deuouerat. Auaritia enim simulachrorum seruitus est, & auaritia excæcat oculos sapientium.] Ex quo enim Iudas per auaritiam à recto deflectens, expilator commissarum pecuniarum factus est; in hæresim miserè abreptus, infœlix lolium in rudem adhuc & tantum nascentem Christi Ecclesiam exemplo pessimo primus inuexit: vt planè liceat primum hæreticum, & hæreticorum Patriarcham, Iudam dicere. Quod operosum non erit, & sanctorum Patrum assertionem, & verò scripturarum quoque testificationem, communire.

3. In hæresim ergo lapsus Iudam, & sub ouina Apostoli pelle lupum vixisse, exortem non charitatis tantum ac iustitiæ, sed & fidei, disertè tradit S. Maximus. ^{c a homil. 2.} Astipulatúrque S. Hieronymus ^{d de S. Lactone.} ad Iudam ^{d in c. 26.} qui autem tradidit eum, dedit eis, &c. ^{Matth.} Sic enim scribit. [Miser Iudas, & tamen non miserabilis, eadem infidelitate qua magistrum & Dominum tradidit, puta-

bat signa quæ Saluatorem viderat facientem, non maiestate Diuina, sed magicis artibus facta. Et quia eum fortè audierat in monte transfiguratum, timebat ne simili transformatione, elaboretur è manibus ministrorum. Dat ergo signum, vt sciant ipsum esse, quem osculo demonstraret.] Idem habet ex autoritate Alexandri Præfulis Alexandrini, ad Alexandrum Constantinopolitanum Episcopum scribentis, Cassiodorus^a, Negabat enim S. Alexander, mirari se Arrianorum casum, qui ab Ecclesia abdicati & per hæresim præcisi, id ipsum recens fecissent, quod fecerant iam olim Hymenæus, & Philæus memorati ab Apostolo inter naufragos à fide: quòdque etiam ante eos fecerat Iudas, qui per infidelitatem à Christo defecit; & quidem per infidelitatem Arrianam, vt expressit S. Ambrosius^b sic scribens. [Bonum mihi est Domine, lex oris tui, seruo præceptum tuum. Vnum te esse cum Patre ipse dixisti, quia hoc credidit Petrus claves Regni cœlorum accepit, & sui securus peccata donauit. Quia hoc non credidit Iudas, impietatis suæ se laqueo fran-

a l. 1. Tri-
par. cap.
13.

b l. 3. de
Spiritu
sancto c.
18.

strangulauit.] Etherius item & Beatus, ^a *2 lib. 1.*
ea disputatione qua Elipandum Toleta- ^{pag 354.}
num prostrauerunt, inde probant Iu-
dam, *Christum non Deum, sed hominem,*
censuisse, quod in cœna vltima conte-
stante Christo se prodendum, cæteris
discipulis Christum sic affatis, *numquid*
ego sum Domine? Solus Iudas præ infideli-
tate Christum affatus non compellauerit
Dominum, sed Magistrum dütaxat, quæ
appellatio nihil ferebat supra hominem.
Sed & S. Chrysostomus, ^b *cum confir-* ^{b in psal.}
masset Satanam dixisse per seipsum, non ^{13.}
est Deus, subdidissetque damno suo edo-
ctum resipuisse, addit. [Dei negatorem
Iudam, fecit perire laqueo, quod Deum
ipsum tanquam hominem tradendum
curauerit. *Cum diabolus* (inquit) *iam mi-*
fisset in cor Iudæ, ut ipsum traderet: Dixit
insipiens in corde suo, non est Deus. Si
enim Deum ipsum tunc dixisset, non tra-
didisset ad mortem, nec Iudæos docuif-
set occidere Dominum, quoniam eis
persuasit Iesum non esse Deum. Hunc
nescimus vnde sit.] Difertè denique Lu- ^{c lib. de}
cifer Calaritanus, ^c Iudam ait fuisse Pho- ^{non par-}
cindo in ^{Deum de-}
ling. ^{ling.}

iuisse in peruerso dogmate, de Christo nudo ac puro homine.

al. 9. eleu-
chi her.
30. v. lu
das Isca.
ziothes.

In hanc rem vberius infrà cùm de Christi proditoribus, Iudæ affeculis. Nunc tantùm dico, non malè Prateolum ²Hæreticorum omnium Euangelicæ legis, primum statuere Iudam, vt nos fecimus. Nam quamuis lex Euangelica, & Ecclesia Christiana, in ratione status & cum obligatione eam ineundi, ante Christi mortem non cœperit; confirmato primum per testatoris obitum Testamento Nouo, vt Apostolus rectè dixit: Tamen quatenus Christus Dominus cum Apostolis in vnâ Societatem coaluerat, quam sensim erudiebat, & efformabat in perfectam Ecclesiam Christianam, meritò dicitur inuectum à Iuda in Ecclesiam Christianam lolium hæreseos.

4. Quia verò Iudæ hæresim ex scripturis stabiliendam recepimus, age hoc quoque præstemus. Luculentus locus extat Ioan. 6. vbi Christus Dominus, occasione panum quibus Iudæos mirabiliter satiauerat, opportunè excurrens in cibum qui permanet in vitam æternam per Iudæos operandã, & in panem vitæ
de

de cœlo à Patre suppeditatum per incarnationem : tandem cibum quoque Eucharisticum mundo vitam præbentem , suam inquam carnem & sanguinem, daturum se promittit. Ad eum sermonem durum & intellectu imperceptibilem, non modò Iudæi litigarunt sed plerique etiam ex discipulis scandalum passi murmurarunt , non perspicientes, verba quæ locutus fuerat Christus Dominus , spiritum & vitam esse. Itaque [quidam, quia non credebant, (ait author libri de operibus Cardinalibus^a) nec poterant intelligere , abierunt retrò : quia horrendum eis & nefarium videbatur, vesci carne humana : existimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius vel elixam, vel assam, sectamque membratim edere docerentur , cum illius personæ caro , si in frustra partiretur , non omni humano generi posset sufficere , qua semel consumpta , videretur interisse religio , cui nequaquam vltèriùs victima superesset. Sed in cogitationibus huiusmodi caro & sanguis non prodest quidquam: quia sicut ipse magister exposuit, verba hæc spiritus & vita sunt : nec carnalis sensus ad

*a serm. de
cæna Do-
mini.*

intellectum tantæ profunditatis penetrat, nisi fides accedat.] Lacerationem (vt putabant) corporis Christi, & potum cruentum sanguinis, exhorrescentes, abierunt retrò. Hoc est non modò progressum in virtute facere desierunt, vt Chrysostomus interpretatur; ^a sed etiam à Christi societate & disciplina recesserunt: contestante licet Christo, non verborum duritiem & prætensam inintellegibilitatem, sed infidelitatem audientium, scandalum illud & turbas concituisse: immeritòque eos scandalum pati in verbis propositis, putantes Christi corpus cruenta laceratione mandendum: cum tamen visuri aliquando eum essent ascendentem vbi erat priùs: atque adeò manentem integrum, non sectum, iuxta simplicissimam verborum illorum in quibus cœcultant plerique prolata à D. Augustino interpretationem ^b *Multi audientes (ait Ioannes) ex discipulis eius dixerunt. Durus est hic sermo & quis potest eum audire? Sciens autem IESVS apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius dixit eis: hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem* vbi

*a homil.
46. in Jo.
87.*

*b serm. 2.
verb. A.
post.*

Iudas, primus nouæ legis hereticus. 201
ubi erat prius? Spiritus est qui uiuificat,
caro non prodest quicquã. Verba qua ego lo-
cutus sum uobis, spiritus & uita sunt: sed
sunt quidam ex uobis qui non credunt. Ex-
pende particulam sed, quæ manifestè
docet, veram scandali causam: quasi di-
ceret Christus. Verba quæ proposui, ac-
cipienda nõ sunt de manducatione cor-
poris in frustra dissecti, sed de manduca-
tionem corporis in statu spirituum exhibi-
ti, ac impassibiliter, & citra dentium in-
fixionem cibaturi, & uitam daturi. Ita-
que non ob uerborum duritiem & im-
possibilitatem, natum est scandalum, sed
quia inter uos sunt aliqui infideles, uer-
bis meis fidem negantes.

His infidelibus & hæreticis, annume-
ratum fuisse Iudam, conceptis uerbis do-
cet Euangelista, reddens rationem, cur
dixisset Christus esse aliquos ex audien-
tibus, qui non crederent. *Sciebat enim ab*
initio IESVS, qui essent credentes, & quis
traditurus esset eum. Vides, apertè Iudam
notari, & ab Euangelista sensus uerbo-
rum Christi probè conscio, accenseri iis
qui tunc non crederent Christo. Tunc
inquam. Displicent enim qui illud non

credunt, ita inuertunt, vt præsens sit pro futuro : quasi voluerit significare Christus Dominus, sunt aliqui ex vobis, qui verbis meis fidem negabunt. Hoc planè alienum est à Christi sentētia, cuius textura paulo ante proposita omnino fert, vt verbum præsens à Ioanne adhibitum, accipiatur in vi præsentis, nec per confictam præsentis in futurum detorsionem, Christi orationem efficiat nugatoriam. Quid enim boni sensus subest Christi sententiæ, verbo illo præsentis in futurum malè commutato? Cùm enim intendere Christus, assignare causam præsentis scandali & murmurationis, discipulorum, negaretque verba quæ protulerat id præstitisse, sed audientium infidelitatem, planè de præsentis tantum non de futura infidelitate actum ab eo oportuit, vt præsentis mali præsentem causam non futuram assignaret. Itaque perspicuè, præsens Iudæ hæresis notata est illis Christi verbis interprete Ioanne, qui ea ad Iudam præter cæteros directa mouit. Imo in vnum Iudam intorta, censuerunt S. Augustinus & Beda: ^a tamen si Christum plurali numero vsum velint, ne

^a ad cum locum.

ne personam proderet, & infidelitatem eius adhuc abditam, euulgaret. Quamquam series verborum Euangelistæ, Iudam communiter cum quibusdam ex minoribus discipulis, incredulitatis fugilatum ferre videtur. Et ita^a Theodorus

a omnes ad locum tunc Ioannis.

Heraclæotes, Leontius, Theophilactus, Euthymius, Iudam & alios discipulos qui à Christo occasione huius de suo corpore & sanguine orationis recessisse mox referuntur, discessisse à fide Christi interpretantur, & in hæresim prolapsos, magna etiam ex parte dilapsos: tametsi Iudas corpore hæserit, vt quæ Euangelista statim subtexit, perspicuè ostendunt.

5. Alter locus quo Iudæ infidelitas apertè reuincitur, habetur inferiùs eodem Ioannis capite. Vbi cùm Euangelista recessum illum multorum ex discipulis retulisset, subdit sciscitatum Christum Apostolos, an ipsi quoque vellent recedere? [Non increpuit recedentes, ait S. Cyprianus^b) aut grauius comminatus est, sed magis conuersus ad Apostolos suos dixit: *Numquid & vos vultis ire?* seruans scilicet legem, qua homo liberati

^b Episto.

55.

tati

a orat. de
S. Andrea.

tati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibi met ipse vel mortem appetit, vel salutem.] Ad eam Christi percoꝛtationem, [S. Petrus (vt verbis S. Athanasij^a dicam) interrogatorum lingua discipulorum, pro omnibus vnus respōdit:] *Domine ad quem ibimus, Verba vitæ æterna habes. Et nos credidimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei.* Agnouit Christus, Petrum omnes ex suo ingenio & affectu æstimantē, pro omnibus responsum dedisse, voluntatis plenius quàm veritatis. Itaque respondet Dominus. *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* quasi diceret, vt Chrysoſtomus cum suis interpretur: Tu quidem Petre tuo & sociorum nomine profiteris quam de me fidem conceperis, & verè de te & maxima sociorum tuorum parte pronunciaſti. Falleris tamē in vno ex hoc duodenario numero; quem ego numerum, beneuolē ad intimitam familiaritatem admisi. Nam inter hos duodecim, vnus diaboli imitatione in veritate non stetit, aliudque de me iudicium fert, quàm responso tuo expresseris. Quod in Iudam cecidisse, diferte

fertè monet Euangelista, eum proinde infidelitatis infimulans.

Hinc non incommodè satisfit, quæsi-
to, quod S. Chrysostomus, eiusque asse-
clæ Theophilactus, & Euthymius, ad
hæc verba proponunt: Quid videlicet
causæ fuerit, cur Christus Dominus qui
Petri confessionem non ab similibus ver-
bis conceptam apud Matthæum ^a tan-
topere extulit, vt idcirco primatum ei
super vniuersam Ecclesiam deferendum
promitteret, & non carnis & sanguinis
reuelatione, sed Patris cœlestis afflatu
sic profatum assereret, tamen hoc loco,
responsum Petri ne collaudare quidem
sit visus. Imo tacitè illud repulerit, vt vi-
dimus. Placet Euthymij responsio, aien-
tis, Petrum apud Matthæum suo dumtaxat
nomine: hîc nomine omnium re-
spondisse. Nam quamuis Christus ibi
quoque in plurali rogasset, *vos autem
quem me esse dicitis?* Tamen Petrus abso-
lutè respondit. *Tu es Christus Filius Dei,*
non inuolutis aliis, vt hoc loco fecit, lo-
quês in plurali: atque adè quia respon-
so Petri nomine omnium prolato, mate-
rialis veritas vndecumque non consta-
bat,

a cap. 16.

bat, ob Iudæ infidelitatem Petro incom-
pertam, censet Euthymius, Petrum nul-
lum à Christo tulisse elogium, quamuis
probè conscio non dissimilis in Petro af-
fectus, quantum ex ipso Petro erat.

a tract. in
suam or-
dinat. t. 2.
bibl. marg.

6. Quare ex hoc quoque altero lo-
co Ioannis, apertè habemus infideli-
tatem Iudæ. S. certè Gaudentius^a hinc
causam petit, cur non omnes Apostoli,
sed vnus Petrus excitatus diuinitus sit ad
profitendam Christi diuinitatem. [Cum
Dominus IESVS (inquit) interrogaret
Apostolos, *Vos autem quem me esse dicitis?*
Solus Petrus omnium credentium ore
respondit: *Tu es Christus, Filius Dei viui.*
Quid statim muneris accepit ista con-
fessio? Beatitudinem scilicet, regni que
cœlestis gloriosissimam potestatem. So-
lus ergo cum loquitur Petrus, nequa-
quam reliquorum credentium fides ex-
cluditur. Sed congruus ordo fertiatur,
dum principi Apostolorum primus lo-
quendi locus iure defertur, ne tumultus
quidem magis quam responsio videret-
ur, si tum vniuersi certatim ac pariter
respondissent. Dicat fortè aliquis, sicut
illos tres in camino fideles pueros, ita in
hoc

Iu
hoc
voc
fide
qu
ri n
me
faci
pot
tam
tem
mus
mor
quo
cum
dit.
mor
Iuda
uicu
turb
trus
gita
tis,
dito
7
astru
Hier
Iuda

hoc examine omnes Apostolos, consona voce debuisse eadem profiteri. Sed considerandum, quia Iudas ille Iscariothes, quod corde non crediderat, ore confiteri non poterat: & neque beatitudinem merebatur incredulus, neque ante diri facinoris perpetrationem, iusti Iudicis poterat sententiis prædamnari.] Signatam locis quæ proposui Iudæ infidelitatem, perfidiæ nomine donat S. Maximus.^a Locus est perillustris, & insigni ad mores doctrina fœtus. Præfatus enim quomodo periclitata sit nauis, in qua cum Christo erant cæteri Apostoli, subdit. Hæc est causa periculi. Erat ibi Simon Petrus, sed erat & pariter proditor Iudas, quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius tamen eam perfidia conturbabat. Tranquillitas est, ubi solus Petrus nauigat, tempestas ubi Iudas adiungitur. Licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbatur tamen criminibus proditoris.]

^a apud
Ambros.
serm. II.

7. Vnum adhuc scripturæ locum astruendæ infidelitati Iudæ, proferunt Hieronymus & Beda.^b Obseruant enim, b *Matth.*
Iudam cum comprehensuros Christum ^{26.}

milites

milites ad latrocinium institueret, de prodicionis signo præmonentem, addidisse, eum qui basium virulentum ore impurissimo impressisset, tenerent, & cautè ducerent: significans suum de Christo sensum; nempe quod Magus esset, & multa illa mira quibus plebem rapuerat, per diabolicum commercium edidisset. Itaque ni prospicerent, fore ut solita arte, nunc quoque dilaberetur è comprehendentium manibus. Quod iudicium de Christi mirabilibus, non tunc primùm à Iuda conceptum, sed propè perpetuum illi fuisse, volunt Patres prædicti. Ideoque iam olim appellatum censent diabolum, hoc est calumniatorem, quod per effròtissimam calumniam, Dei opera quibus Satanæ regnum dissoluebatur, in Satanam autorem referret. Vt ut fit, Iudæ infidelitatem in extrema illa cœna, ante Hieronymum ac Bedam, agnouit Origenes, ^a vestigans causam cur Iudas multam militum turbam contra inermem eduxerit: Et aliorum primùm sententiam, tum suam huic loco opportunam, proferēs in hunc modum. [Et potest dicere aliquis quoniam propter

a tract. 35.
in Matth.

pter multitudinẽ eorum qui iam cre-
diderant in eum ex populo, tanti vene-
runt aduersus eum, timentes ne multa
multitudo credentium de manibus eo-
rum raperet eum. Ego autem existimo
alteram causam congregatæ multitudi-
nis contra eum, quoniam qui putabant
eum in Beelzebub eiicere solere dæmo-
nia, arbitrabantur eum ex quibusdam
maleficis disciplinis & magicis posse ef-
fugere de medio volentium eum tene-
re. Et forsitan quidam eorum audierant,
quomodò aliquando cum iam præcipi-
tandus fuisset de supercilio montis, effu-
git manus iam tenentium se, non fuga
simplici & humana, sed alia quadam ex-
tra naturam humanam. Propter hanc
etenim causam, etiam apud Marcum,
Iudas dicebat turbæ, quæ veniebat cum
ipso cum gladiis, & fustibus: *Quemcũ-
que osculatus fuero ipse est, tenete eum, &
adducite diligenter:* maligne & cum si-
gnificatione videtur dixisse: tanquam si
dicat, nisi diligenter eum tenentes addu-
xeritis, cum voluerit, effugiet vos. Illi au-
tem audientes, secundum existimatio-
nem Iudæ, quasi non paterna diuinitate

adiutum hoc agere, vel alia multa, omnia faciebant vt diligenter eum tenerent & custodirent.]

8. Ego præter has scripturas, quæ euidentissimè conficiunt quod in:endumus, gesta ipsa Iudæ ab initio peculatus, ad euincendam eius infidelitatem, abundè esse puto. Obiicio enim intellectui meo infidum dispensatorem crumenæ à Christo commissæ, in Christi oculis quotidie versantem, furtis nihilominus addictum, & in dies singulos aliquid subducentem, quod iniussu Christi aliò auertebat. Rogatum verò plerumque, vt fit, de conferenda in sumptus aliquos pecunia, aut de stipe in egenos eroganda, causantem marsupij inanitatem, & vacuatos anterioribus expensis, vel elemosynis loculos. Hoc ille fronte perfricta, non Apostolis tantùm Christi inter-nunciis, ad indicandam dispensandæ pecuniæ occasionem, sed & Christo ipsi ingerebat, apertè tradens nequaquam abs se agnosci Christum Dei viui filium. Quî enim potuisset, si ea fuisset imbutus fide, Christo omnium pectoris latebrarum scientissimo, absconditam cenere rapaci

Judas, primus noue legis hereticus. 211
rapacitatem suam? Aut quomodo putaf-
set ei suis mendacijs imposturam fieri ac
fucum posse? Peccat quidem omnis pec-
cator in Dei oculis, & hoc grauius de-
linquit vt Saluianus optimè aduertit,
quod teste iudice suo audet delinquere;
contemnens *in animam suam*, ait Eccle-
siasticus, ^a & *dicens quis me videt?* Tamen 26.23.
alia planè ratio est Iudæ in re proposita;
alia cuiusuis peccatoris, cum conscio nu-
mine peccat, seque conspectum omnia
peruadentis oculi, effugere existimat.
Hæc enim existimatio, est tantum vir-
tualis, & interpretatiua: quia scilicet ita
se gerit peccator, quasi existimaret,
Deo incognitum esse scelus suum: quod
tamen reuera si in actu signato rogare-
tur, non diffiteretur Deo peruium, nec
Dei ignorantiam sceleri prætexeret: sed
aut facilitatem veniæ, aut abstinendi dif-
ficultatem, & humanam fragilitatem.
Imo peccator, vt conscientiæ lancina-
tionem ex Dei conspectu, quem habi-
tualiter habet persuasissimū utcumque
declinet, auertit quantum potest mentis
oculos ab ea consideratione, non igna-
rus nihil esse ad diluendam peccati sua-

uitatem accommodatius, quàm obseruationem vindicis Dei, atque adeò culpæ conscij, sub mentis obtutum non perfunctoriè defixum. Hoc in Iudæ seculis habuit, qui quem coram & cominus alloquebatur, celata putabat sua consilia; unde formaliter & actu, existimabat non esse Deum, cui subduci posse iudicaret notitiam alicuius rei, & quidem præsentis, nec adeò abditæ, quin ipsemet qui admiserat mente eam versaret, ac plerumque de ea iteranda agitaret animo. Non dubito quin quisquis modum hunc agendi Iudæ attentè perpenderit, perspicuè in eo infidelitatem quam dixi, sit deprehensurus. Et sanè S. Augustinus à me apertè est, cum ait, [Factum fuerat in corde Iudæ per immisionem diabolicam, ut traderet discipulus magistrum, sed quem non didicerat Deum. Iam talis venerat ad conuiuium explorator pastoris, insidiator Saluatoris, venditor Redemptoris, iam talis venerat, & videbatur, & tolerabatur, & se ignorari arbitrabatur, quia in eo quem volebat fallere, fallebatur.]

a. tract. 55.
in Ioan.

9. Nolo missum facere alium eiusdem

dem D. Augustini locum, quo optimè ^a in *Psal.*
ex postrema Iudæ peruersitate, infideli-
tatem eius confirmat. Exponens enim
tertium Psalmum vniuersum, de Chri-
sto & Iuda, sic ait, [Domine quid multi-
plicati sunt qui tribulant me tam scilicet
multiplicati sunt, vt etiam de numero
discipulorum non defuerit, qui numero
accesserit persequentium. Multi insur-
gunt super me, *multi dicunt anima mea
non est salus illi in Deo eius.* Manifestum
est, quod nisi desperarèt resurrecturum,
non vtique occiderent. Ad hoc valent
illæ voces, *descendat de Cruce si Filius Dei
est. Et: alios saluauit, seipsum non potest.* Er-
go nec Iudas eum tradidisset, nisi ex eo-
rum esset numero, qui Christum con-
temnerent, dicentes. *Non est salus illi in
Dei eius.*] Hoc quid aliud est dicere,
quàm Christum non modò Deum non
esse, sed etiam à Deo esse abiectum, tan-
quàm peccatorem & indignum speciali
Dei cura, & piis exhiberi à Deo solita
protectione? Quare hunc de Christo sen-
sum, Iudæ tribuens S. Augustinus, apertè
agnoscit eum fuisse à fide alienum, æquè
ac alios Christi insectatores & contem-
ptores.

2 opus 31.
6.4.

10. Annuit Petrus Damianus,^a qui etiam huius infidelitatis radicem fuisse cupiditatem notat. [Quid mirum (inquit,) quod superius diximus, auaro nihil esse scelestius; cum dicatur omnium malorum radix esse cupiditas? In quo enim radix est omnium malorum, ille consequenter omnium malorum reus esse conuincitur: quia quorum habet in sui peccatoris agro radicem, non potest venenatam vitare propaginem. Nec prætereundum, quod ait: quam quidam appetentes, errauerunt à fide. Nimirum sicut proditor Saluatoris, qui ut exiguæ summæ perciperet quantitatem, sub vānitate distraxit rerum omnium conditorum, & pro vilis amore pecuniæ, auctorem tradidit vitæ. Sicut etiam Balaam filius Beor, qui dum ad pecuniæ quæ offerebatur, inhiat quæstum, Dei fide contempta, de Israëlitici populi dedit ruina consilium. Hunc planè, quidam nō contemptæ auctoritatis viri tradunt Helium fuisse Buzitem; de progenie scilicet Buz, qui secundus filius fuit Nachor, fratris Abraham; qui videlicet Helium, in libro B. Iob eius amicus dicitur extitisse; quoniam

niam Propheta fuerat, & spiritualis gratiæ reuelatione pollebat: sed dum auaritiæ paulatim declinasset in vitium, de Propheta factus ariolus, de ariolo conuersus perhibetur in Magum. Ecce quid utilitatis conferat auaritia: quæ dum fidem hominibus tollit, Prophetam vertit in Magum, & ex Apostolici culminis apice mergit in Tartarum.]

Itaque habemus Iudam, hæreseos apertè contuictum. Habent & sectarij quo Patriarcha gloriantur. Sed cum omnibus omnino hæreticis hoc decus commune sit, præcipuo tamen iure sacramentarij, qui Catholicam de corpore & sanguine Domini doctrinam, ad typos & umbras tanquam Æsopici canes umbrarum consecratores traducunt, suæ hæreseos primum authorem possunt agnoscere. Et est quod eius imitantes sensa, exitum pertimescant.

*Sordes verborum Iudæ: mendacitas, dolo-
sitas, blandiloquium, detractio,
murmuratio, susurratio,
Impudentia.*

CAPUT VII.

NON se continuit, his qui pro-
positi sunt finibus Iudæ atri-
ritia, nec peccatorum quæ
in intellectu consummantur
illuic contenta, vltioris semper prauitatis origo illi indeficiens fuit. Homo in-
ternus per infidelitatem corruptus, exter-
na quoque probra adiecit, quæ verbis,
quæ operibus. Verborum probra nomi-
no, mendacitatem, doloſitatem, blandi-
loquium, murmurationem, & perpe-
tuam illi ac indiuiduam comitem, impu-
dentiam. Attingo obiter ſingula.

Mendacitatem S. Thomas, ^a in Iuda
non qualemcumque, ſed cum inſigni
malitiæ ſuperpondio, proditoriam fuiſſe
obſeruat; mel externa ſpecie præferen-
tem

tem, reuera autem aculeatam, & ad pun-
 gendum ac feriendum intentam: quod
 Iudæ prodicione patefactum ait. Sed vt
 extremam illam, Iudæ mendacitatis li-
 neam, ad eum locum dimittam quo spe-
 cialiter consideranda est: perpetuam Iu-
 dæ mendacitatem, ex quo per auaritiam
 auersus à recto exorbitauit, longè ante
 quàm ad illud scelerum postremissimum
 executioni mandandum aggredieretur,
 expressam à Christo arbitratur Epipha-
 nius^a tractans illud ex c. 8. Ioan. *Vos ex* Matth. 23.
patre diabolo estis. Ille in veritate non ste- qua est
tit, quia non est veritas in eo: cum loquitur Caianorū.
mendacium, ex propriis loquitur, quia men-
dax est, & pater eius. Quem locum per-
 uertebant nugiendi quidam alij à Ca-
 ianis, quorum ibi nœnias exagitat Epi-
 phanius, Colligebant enim ex eo Christi
 verbo. [Patrem quidem Iudæorum dia-
 bolum esse, hunc autem habere alium
 patrem, & ipsius patrem, rursus patrem
 alium.] Hos turpiter aberrasse suppo-
 nens Epiphanius, propositorum Christi
 verborum aliū sensum proponit: quem
 ego, quamuis literæ non consentire satis
 aduerto, adducere tamen non grauabor,

quod ex eo apertè habeatur iudicium Epiphaniij, de summa Iudæ mendacitate. Ait igitur Epiphanius, Christum Iudæos compellantem ex patre diabolo natos, Iudæ filios esse Iudæos, significare voluisse. [Nam à quo quis superatus est, ab eo etiã in seruitutem redactus est, & cui quis credit, hunc Patrè habet, ac principem, & ducem suæ persuasionis. Dixit igitur Dominus, vos filij patris vestri diaboli estis. Nam pro Christo Iudæi crediderunt, quemadmodum ab initio, Eva à Deo declinans serpenti, credidit.] Diabolum autem eo loco dictum Iudam, confirmat Epiphanius ex illis Christi verbis ad discipulos, *vnus ex vobis diabolus est.* Quæ constat intorta à Christo in Iudam, qui diabolus non natura erat, sed imitatione & agendi modo, ac maxime mendacitate, quam primus Satanus inuexit mundo. Hic igitur imitatione diabolus, in veritate primùm adamata non stetit, quia non erat in eo veritatis studium: & mendacium loquendo, ex propriis loquebatur. Qualis enim ipse erat, talia loquebatur: nempe mendax, mendacia, quæ longa assuetudine & frequentatione

tatione mentiendi, propria sibi fecerat. Nec ipse tantum mendax erat, sed etiam pater eius, quem mentiendo imitabatur, nempe Cain: & Caini imitatione pater, Iudæ auus, omnium mendacium progenitor Satan. Hæc de Iudæ mendacitate breuius & explicatius alibi iterat idem Epiphanius ^a Scripturæ autem loco cui ^{a bar 40.} inædificatur, dimisso; non poterit ea non habere persuasissima, quisquis continuata eius furta, non nisi plurimis mendaciis attextis, oculi ab eo potuisse considerauerit.

2. Hos dixerim fuisse mendaces illos Iudæ in Christum circuitus, queis iuxta Psaltem, ^b Iudas sub capite Satana ^{b ps. 139.} magistrum optimum circumuenire conatus est, casto nisu, & ita vt labor labiorum eius operiret ipsum. Propriissimè enim, labor labiorum est mendacium: cum ea generali ratione, qua *laboris* nomine in scripturis, peccatum signari frequentissimum est, vnde labor in medio ciuitatis & iniustitia: Tum specialiter, quia laborandum est ad mentiendum. Audi Augustinum ^c [Laborant homines ^{c in psal. 139.} loqui mendacium, nam veritatem tota ^{139.} facili

facilitate loquierentur. Ille enim laborat, qui fingit quod dicit: nam qui vult verum dicere, non laborat. Ipsa enim veritas sine labore loquitur. De homine ergo hoc dixit Deo: me proteget vmbra- culum tuum, ipsos teget mendacium ipsorum. Sed ipsum mendacium ipsorum labor est labiorum ipsorum. Ecce parturiuit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. In omni enim opere malo, labor est, & omne opus malum cogitatum, mendacium ducem habet. Non enim est veritas, nisi in opere bono. Et propterea quia omnes laborant in mendacio, veritas quid clamauit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Ipsa est vox clamans ad laborantes in alio Psalmo. *Fily hominum usquequò graui corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?* Apertè autem alio loco, labor est in mendacio, docuerunt linguas suas loqui mendacium, ut iniquè agerent laborauerunt. Labor ergo labiorum, mendax locutio, quia labiis perficitur. Hæc in Iuda fuit quotidiana, in centore Satana, cuius se capitis membrum, Iudas mentiendo præstabat vt S. Hilarius in eum lo-

cum animaduertit, addens in Iudam quoque cadere, quæ versu continenti Psaltes addit, *vir linguosus non dirigetur super terram, virum iniustum mala capient in interitu.* [In linguoso (inquit S. Hilarius,) anceps & dubium & fallax os proditoris ostenditur: qui serò criminis sui scelere comperto, laqueo se, vita & fide profugus suspendit. Nihil enim directum in eo, nihil simplex, nihil absolutum fuit. Fur antea, dehinc proditor, postremò ipse indignus vltor. Nunc mulierem effuso in caput Domini vnguento damni inutilis arguens. Nunc Iudæis omnes Domini aditus & egressus, nuncians, nunc de precio iusti sanguinis paciscens. Linguosus semper in verbis, vt in eum propheta dictum competenter aptetur: *de multiloquio non effugies peccatum.* Hic ergo in hoc multiloquio suo peccator, non directus in vitam est, neque rectum fidei iter tenuit: sed, vt dignum est, mala eum in interitu ceperunt, impius in Deum cum fuisset, postea in semet quoque ipsum impius mansit. Fur pecuniæ, venditor sanguinis Iusti, proditor Dei, & quantum in se est, parri

parricida: nec vitæ veniam potuit habere, nec mortis.] Hæc quidem probra, vniuersam Iudæ vitam dehonestarunt, ex quo desciiuit à recti amore quem initio conceperat. Præsertim tamen in catastrophe totius impietatis, prodita est mendacitas Iudæ, & in obtensione curæ pauperum, vt egregiè omnino expendit S. Gaudentius. ^a Sed de ea scelerum Iudæ clausula, infra dicendum.

a *tract.*
13. de pro-
missio. Pa-
raclati.

b in de-
mōst. quod
Christus
sic Deus.
c hom. 22.
in fine.
d l. de sa-
crām. Do-
min. pass.
e in c. 12.
Ioan. lect.
1.
f c. 32.

3. Non mendacij dumtaxat, quod absque artificio & ambagibus admitti posset, sed mendacij cum simplicitatis exterminatione, ob adhibitās inter mentiendum ingeniosas machinationes veteratorem Iudam insimulat Hilarius, & S. Chrysostomus, ^b aptans ad Iudam initium Psalmi 108. *Os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.* Et annuit planè S. Antiochus, ^c nec non Drogo ^d conferens Iudam cum Absalone. (locum infra referam) Consentitque S. Thomas ^e qui ad Iudam aptat illud Isaïæ, ^f *Stultus fatuus loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurientis, & potum sitiēti auferat.*

rat. *Fraudulenti vasa pessima sunt: Ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mendaci.*] His artificiosa in mentiendo implexitas, & deceptoriam industria, graphicè describitur.

Fuit qui ^a hæc Iudæ inter mentientium artificia, æquiuocationes, & mentales restrictiones fuisse centeret, còque nomine, virulentissima disputatione, æquiuocationes, & mentales quascunque restrictiones proscinderet; quòd iis, cum omnes impij in Scripturis memorati, scelera quæcunque perfecerint; tum nòminatim Iudas, Christo ludificatus sit in marsupij negotio, & ad extremum, vitæ supra omnem æstimationem pretiosæ, despiciatissimum pretium constituerit. Verùm hominis mendaciorum loquacissimi, & in defectione à Collegio Apostolico, cœtu inquam regulari, (an etiam à Catholica fide,) Iudæ proditoris germano, palpabiles & iuges veritatis contrucidationes, alio loco per otium eductas in lucem, non vacat denuò persequi: præsertim ne calamū quassatū cõterere, & linum fumigās extinguere velle videar, misero inter squalores carceris ad

a Ioannes
Barneſius

ad quem tam procul abductus est, temeritatum anteriorum pœnas dante. Tantùm dico, æquiuationes & mentales restrictiones, indebitè ac sine idonea causa vsurpatis, etiamsi mendacij labe non sordeant, tamen culpa non vacare, etiam per se loquendo, & seclusis plerisque euentibus, in quibus virtutes diuersæ à veritate & simplicitate, apertâ sensuum mentis enunciationem, absque verborum ambiguum ambagibus, & suppressionibus indicunt: Sed his quoque seclusis, & per se loquendo, nisi vergeat causa proportionata, vitandæ sunt, eò quod pessudent humanæ conuersationis candorem, & aliquam apertæ veritatis oblæxionem ac infuscationem inferant, quam quilibet veri amans declinare omni studio debet. Hoc constituto, addo, otiosè, imò malignè, & Iudæ socio ac Apostata dignè, ad inuidiam conflandam iis quorum minimè interfit & fucum imperitis faciendum, tantoperè exagitari æquiuationes, & mentales restrictiones quocumq; modo vsurpatis vt præ illis quilibet infandum ac sceleratum honestari videatur. Æquè maleuolè,

uolè, nullòque iudicio adhibito, dicitur, Iudam non aliter mentitum fuisse, quàm per æquiuationes & mentales restrictiones. Scilicet adeò mendaciorum parcus erat Iudas, vt deuitato teretis mendacij abrupto, circuitu locutionum mente restrictarum, vel implexitates equiuocarum orationum, consecraretur. Itaque ad populum phaleras. Iudas mendacia pura puta, dolis ac fraudulentis circumuestita, effundere vile habuit. Æquiuationes ac restrictiones inter fallendum ab eo adhibitas, illi non persuadetur, qui Iudæ genium habuerit perspectum. Tametsi nec labis expertus, foret, si illas veritatis obuolutiones, indebitè vsurpasse conuinceretur;

4. Fraudulentias Iudæ inter loquendum, à synceritate ac simplicitate sermonis aperti & veri, discipulum Christi decentis, abhorrentes, Clemens Alex. ²² mysticè expressas censuit vnguento quo Domini pedes sub extre- ²² ²³ ^{padag.} ^{28.} mam ipsius vitam inuncti sunt. Vnguentum enim, ob mixturam & adulterationem plurium miscibilium, aptè cum Iudæ, fraudulentis ac dolositatibus inter

loquendum scitente, composuit. Oleo autem ob impermissionem ac simplicitatem contulit Christum. Sic enim loquitur post propositam perpulchram inunctorum à sancta muliere pedum Domini allegoriam. [Mysticè sic intelligentibus, oleum est ipse Dominus, à quo ad nos peruenit misericordia. Vnguentum autem, adulterinum inquam oleum, est Iudas proditor quo pedes vnctus est Dominus, dum à conuersatione in mundo liberabatur. Vnguntur enim mortui, &c. Nos autem docebit ipse Dominus Iudam esse falsum & adulterinum: *qui intinxerit mecum dicens, in catinum, hic me tradet.* Vides conuiuiam dolosum. Hic ipse Iudas osculo prodidit Dominum. Fuit enim idem hypocrita & simulator, fraudulentumque ac dolosum habens osculum, alium veterem imitans hypocritam, & populum illum arguens propter quem dictum est: *Hic populus labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Est ergo satis probabile, eum quidem oleum significare, vt discipulum qui consecutus fuit misericordiam, fraudulentum autem vtpotè proditorem, oleum

oleum infectum ac vt venenatum. Hoc ergo erant quod prædicabant pedes vnguento delibuti.]

Reuocat hoc oleum, in memoriam oleum peccatoris, quo Iudam abundasse obseruat S. Hilarius tractans illud Psalmi 54. *Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus.* Hominem verò vnanimem, Iudam exponit, quippe electam in Apostolum: eundemque dictum Christi ducem censet, quia in castella præmissus est, Domino aduenienti viam paraturus, & semitas rectas facturus. Notum verò ait appellatum, quod omnes Christi ingressus egressusque didicisset, Christum Dei Filium primò nouisset; mirabilibus operibus Christi affuisset, ad eandem mensam adhibitus, eodem recto exceptus iam pridem esset. Tantæ malignitati, & Iudæ, & eorum quorum erat partarius, rependendum diuinitus supplicium, more prophetico contestatus verbis prelatoris Psalmis; ad assensum diuinæ voluntati præstitum designandum, præmissa de obfirmatione in scelere & contaminato Testamento Dei ex postulatione, ad Iudam regrediens ait,

Diuisos fuisse ab ira vultus eius. Id est simulasse, & exterius præ se tulisse, omnem ab ira semotionem, imo amicitiae & appliciti cordis speciem: Re ipsa tamen sermones eius super oleum mollitos, lanceas & iacula fuisse. En S. Hilarij glossam propositorum Psaltis verborum, quæ Iudæ aptat. [Ammixtus Apostolis, & curam pauperum agens maximum scilicet ministerij opus curans, appropiauit cor suum. Ad appropiantibus enim liberanti animam suam gratulatus est, non vtique ministerio fidei appropians, sed iræ Dei, & contaminationi Testamenti eius. Cæterum ipse blandiloquus emollito super oleum sermone, curam agere se pauperum fallens, etiam tum cum pretiosi vnguenti effusa alabaastro conquestus est: tanquam id magis euenire in sumptum inopum debuisset. Sed ille occasionem furti de pecuniæ collatione quærebat. Et istiusmodi fortè blandiloquij oleum Psalmo alio euitat. Propheta cum dicit: *Oleum peccatoris non impinguet caput meum,* quia sub specie boni operis, malitiæ arma commoueat. Sunt autem etiam in verbis iacula, sicut dentes, scutum, & sagit

ſagittæ ſicut, & lingua machæra acuta eſt. Hæc igitur ſermonum iacula deſtatur, quæ magis ſubblandimento & adulatione nocitura ſunt.]

5. Oleo collatum à Pſalte fraudulentum blandiloquium, quod Diogenes *mellitum laqueum* vocabat, idcirco cenſuerim, quòd oleum vt ex Galeno habetur, ^a mordendi pariter ac leniendi facultate polleat; cutem enim lenit, interiora mordet. Itaque blandiloquium fraudulentum Iudæ, erat verè oleum, & quidem peccatoris, quæ vox à D. Hieronymo, aliter reddita eſt. Vertit enim *oleum amaritudinis*, & conſentaneè ad Hebræam vocem *Rofch*, poterat quoque, *venenum*, ſeu *virus* vertere, quale aſpides capite continent, vt idem ſit oleum peccatoris, quod oleum venenatum, ſuauiſtas verborum amariffima, & venenum aſpidum ſub labiis. Et iure idcirco ſubdit Pſaltes orationem ſuam fuiſſe directam ad Deum, vt dignaretur beneplacita illa, ſiue fraudulentos verborum plexus, & mellitæ ſimul ac aculeatæ allocutionis dolofitatem, auertere, ac ne qua in re obefſet, prouidere. Ea olei peccatoris in-

a l. 2. de
ſimplic.
medic. fa-
cult. c. 7.

terpretatio à D. Hieronymo tradita, cum illa verborum Iudæ super oleum mollitudine, mirè consentit: quam tamen Psaltes, spiculis & iaculis suppositis asperatam addebat, vt posses in eum quoque, illud prophani Poëtæ de Marullo intorquere, quem aiebat ferre oleum in auriculam ad deliniendos quos confixos vellet.

Amaritudinem olei huius, instillati à peccatorum maximo, cum externa verborum mollium specie aculeum infigere satageret, inde manifestè licet percipere; quod assueuisse Iudam detractiōni, & clanculariæ arrosioni Magistri quem in speciem laudabat, (quanto magis cæterorum?) docet Psaltes alio loco.^a Quem de Iuda, citra dubium & obscuritatem omnem scriptum esse, monet D. Augustinus^b & patet ex Ioann. 13. vbi Christus ita planè exponit. *Si ingrediebatur (inquit) vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem sibi. Egre diebatur foras, & loquebatur in idipsum* S. Hieronymus, & qui Hebraizantes audire volunt, *vanam illam locutionem, vertunt, secretam detractiōnem: estque iuxta*
eos

^a Psal. 40.

^b 17. ciuit
6. 18.

eos ipse hic sensus. Si veniebat ad viden-
 dum visitandumque me, cor eius pro-
 fundebat vana verba, & vacua eius cha-
 ritatis quam in me exterius simulabat.
 Cor illi erat, velut horreum nequitiae, &
 rabiei contra me: sermones tamen melli-
 tos edebat, & inani illo ementitorum
 verborum tectorio, obducebat internam
 malignitatem aduersus me conceptam.
 Egressus foras, nactus aliquos maleuolos,
 opiparè sibi videbatur epulari commor-
 dens ac lacerans cum illis famam meam,
 homo ex eo genere hominum qui pro
 dentibus habent gladios, & pro lingua
 machæram, ad concidendam & detrun-
 candam malignis oblocutionibus alie-
 nam famam. Id verò Iudæ multo magis
 ac expressius præstitit: cum planè à Sata-
 na occupatus, magistri pfodendi confi-
 lia agitare cœpit, vt latè versat Eusebius,
^a ea quæ allegauit Psaltis verba ad Iudam
 aptans. Hos ergo fuisse de Christo Iudæ
 agrunnitus, habemus ex Psalte, iuxta Pa-
 trum interpretationem. Audiant, & hor-
 rescant, qui in Superioribus Christum
 colaphizant, vt Eucherius ^b egregiè di-
 xit, oblocutiones & serpentino dente

*a l. 10. de
demonst. in*

1.

3:

*b homil. 8.
ad mo-
nach. n. 5.*

confixam præsidum famam detestans. Audiant, & quem sequantur ducem animaduertant, refugituri absque dubio calles à tam peruerso ductore protritros. Additque Bernardus ^a abominandum maximè esse hoc flagitium inter Ascetas. Siue quis superioribus obloquatur, siue obloquentibus aures pandat, bibulasque exhibeat [quia specialiter Deus hoc vitium punit in subditis, etiam in præsentis.]

6. Qui autem magistro non parcebat, quanto licentiùs pro occasione, in alios genuinum infingeret, quilibet æstimare facillè potest. Lingua enim quæ in Dominum ac Magistrum stringi non erubescit, multo procliuùs, venenum suum in æquales & inferiores eiacularitur, si qua se offerat occasio, cuiusmodi in communi vita, numquam deest. Origenes ^b ad illud *audientes decem indignati sunt*, obseruat, Iudam ex illis indignantibus, & duos fratres mordentibus vnum, quamuis nondum proditorem fuisse. Eòque pertinere potest, quod S. Ephrem. ^c Iudam malevolentia & odij in coapostolos accusat. Sed perspicuè prodita est
hæc

^a opusc. ad
quid ve-
nisti c. 3.

^b tract. 2.
in Matth.

^c tomo 1.
tract. de
charitate.

hæc in Iudæ linguæ virulentæ procacitas, sub extremam Christi vitam. Piæ namque mulieris, quæ in Christi honorem pretiosum unguentum fuderat, laudabile factum, prætexta egenorum subventionem, confixit mordaci oratione: ut Christus, pro innoxia texere apologiam neesse habuerit, eique perpetuam in Ecclesia Christiana celebritatem spondere: quamvis alioqui eam profusionem, Christo non fuisse obiectivè, (ut sic dicam,) admodum acceptam sed dumtaxat spectatis conditionibus operantis, latè disputat Isidorus Pelus^a. Sed detractionis per Iudam extertæ indignitas, Christum adegit, ut piæ fœminæ, pio operi, aduersus impuri oris licentiam, patrocinaretur. Et digna est venerabilis Beadæ in hunc Marci locum observatio, quæ arrosori alienæ famæ ingeminetur. [Notandum (inquit) quod sicut Maria gloriam adeptæ est toto orbe, quocunque Ecclesia sancta diffusa est, de obsequio quod Domino piæ deuotionis exhibuit: ita è contrario, ille qui obsequio eius detrahere temeraria lingua non timuit, perfidiæ nota longè latèque infam]

al. 2. epist.
88.

matus, & Deo simul atque hominibus meritò factus est exofus. Sed Dominus bonum laude digna remunerans, futuras impij contumelias tacendo præterit.]

7. Sanè erat spectaculum illud peccatricis fœminæ, admodum sanctum atque mirabile, quod piissimè planè contemplatur Aëlredus^a verbis illis. [Ingre-
dere quæso domum Simonis Pharisæi, & intuere attentius quàm pio, quàm suavi, quàm iucundo, quàm clementi vultu humi prostratam respicit peccatricem. Quàm compatiènti processu, illos pedes, pœnitentis lachrymis irrigandos præbeat, & capillis quos sibi hæctenus superbia & lasciuia vindicauerat, detergendos, labiisque tot scelerum fœditate pollutis, diligenter osculandos.] Charitas sanctæ huius fœminæ, in primis accepta Christo fuit teste Luca^b. Insigniter verò eam expressit verbis illis S. Paulinus.^c [Non vnguentum in illa Dominus, sed charitatem dilexit, qua pudenter impudens, & piè improba, sine opprobrij & repulsæ metu, extraneam sibi domum Pharisæi non inuitata, illa vi petulans penetrauit, qua rapitur regnum cœlorum &

a tract. de
Iesu.

b cap. 7.
c epist. 4.

&
ad
cu
qu
xen
bau
aff
con
non
&
non
pla
in f
xen
rit.
con
alio
næ
pict
iam
post
non
repr
tem
impi
G
muli

& tantum verbi cœlestis esuriens, non ad opes illius, sed ad pedes Christi currit, seque in illis abluit & cibavit, atque ipsos sibi pedes, sacrarium (vt ita dixerim) & altare constituit: In quibus libavit fletu, litavit unguento, sacrificauit affectu. Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus. Quem illa immolans Deo, non solum remissionem delictorum, sed & gloriam prædicandi cum Euangelio nominis meruit.]! Addit alia S. Paulinus planè insignia, quibus quàm malè Iudas in scœminam, (vt ait) *piè prodigam*, strinxerit virulentam linguam, egregiè aperit. Et quamuis factum è quo Iudas ira commotus est, malè commiscet cum alio anteriore facto huius sanctæ scœminæ; Tamen perinde est, quod ad eius pietatem attinet, nec plus habuit Iudas, iam malus, quod in ea sugillaret in hoc posteriore facto quàm in priore, quod nondum tunc deprauatus, non legitur reprehendisse. Prodidit ergo malignitatem suam, qui factum ad eò pium, lingua impia commaculare non dubitauit.

Gratulandum ei potius fuerat sanctæ mulieri, verbis illis Aëlredi. [Osculare oscu

osculare ô Beata peccatrix , pedes dul-
 cissimos , speciosissimos , suauissimos,
 quibus caput serpentis conteritur , an-
 te quos antiquus hostis egreditur, quibus
 calcantur vitia , quibus mundi omnis
 sternitur gloria , quibus superborum &
 sublimium colla mira virtute premūtur.
 Osculare inquam , & felicibus allambe
 labiis vestigia , quæ nullus peccator post
 te exhorreat , nullus quantumlibet cri-
 minosus refugiat , nullus expauescat in-
 dignus. Osculare, complectere, stringe,
 & Angelis & hominibus adoranda ve-
 stigia , pœnitentiæ & confessionis un-
 guento perfunde, vt tota domus implea-
 tur odore vnguenti.] Nec laudibus ac
 commendationi tam pij officij parcen-
 dum fuerat. Itaque par erat addere & il-
 lud ex eodem. [Gratia tibi ô Beatissima
 peccatrix, ostendenti mundo tutum suis
 peccatoribus locum, pedes scilicet Iesu,
 qui neminem spernunt, neminem proi-
 ciunt , neminem repellunt , suscipiunt
 omnes, omnes admittunt. Vbi certè vel
 Æthiopissa mutat pellem suam, vbi par-
 dus mutat varietatem suam , vbi solus
 Pharisæus non expurgat superbiam suam.]

In

In hoc tamen tam sancto, tam irreprehensibili piissimæ ex peccatrice mulieris pio officio, inuenit liuor Iudæ quod carpernt & musca moriens vnguenti huius suauitatem exterminare, ac conspurcare attactu suo, non refugit.

8. Ex eadem piæ mulieris per Iudam profissione, habemus murmurationes Iudæ de Christo. Apertè enim Christum petiit ea mulieris suffixio, quam Iudæ præsertim fuisse, ex Ioanne discimus: *Vt quid perditio hac? potuit enim vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus.* Non minus inquam, sanctam mulieris in Christi vnctione profusionem, mordet ea querela, quàm Christi facilitatem, qui tantum pauperum subsidium, perire voluerit admissa mulieris pietate. Agnoscere hîc licet genium murmurantium, qui zelum obducunt prauitati, vnde exitisse in Ecclesia Dei ingentia mala, vel ex hoc Iudæ factoliquidissimè patet; & rectè etiam aliunde liquet. Nihil enim hæreticis hoc grunnitu familiarius. Audi Gersonem^a [Multos inuenimus ex hæreticis etiam hac tempestata

^a l. 3. de
consol.
Theologia,
prosa 2.
initio.

pestate, quos sefellit talis zelus tollendi scandala à domo Dei: per hanc aut illam prædicationis viam. Hinc hæreses contra primatum Romanæ Ecclesiæ quod sine ea stat salus: contra dotationes vniuersalis Ecclesiæ, quod sunt vt venenum effusum super eam omnisque symoniæ officina: cōtra Prælatorum statum splendidum, & amplam familiam: quod à secularibus eripi possunt eis omnia. Contra religiosorum obseruatiam, quod aduerfantur libertati legis Christi, & æstimant quæstum pietatem. Cōtra omnem generaliter præsentiam, quod nullus præscitus, nullus existens in peccato mortali iuste dominatur; neque Prælati est, neque Sacerdos: quoniam in charitatis radice fundatur, vt dicunt, titulus præsidētiæ, & ita de plurimis. Dum enim displicuerūt mores, suborti sunt errores: damnatus est præterea status, quoniam displicere in eo cernebatur abusus, exemplo Medici stulti destruentis subiectum dum conatur expellere morbum.]

Idem planè de Iudæ murmuracione ad quam hæc posteriorum hæreticorum murmu

murmura conformantur, dicere liceat. Zelus enim in ea prauitati à maligno murmuratore obductus est. Consultò porrò, eam murmurationem, & oblocutionem, dixi esse Iudæ. Matthæus quidem & Marcus, eam murmurationem, aut omnibus, aut plerisque discipulorum, videntur adscribere: testantes, eos indignatos, in eam mulieris increpationem erupisse. Tamen cum Ioannes ^{a c. 12.} vni Iudæ murmurationem illam adscribat, perspicuè significat, alios quod S. Augustinus, ^{b 2. de consensu Evangelic.} notauit, non nisi in eorum Iudæ murmurasse, aut potius murmurationis verba innocenti animo ex charitate in pauperes protulisse, non satis attentos, nec gnatos quo Iudæ murmuratio pertineret: minúsque aduertentes eam mulieris reprehensione in quam effervescebant, fugillari Christum ipsum. Quod cum longissimè à reliquorum sensu abesset, Iudæ tamen vile fuit. Et idcirco merito S. Hieronymus, & cum suis S. Chrysostomus, itémque cum D. Augustino, Beda, murmurationis culpam in vnum Iudam merito à Ioanne restrictam, nec in alios discipulos refusam, notant.

Obser

a orat. de
transfig.

9. Obseruat verò egregiè Proclus,^a Christum omnes murmurandi occasiones, Iudæ consultò præclusisse. Reddens enim rationem Proclus, cur Christus tres dumtaxat Apostolos ad contuitionem diuini illius spectaculi, secum assumpserit, ita ratiocinatur. [Tribus dumtaxat assumptis ascendit Dominus, non omnes assumens, neque omnes relinquens. Non quod cæteris istam gloriam inuideret, aut viliores eos iudicaret, neque ut nouem istos contristaret: Cùm enim iustus sit, omnia iustè dispensat vnus instar omnes æstimans, nec eorum quos coniunxerat mutuam amorem diuellens. Sed cùm Iudas, qui ipsum erat proditurus, indignus esset, qui diuinum hoc spectaculum, & tremendam visionem spectaret, hac de causa, ipsum, & reliquum Apostolorum chorum infra reliquit, ut hac ratione, illi tanquam non soli derelicto, omnem in posterum excusationis prætextum præriperet: & hosce tres, sufficientes secundum legem transfigurationis produceret testes, reliquos secum animo circumferens. Ipse enim dicit: *Pater iuste, serua eos, ut & ipsi*

quint

unum sint, prout & nos unum sumus. Etenim cum videat Iudas circa montem Andream, Thomam, Philippum & reliquos ipsi adiunctos, non murmurantes, neque conquerentes, neque conuiciantes, sed gaudio gaudentes, & suffragium illud cælitus datum, & lætitiâ communem absentibus reputantes, minimè excusari potuit, cum in illo antea neglectus esset miraculo: sed qui habebat marsupium, & Mariæ unguento inungenti Christi pedes, absque causa succensebat, & magistrum ausu planè temerario hostibus prodidit.]

Apparet quoque ex eo exemplo in quo versabamur, factiosa impij proditoris susurratio, qua alios discipulos quibus immixtus erat agnis lupus, miluus columbis, in laqueum propè pertraxit, & ad seditionem excitare connisus est, factus illis in scandalum. Ut propterea S. Petrus Chrysologus, ^a scribat [per Iudam *a serm. 27.*] non inuenisse scandalum scandalorum, non in Domini dumtaxat proditione, sed in superiorum ad defectionem sollicitatione. Quod non hoc loco tantum, sed & alias pro occasione à Iuda præstitum, insinuat

Q

murmuratio discipulorum multorum, ex Christi promissione, de exhibenda in cibum carne sua. Plerique enim clanculariis illis de tam horrenda cibatione murmurationibus permoti, in seditionem versi, abierunt retrò. Et murmuratoribus affuisse, ac operam suam contulisse Iudam, Euangelista non obscure significat, cum prædictis incredulis accensens, ut supra expendimus: Quamvis eum corpore in cœtu Apostolico perfittisse subdat, expertem fidei, & iam tum diabolum, Christi ipsius assertionem: Hæsit enim fortassis, ut cœptis marsupij expilationibus insisteret, nec sibi cum discipuli nomine, quæstus ille periret. Hoc loco ex eo præsertim impij socij malignitas proditur, quod specie pietatis, obtexit voraginem in quam pertrahere simplicitatem sociorum fategit. [Nemo cautiùs malus est, quàm qui absconditur sub appellatione pietatis] ait Ennodius. Et esse hunc morem maleficorum, ut venena non porrigant nisi melle circumlita, S. Hieronymus^b & Tertullianus,^c obseruarunt: liquidòque in Absalonis prodicionem paternam parturientis, machina

^a declam.
6.

^b epist. ad
Lectam.
^c de spe
Itac. c. 26.

chinationibus est deprehensum; sed in hoc Iudæ factò illustrissimè.

10. Quamuis autem vnius Iudæ, ea quam dixi culpa fuerit, Christus tamen prudentissimè, cum mulieri patrocinari, & culpam illam arguere vellet, promiscuo monitu Iudam redarguit, ne data ei furendi occasio videretur. Audi S. Gaudentium ^a [Quærendum dilectissimi, quamobrem ad Iudæ solius verba pluraliter responderit Dominus, *finite eam, ut in diem sepulturae meae seruet illud, pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper.* Admirabilis verò ac nimium prouidens Christi patientia! In commune omnibus discipulis loquitur vt aduersantis Iudæ contumeliam temperet. Neque acriter vt in fraudatorem inuehitur, sed dissimulato eius crimine, què & Euāgelista furè nouerat leui monitu vniuersos pariter instruit; docēs interim illud quod Maria fecerat, necessario erga se celebratum fuisse sepulturae mysterio. Cæterùm pauperibus largiēdi, omni tempore, si quid vellent, esse possibile, quia semper nobiscum sint, sibi verò in carne non diu a quoquam minis-

*a tract. 13.
qui est de
natali
Dom.*

strandum, quia post imminentem passionem resurgens, continuo susceptum corpus ducturus esset ad caelum. Idcirco autem, supradicta lenitate ac promiscuo monitu, Iudae sermones Christus euacuat, ne aut ipsi Iudae occasionem excusandi furoris tribueret, aut alicui Apostolorum quicquam scrupuli daret, piam fortasse suspicandi Iudae suggestionem: vel certe ne cuiquam postea lecturo, aliquid offendiculum reseruaret. Iudas enim, licet studio fraudis, & odio Saluatoris, sub praetextu pietatis, tamen illa ipsa fallaciae verba deprompserat, *Quare hoc unguentum venundatum non est, inquit, denariis trecentis, & datum est pauperibus?* Irreligiosus nimium & satis importunus dispositior, auari fraudatoris affectu, crimen videlicet proprium sub specie religionis dum tegere conatur, expressit.] Vides Christi prudentiam, & mansuetudinem, quam corripiendo, quam tegendo sceleri pessimi blateronis. Addit mox S. Gaudentius. [Quamuis ergo Dominus IESVS conscientiae Iudex esset, Noluit tamen Iudam, de occultis eius acrius increpare, ne quoniam verisimiliratione, videbatur locutus, putaretur

forſitan iniuſtè correptus, atque hinc iracundia eius tantam concepſſe cauſam, vt inimicis necandum traderet, quem ſine vllò peccamine habuiſſet inſenſum. Nihil ergo acerbum Chriſtus voluit pro merito ſceleratæ mentis illius loqui, ne Iudas eum tradere videretur iratus.]

Extremo loco miſſis aliis plerique per linguam à Iuda peſſimè patratæ, profero impudētiam orationis, quod extremum malorum eſſe videatur, vt notauit Origenes^a exponens illud Pſalmi quinti, al-

^a l. 3. in
Epiſtol. ad
Rom.
^b Rom. 3.


legatum ab Apoſtolo^b *ſepulchrum patens eſt guttur eorum.* Sepulchrum enim dici agnoſcit, quemcumque peccatorem in-rius plenum immunditia, quantumcumque foris alius appareat. Patens autem ſepulchrum, non tectum aut cooper-tum, ſignificare putat, impudentiam eorum qui operum ſuorum morticina in proparulo habent, & præ aſſiduitate ſce-lerum, etiam commiſſorum ac commit-tendorū verecundiam amiſerunt, quod Origenes, ait eſſe in malis vltimum. Eo numero comprehendendum Iudam, di-rities oris impuri, & vbique prodita frontis perfrictio, facit teſtatiffimum, &

inferius illustrissimè prodetur, libratissimis
 responsis quæ Christo sub extremam
 vitam dedit: Tanta enim impudentia
 scitent, ut Patres hoc maximè nomine
 proditorem execrentur, quòd in eo, im-
 pudentia effrontissima inter loquen-
 dum, cum malignitate certaret. Viden-
 dus nominatim Chrysostomus.^a

*a hom. 2. de
 Iuda non
 spulsum
 ab initio.*

*Vorago proditionis pacta, extremi in Ju-
 da doloris per avaritiam
 parturitio.*

CAPUT VIII.

I.  ORDES queis avaritia mi-
 serum suum mancipium
 quoad cogitationes & lo-
 cutiones inquinavit, ha-
 ctenus exhibuimus. Nunc operum nefa-
 riorum ex eadem radice progerminan-
 tium specimen proferimus, proditionis
 primùm pactionem, tum executionē, ad
 quam pactione prolusum est. Quamvis
 quia progressum à pactione ad prodi-
 tionis exercitium, intercidit extrema
 Christi cœna, & insignia in caput scele-
 ratissi

ratissimum benevolentiae argumenta à Christo edita, quæ vel lapidem emollire potuissent, vt Isidorus Pelus^a rectè dixit, ^{a l. 4. epi- stola 205.} nos quoque inter vtrumque illum exterae nequitiae verticem, quæ ad Iudam in extrema Christi cœna spectant, interposituri simus : Occasionem scelestissimæ ab orbe condito pactio- nis, diù quidem agitatae animo, & iam pridem infausto conceptae omine, sed ob paternae crebra delinimenta pietatis à Christo adhibita, & tantam Domini gratiam ac comita- tem, ad illud vsque tempus abortione damnatae, vt S. Ambrosius author est, ^{b in Psal. 38.} expresserunt Euangelistae, sanctam à pia muliere vnctionem, ante sex dies Paschæ pedibus Domini adhibitam, hoc est pri- die exceptionis Christi cum ramis palmarum, vt disertè narrat S. Ioannes, ^{c c. 12.} siue in Sabbatho vltimo vitæ Christi. Nam Pascha erat dies Veneris subsequens quo Dominus passus est, cuius diei ini- tium festiuum, more Iudaico à vespere diei præcedentis ducebat initium. Ita- que venit IESVS Bethaniam, sex dies an- te Pascha : vel quia die Sabbathi proxime antecedente Pascha, Bethaniam ve-

nit, è loco aliquo vicino, nec plus quàm Sabbathi iter habente: vel quia cùm Bethaniam peruenisset in parasceue quæ est ante Sabbathum, admodùm inclinata die, habita tantùm est ratio dierum integrorum ante Pascha, quibus Dominus venit Bethaniam, nec sunt nisi sex, etiamsi Dominus die Veneris Bethaniam peruenisset. Bethaniæ die Sabbathi (nam in crastinũ cœnæ Hierosolymam perit solemni palmarum die) exceptus est Dominus, vt Matthæus & Marcus scribunt, in domo Simonis leprosi: & siue quod esset Simon Marthæ ac Mariæ cõsanguineus: (imò patrem fuisse aliqui volũt, vt referũt Nicephorus, ^a & Theophilactus ^b) Siue quod expensis Marthæ appareretur conuiuium in domo vicini splendidè habitantis; aut denique quod notæ Simoni essent pro vsu qui inter oppidi non adeò frequentis incolas solet intercedere, in cœna quæ domi Simonis Christo facta est, ministrabat Martha. Lazarus cum Christo discumbebat.

2. Maria vidua, qualem effingit commentarius Hieronymi in Marcum, ^c olim vidua e mentito nomine, nunc verè vidua

^a *hystor. c.*

17.

^b *in c. 26.*

Matth.

c. c. 15.

vidu
Mag
lita
rony
delic
preti
quod
tur,
le &
id est
Alcu
fideli
dolo,
& ex
simili
à Ma
tiosu
notat
ne Ma
suis ex
granti
rò pe
fissim
contin
strite
Christ
obseq

vidua, Lazari & Marthæ soror, quæ
 Magdalenæ siue Turritæ nomen à sedu-
 litate & ardore fidei accepit iuxta Hie-
 ronymum, ^a suas partes in eo conuiuio
 desiderari non est passa. Itaque accepit
 pretiosissimi ex nardo vnguenti libram
 quod ex nardo vnguen pisticum dicitur,
 siue *πισικον απο τριπλεων* quasi potabile
 & fluidum, non solidum: siue pisticon,
 id est purum, vt loquitur Pomponius
 Alcuinus exponit, fidele. Hieronymus
fidelissimum. Alibi verò ^d *verum & absque*
dolo, fidele & nullo modo adulteratum,
 & ex ipsa nardi spica, id est radice spicæ
 simili confectum: vt propterea spicatum
 à Marco dicatur, quod multo erat pre-
 tiosius authore Plinio ^e & Dioscoride vt
 notat Marianus Victorius. ^f Hoc vngui-
 ne Maria vnxit pedes Domini, & capillis
 suis exterfit, & domus impleta est fra-
 grantia suauissimi vnguenti. Inunctis ve-
 rò pedibus, quod reliquum fuit pretio-
 sissimæ mixturæ, fracto alabastro quo
 continebatur, pixide inquam, ex alaba-
 strite lapide, effudit super recumbentis
 Christi caput, numquam sibi in Domini
 obsequio & veneratione faciens satis.

Erat

^a in epi-
 :aph. Mar.
 colla.

^b l. in ar-
 gento ff. de
 auro etc.

^c in pra-
 fat. ad O-
 seam.

^d Matth.
 26.

^e l. 12. ite
 c. 12.

^f posteriore
 ad Hiero-
 nimum
 Indite v.
 Nardus.

Erat autem eius naturæ pretiosum unguentum quo Domini caput insperfit pia mulier, ut vestes & corpora quibus infundebatur, non inquinaret, sed ita dumtaxat rigaret, ut odoris suavitate res eo delibutas commendaret: quod apud Iudæos non novum. Ideò enim Psaltes concordiam commendans, ait, iucunditatem ex ea existentem, non aliter oblectare quàm unguentum capiti affusum, quod in barbam & in oram superiorem vestimenti, delabitur, eamque perfundens, mira odoris suavitate recreat. Hoc itaque summæ venerationis officio pia mulier, anteriora in ipsam, & recens in fratrem rediuium collata beneficia, prosequi voluit: rata quas lautitias sensuum mancipia carni peccati impendebant in conuiujs, sancto Christi corpori dignè impendenda. Cùmque olim Christo pedes unxisset ad Deum reueniens, nunc proficiens in pietate, caput inungit. Eandem enim esse peccatricem mulierem, quam pedes Domini inunxisset prodit Lucas; & hanc quæ capiti Christi unguentum illiuit, multis coniecturis firmat Caietanus. Porro

si entacu-
lo 12. q. 2.

3573

Spiri

P
Spiritu
fæmin
mortu
perpul
uentu
sti Cor
ret hoc
spectar
se ope
gere C
men ip
imped
mortu
ueneri
per sua
Cathar
& laud
uentio
uentio
Quom
lud, e
intenti
non es
nim la
tissimæ
si de se
3.

Spiritus sanctus, speciali afflatu sanctam
fœminam ad hoc ministerium quale
mortuis impendebatur, exhibendum
perpulit, vt solatium haberet cum inter-
uentu diei festiui, impeditam se ne Chri-
sti Corpori in sepulchro iacenti exhibe-
ret hoc ministerium, dolitura erat. Quo
spectans Christus, dixit bonum opus ef-
se operatam, præuenisse quippe vn-
gere Christi corpus in sepulturam. Vt ta-
men ipsa subuerita sit apponendum sibi
impedimentum, quo minus Christum
mortuum vngeret, & idcirco sciens præ-
uenerit vngere viuum, nihil est quod
persuadeat: Tamen latè id contendit
Catharinus,^a vrgens vim verbi *præuenit*, a l. 3. con-
tra Caiet.
& laudem à Christo repensam ob præ-
uentionem eiusmodi. Verùm eam præ-
uentionem, iam exposui satis commodè.
Quomodo autem laudata sit ob opus il-
lud, etiamsi factum absque ea formali
intentione quam obtendit Catharinus,
non est operosum agnoscere. Quidni e-
nim laudaretur de opere pio, & flagran-
tissimæ charitatis, quale illud fuit, etiam
si de sepultura non cogitaret.

3. Commiscui in vnâ narratio-
nem,

nem, quæ Matthæus, Marcus, & Ioannes, de vnctione facta in cœna Bethanię prodiderunt, secutus verisimiliorem sententiam, cui & antiquorum permulti, & recentiorum bona pars, diserte inhæsit. Ita enim S. Augustinus, ^a Victor Antiochenus, ^b Ambrosius, ^c Beda, ^d & ex recentioribus Turrianus, ^e Pererius, ^f Franciscus Lucas, ^g Ribera, ^h Toletus, ⁱ Iansenius, ^k Suarez, ^l Pererius, ^m Maldonatus. ⁿ Tametsi improbabilem non iudico sententiã cui Marianus Victorius, ^o & Baronius adhærent, quæ binas cœnas, & binas Christi inunctiones Bethanię, ab eadem Maria Lazari sorore adhibitas, admittit; quarum prior, sex ante Pascha diebus peracta in Marthæ domo, narratur à Ioanne, & pedibus Domini adhibita sit. Posterior autem in domo Simonis leprosi confracto ac effuso super caput Christi alabastro, biduo ante Pascha, à SS. Marco & Mattheo describitur. Hoc, vt dixi, non est improbabile, habetque fundamentum aliquod in verbis Marci: qui cum præmississet, dixisse Christum fore Pascha post biduum, & instare mortem

a l. 2. de cõ.
senj. Euãg.
c. 79
b Marci
14.
c in c. 7.
Lucã.
d Matth.
26.
e in do-
fens. c. 6.
lib 3. con-
situt.
Clem.
f in c. 11.
Ioan. disp.
10 & 11.
g Matth.
26 &
Marci 14.
& Ioan.
11.
h in c. 12.
Ioan.
i ibid. an
not. 2.
k c. 109.
concor.
l. 2. 3 p.
d 34 / 1.
m in c. 1.
Ioan. disp.
10 n. 44.
n Matth.
26.
o in iudice
posterior.
Hierony.
mi. v. Maria
Sigdaleta. II plano Christi 32 & 34.

mortem

mortem suam, addit narrationem de
cœna in Bethania apud Simonem, & vn-
ctione capitis ibi facta. Verisimilius ta-
men videtur esse, quod dixi de vnica cœ-
na, & vnctione, cum tam multa concu-
rant in narratione cœnæ illius quæ apud
Matthæum Marcum & Ioannem descri-
bitur: vt præter locum, eadem vnguenti
effusi æstimatio trecentis denariis, ea-
dem murmuratio secuta (etiam si Ioan-
nes, solum Iudam, reliqui alios item dis-
cipulos murmurasse prodant, ob causam
superiori capite tactam:) eadem Christi
apologia ex præuentione officiorum se-
pulturæ, quæ & caput & pedes simul in-
ungi deposcit. Vt verisimilius fit, non du-
plicem Christi vnctionem à tribus illis
Euangelistis describi, sed probabilius ap-
pareat, eandem vnctionem, à Ioanne
exactè (vt solet) descriptam esse, signatis
circumstantiis omnibus; à duobus autem
reliquis occasione propositi Iudæorum
concilij, biduo ante Pascha celebrati, per
recapitulationem fuisse insertam, vt eo-
rum per Iudam aditorum, causam expo-
nerent.

Profusio illa vnguenti tam pretiosi
per

per sanctam foeminam, & Christi in ea
 admittenda facilitas, ludam pupugit: qui
 quod loculorum custodem & Christi fa-
 milia procuratorem ageret, ex pretio
 vnguenti adeo exquisiti; (trecentis de-
 nariis aestimabat,) si in loculos illatum
 fuisset, non modicum sibi lucrum af-
 fulgere videbat. Itaque palam morde-
 re mulieris pium studium, & simpli-
 ces quorundam aliorum discipulorum
 animos, ad murmurandum exemplo suo
 pertrahere adorsus est: manifestum il-
 lum esse luxum dictitans, & inutilem
 profusionem, verèque perditionem vn-
 guenti. Si placebat mulieri eo vnguento
 carere, potuisse quidem illud IESU præ-
 ceptori elargiri, non inutiliter luxurian-
 tium more effundendum, sed venden-
 dum magno pretio; quod in loculos illa-
 tum, cederet in pauperum usus. Agnos-
 cendus hic anguis Tartarei sibilus, qui
 etiam nunc insonat auribus Catholico-
 rum, cum hæretici aduersus ornatum
 templorum & sacram supellectilem præ-
 tiosam ringuntur, causati pauperum ne-
 cessitatem. Hoc Calvinus non semel re-
 fellente Bellarmino: ^a hoc ante Calui-
 num

^a l. de cui-
 tu SS. c. 6.

P
 num V
 tholica
 Orige
 colorem
 cerunt
 qui inn
 discret
 quæ su
 misit. E
 repreh
 que pi
 dolofu
 fam, p
 lebran
 cit. Ex
 optimè
 sit anim
 honori
 4.
 re rum
 tatem i
 fructu
 sti æmu
 terorum
 randun
 fensio
 videba

num V Vicleffistę & Petrobusiani in Catholicam pietatem intorserunt. Idipsum Origenistę, Theophilo Alexandrino ad colorem inimicitis prætexendum obiecerunt, apud Sozomenum. ^a Cæterum al. 8. c. 12 qui innoxios tutatur, & cogitationum discretor, vindexque innocentię est, quę suarum partium erant non prætermisit. Eam iniustissimam sanctę mulieris reprehensionem, non tulit Christus. Itaque pietatis collaudatam, & aduersus dolosum pauperum patronum defensionem, perpetuo in Ecclesia præconio celebrandam ob tam pium factum prædicit. Ex quo exemplo S. Chrysostomus, ^b b orat 2. contra iudas in initio. optimè colligit, quàm Deus in suos benè sit animatus, quàmque eorum prospiciat honori ac famę.

4. Hic Iudas indignatione & furore rumpi, quod non modò Christi facilitatem in admittendo obsequio cuius sibi fructum periisse dolebat, sed etiam Christi æmulationem pro pia muliere, & cæterorum discipulorum quos ad murmurandum excitauerat, dedoctam ea defensione simplicitatem ac compressam videbat: sęque præcipuè ea reprehensione

ne petitum, non dubitabat: qui & aliis ad murmurandum præiuisset, & cæteris asperius excepisset mulierem. Et Christus quidem, admodum leni ac vt Gaudentius^a loquitur *promiscuo monitu* vsus fuerat, mittens crimen in numero, ait Hieronymus:^b ne proditore grauius exacerbato, iustam ei causam horreni facinoris ingessisse videretur, aliásque ob rationes, quas idem Gaudentius fusè persequitur. Ob propositam item rationem, videtur Christus Petrum quasi Satanam suum increpasse, & Iudam tolerasse, id est mollissimè & confusè tantum arguisse, vt notant Augustinus^c & Basilus Seleuc.^d Nihilominus tamen, quod in carcinomatis & tumoribus humore noxio affluente exulceratis, videmus contingere, vt vel leuissimam contrectationem non admittant, idem nequissimi hominis rabido affectui contigit. Itaque infixio pectori vulnere faucibus, maleficium animo versat, deque compensando aditis Christi hostibus vnguenti dispendio, & inofficiosa increpatione vlciscenda, turbulentis animi æstibus agitur. Nec mirum. Intrauit enim Satanas

in

a tract. 13.

b ad c. 26.
Matthæi.

c. de pox.
nis. medic.

c. 3.
d orat. 21.

In cor
tem S
quies
S. Am
transf
tem ili
nam t
mare f
mons
tempe
tans fl
rarum
bus &
ma co
odor a
ris inqu
quietu
tionibu
nec oc
ditoris
ta vide
ritudo
Calarit
tant ad
quat in
oculos et
ctu eius

Pactum de Christo prodendo. 257

In cor eius, Luca teste. Quocunque autem Satanas penetrat, fluctus, & irrequieta agitatio simul peruadit. Pulchrè S. Ambrosius^a tractans illud Psalms, & *transferantur mōtes in cor maris.* Et mon-
tem illum præter cætera, aiens esse Satanam translatum in cor impij, quod quasi mare feruens iactatur; addit [Misit se hic mons in cor Iudæ, & mentem eius graui tempestate turbauit, diuersarum exagitantibus fluctibus passionum. Sicut enim terrarum fertilitati, fœcunda bonis operibus & deuotionis ac fidei fructibus anima comparatur, vt odor Iacobi sicut odor agri pleni: ita etiam procellosi maris inquietudini, figuratur anima eius qui quietus esse non nouit, & amarum cogitationibus excitat graues fluctus. Denique nec oculo suo Dominus Iesus, Iudæ proditoris amaritudinem temperauit.] Tanta videlicet huius maris falsugo & amaritudo fuit: S. Hieronymus^b & Lucifer^c Calarit.^e bonam partem Psalms 35. ap-
tant ad Iudam; Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos eius. Quoniam dolosè egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad

a in psalm.
45.

b in Psal.
35
c lib 1 pro
S. Athanasius pag.
46.

odium. Verba oris eius iniquitas, & dolus, noluit intelligere ut benè ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni via non bonæ, malitiam autem non odit.] Expressam his versiculis tempestatem in Iudæ pectore per hoc tempus excitatam, Patres prædicti confirmant.

5. Nec diu fuit, cum explendæ iræ & captandi lucri occasio se dedit. Biduo ante Pascha, quod Matthæus & Marcus scribunt, congregati sunt Principes Sacerdotum & seniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caïphas, executionem decreti de Christo neci dedendo, iuxta Caïphæ in proximo concilio oraculum, vrgentes: atque tractantes inter se, non an IESVS occidendus esset, quod iam in anteriore concilio conclusum fuerat, sed quomodo IESVM dolo tenerent & occiderent. Recens enim Lazari suscitati miraculum, tantos animorum motus inter Iudæos fecerat, ut quod ex appulsu ad Bethaniæ cœnam compererant; plerique nec ignobiles, aut de sola vulgi fœce, tantum Christi miraculum conspicientes, eisdem adhærent: Vnde Principes magnam

gnam
tes, &
mæ C
dendo
senten
favore
ne tur
exquin
Leo re
iuxta S
xilio p
cùm e
tione
cerbat
uolat:
S. Hie
compr
eis exp
quoque
biturum
stri hac
offensu
tiones
culcati
carum
rum op
ponere

gnam aliquam religioni cladem timentes, & Christum, & argumentum summæ Christi potentiaë Lazarum, neci dendos statuerunt. Quamuis variantibus sententiis, ob rei difficultatem & plebis fauorem, modum aliquem Christum sine tumultu comprehendendi, intentè exquirebant, *non studentes deuotioni, vt S. Leo rectè aduertit, sed facinori.* Hoc est, ^{a serm. 7. de pass.} iuxta S. Hieronymum [cauentes ne auxilio populi, de manibus suis tolleretur] cum ecce Iudas qui de concilij celebratione cognouerat, iamque triduo exacerbati pectoris æstus tulerat, ad eos aduolat: Nox nocti indicans scientiam, ait S. Hieronymus ^{b in psal. 18.}. Id est modum Christi comprehendendi sine turbis, quem ab eis expeti & iampridem norat, & nunc quoque audit. Eum se subito & facile exhibiturum recipit se quidem & aliis Magistrum hætenus sui operibus, iampridem offensum, quem videat paternas traditiones quater, & loci sancti ac legis concalcationi imminere: ac præteritis magistarum præstigiæ tanquam diuinorum operum mirabilibus plebeculæ imponere, vt horrendo scelere Dei Filius

audiat; homo annos 50. nondum natus. Proximè verò hominis luxum fastidire coactum, cui caput, & pedes, atque adeò corpus vniuersum, in opiparo conuiuio nardi spicati libra integra immaduerint instillante fœmina; quæ cuiusmodi non ita pridem publicè fuisset, neminem lateret. Itaque quem aliàs virum bonum habuerat, & deliciarum contemptorem, nunc conuiuiorum & lautitiarū sectatorem, patriarum legum exitio natum, cogi deserere. Sed quod ab eo iam pridem aleretur, nec eo sublato speranda ultra foret in eius comitatu alimonia cupere se rescire & quodnam pretium operæ statuerent, atque adeò edicerent quid vellent dare locatori industriæ suæ in negotium Reipublicæ adeò necessarium, bonisque omnibus adeò expetitum, cuius ipse exequendi omnem in se curam reciperet, bonumque euentum sponderet.

a epist 4.
ad Seneca
1177.

6. Sic proditor, ut̄ar eum Paulini verbis, ^a [antequam proderet Dominum, perfidiam suam prodidit, quem nō pauperum, sed furtorum suorum cura commouerat, & liuor mentis infidæ, ut vnguen

vngu
Dom
ne v
ri iud
piè pr
num i
cens
dam,
ret, v
diam
des sit
cepto
perdit
stum h
supra
xit. H
Christ
ptoren
& iure
tractor
iudicio
quem
centis.
vili æst
lud, qu
turam
Verè v

unguentum illud quamlibet pretiosum, Dominici tamen sanguinis comparatione vilissimum pretiosius corpore salutari iudicans, indignaretur in foeminam piè prodigam, quam ipse Dominus bonum in se opus testatur operatam: docens egentium curam esse posthabendam, sed sibi tantum: ut in eo ostenderet, ut corde peruerso fidei misericordiam prætulisset, cum fomes operum fides sit, & præceptis suis præstet ipse præceptor. Nisi quod in hoc quoque filius perditionis ostendit, quàm vilem Christum haberet, ut qui unguentum, quod supra Christum effundebatur, perire dixit. Et ideò non est in pretio sanguinis Christi, quia habere non potest Redemptorem, quem maluit habere Venalem, & iure à commercio vitæ, mortis contractor excluditur, suo ipsius damnandus iudicio, quo triginta aureis vèdidit eum, quem mulier, ut ipse taxauerat, vnxit trecentis. Sed in hoc peruersus, quod ipsum vili æstimans Dominum, unguentum illud, quod in salutarem nobis eius sepulturam præmittebatur, carò æstimauit. Verè ut Zabulus, ignarus gratiæ Dei, in

qua illi non esset portio: non charitate, sed inuidia, magno æstimauit pretium mortis eius, qua nos gratis seruat, qui magno emit, non vendit. Nos enim ille vult pretiosos facere sui muneris vilitate. Ipse nobis hac pietate pretiosior, quod se vili vult æstimari, vt ab omnibus ematur.] Piissimè de more, vilem apud Iudam Magistri optimi æstimationem, expressit ad eum modum S. Paulinus. Sed & suauissimè Rupertus, ^a pensari vult miram diuinæ gratiæ dispositionem, qua Christus pro nobis, venditis venditione miserabili, & vt Esaias rectè pronunciauerat, gratis venūdatis, dignatus est vilissimo pretio vendi, vt sine argento redimeremur: Quam (vt vocat,) veram & diuini pōderis sententiam, catenus veritatem sortitam putat, quatenus gratis venūdatus, falsis inquam promissionibus deceptos, [Nullis præcedentibus meritis, sed sola gratia, Christus venditus redemit.]

^a lib. 5. de
diu. offic. c.
13.

^b in psalm.
40.

7. Porro infamem proxenetam Iudam, sequestrarium hoc negotium è cœna postrema exeuntem tractasse, sentit Chrysostomus, ^b quem quòd perillustrem

str
Pr
te
Tr
dix
per
qu
ad
vo
sti,
per
pha
tur
aut
eiu
qu
die
Ho
re,
fum
ing
loq
nis
eum
tus.
con
iniqu

ſtrem totius huius Iudæ machinationis
Prophetiam, accuratè, & ſi tempora ap-
temus, verè explicet, iuuat adſcribere.
Tractat illum Pſaltis verſum, *inimici mei
dixerunt mala mihi, quando morietur, &
peribit nomen eius:* Eum verſum, cum ſe-
quentibus Euangelicam narrationem
adumbraſſe, ita demonſtrat: [*Inimicos
vocat Iudæos, vt qui Chriſto eſſent infe-
ſti, & ideò dicebant, quando morietur, &
peribit nomen eius?* Hoc autè dixit Cai-
phas, *Expedi vobis vt vnus homo moria-
tur, & non tota gens pereat.* Non ſolùm
autem volebant ipſum mori, ſed etiam
eius nomen perire, nobis inuidentes,
quod ab eo denominaremur. *Et ſi ingre-
diebatur vt videret, vana loquebatur.*
Hoc apertè dictum eſt de Iuda prodito-
re, quando in torrentem Cedron ad Ie-
ſum cum laternis & faciis explorans
ingreſſus eſt. Tunc enim fruſtrà Iudæis
loquebatur, dans ſignum ſuæ proditio-
nis, *quem oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete
eum.* Si enim noluiſſet, non fuiſſet prodi-
tus. Sed nec potuiſſent tenere, qui eum
comprehenderant. *Cor eius congregabat
iniquitatem ſibi & cogitabat.* Id autem

ostendit, quando Christus adesse permit-
 tit tempus propter nostram salutem. Ne-
 que enim id aliter potuisset facere. Id
 autem ostendit Ioannes, talia de Iuda re-
 ferens, *dicit ei Iesus, quod facis, fac citius.*
 Præsentis itaque Psalmi prophætia, ea
 per ordinem inducit, quæ cum historia
 Euangelica optimè conueniunt. *Egre-
 diebatur foras, & loquebatur in idipsum.*
 unde egrediebatur? A cœna Dominica.
 Hoc enim adiecit hîc ipse Theologus iis
 quæ de Iuda dicuntur. *Cum ergo accepis-
 set ille buccellam exiuit continuo. Erat au-
 tem nox.* Quid autem egressus loqueba-
 tur, nos docuit Matthæus Euangelista.
*Profectus autem vnus ex duodecim, qui di-
 cebatur Iudas & veniens ad Sacerdotes, di-
 xit ipsis: quid vultis mihi dare & ego vo-
 bis eum tradam? illi autem constituerunt ei
 triginta argenteos.* Quamobrem pulchrè
 conueniunt ea quæ consequuntur, *Ad-
 uersus me susurrabant omnes inimici mei:*
*dicens Pontifices, qui vnà cum Iuda con-
 spirabant, qui quidem de Iesu susurra-
 bant cum Iuda paciscentes. Neque enim
 palam id facere audebant, timentes mul-
 titudinem. Aduersum me cogitabant mala*
mibi

mibi
sum n
rebat
dolo t
die fe
confi
etian
bant
Opor
vnun
typic
dorm
(inqu
bantu
ra in
fomn
bat. H
torem
bat, q
ter do
 Ha
 collo
 stimo
 positu
 Nam
 bus S
 debar

mihī. Verbum iniquum constituerūt aduersum me. Marcus hoc rursus exponit. *Quærebāt Sacerdotes & Scribæ, quomodo ipsum dolo tenētes, occiderēt, dicebant enim nō in die festo, ne fortè tumultus fiat populi.* Hoc consilium non solum vocat malum, sed etiam iniquum, quandoquidem volebant ob multitudinem festum differre: Oportebat autē in festo Paschæ, agnum vnum tunc vendi & sacrificari, quando typica ouis sacrificabatur. *Numquid qui dormit, non adijciet vt resurgat?* Frustrā (inquit) hæc consultabant & machinabantur Iudæi. Mors enim non erat læsura immortalem, qui ex ipsa tanquam ex somno lætitiæque & iucunditate surgebat. Fortè autem Iudam quoque proditorem increpans & reprehendens, dicebat, quod profundo peccati somno segnitè dormiens, non surrexit.]

Habes luculentum Davidis de Iudæ colloquio cum Iudæorum concilio testimonium, egregiè à Chrysostomo expositum, si tempora (vt dixi) aptemus. Nam Iudas, non pepigit cum Principibus Sacerdotum nocte illa qua comdebant Pascha, sed biduo ante Pascha,

R



a epist. 86.

siue feria quarta: quam propterea anti-
 qui tristes exigebant, ac etiam ieiuni, me-
 mores proditoriè venditi ea die Domini
 à bipedum scelectissimo & ingratiſſimo,
 vt refert S. Augustinus. ^a Vnde liquet,
 biduū illud ante Pascha quo coactum est
 concilium à Iuda aditum, accipiendum
 esse respectu diei festi Paschalis qui in
 feriam sextam incidebat: vel dies trun-
 catos, numeratos esse pro integris: ac
 proinde Christus, ea verba, *post biduum
 Pascha fiet*, dixit feria quarta, non feria
 tertiã, vt aliqui recentiores affirmant.
 Quæ item Chrysostomus refert, de Iu-
 dæis iactantibus *non in die festo* non vi-
 dentur ad dilationē Paschatis per vnum
 diem pertinuisse, vt locus esset compre-
 hensionis Christi, per Iudam ministrum
 propositæ, quod apertè fuisset contra le-
 gis diuinæ præscriptum, cuius Iudæi
 erant tenacissimi. Vt proinde omnino
 displiceant, qui eam dilationem à Iudæis
 eo anno ob Christi necem factam vo-
 lunt, quos refert & sequitur Antonius
 Peres^b. Spectabat ergo potius ad dilatio-
 nem totius negotij, ne per occasionem
 festi, tanta turba Ierosolymam aduen-
 tante

b Anth.
 Euang.
 Conero 4
 e. 28.

tante
 tis fa
 plan
 nant
 fanci
 das,
 cōgr
 infin
 coiti
 than
 uera
 vnus
 cario
 illis.
 eum
 ginta
 tunit
 ba in
 Chry
 bran
 rapre
 8.
 desig
 cerdo
 Chry
 pus, a
 retrix

tante, plebis Christi miracula suspicientis fauore, excitaretur seditio: fuissetque planè interposita ea dilatio, nisi inclinanti in eam concilio, aut eam potiùs sancienti, importunè superuenisset Iudas, qui currentes incitauit. Iam enim cōgregato cōcilio venisse Iudam, apertè insinuat Matthæus, qui præmissa concilij coitione & interposita cœnæ apud Bethaniam factæ, quæ Iudæ bitem conciuerat narratione, ita subdit. *Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariotes ad Principes Sacerdotum, & ait illis. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos, Et exinde querebat opportunitatem vt eum traderet.* Singula verba insignis doctrinæ fœta esse monet S. Chrysostomus, ^a ea idcirco singillatim librans, quod non omittere, videtur operæpretium.

8. *Tunc* hoc monosyllabo, tempus designatur quo Iudas ad Principes Sacerdotum accessit. [*Quid tunc est? (ait Chrysostomus* ^b) *Ante prodicionis tempus, ante traditionis horam accessit meretrix, vas alabastrum manibus portans,*

&

*a homil. de
prodit.
Iuda.*

*b homil. ci.
rata.*

& unguentum, Domini supra caput effudit. Grandem fidem, multam reuerentiam, mirandam correptionem ostendit. Paulo ante meretrix, subito pudica processit, & profundis obruta peccatis, portam serenitatis agnouit. Et quando prostituta lupanar exiuit, tunc discipulus gehennam intrauit. Quando illa mercedem sui corporis abdicabat, tunc iste pretium Magistri sanguinis postulabat. Quando illa osculabatur pedes ut susciperetur, tunc iste Domini labia osculabatur, ut proderet. Ideò dixit *tunc*, ut non magistrum infirmitatis accuses, quando discipulum reperis proditorem. Magis etenim virtutem Doctoris ostendit, qui & meretricem ad obediendum, suo magisterio conuolare perfecit.]

Nolim ita hæc accipias, quasi Maria, Lazari & Martha soror, (quam pio illo ministerio liquet perfunctã esse, quamuis nomen æquè ab omnibus Euangelistis non exprimatur): tunc primùm à vana conuersatione, ad bonam frugem tracta sit. Iam pridem enim hæc ipsa mulier Lucæ 7. respuerat, & in domo Pharisæi simile pietatis & humilitatis officium

ciun
& in
tun
appr
muli
gelif
quan
doru
diues
apud
refer
temp
fatis
nes m
erga
mus
sum,
Mago
quæ i
inunx
aut ha
in ciu
Quos
tuetur
ex Ep
Maria
læ ci

cium uſurpauerat. Nec Græcos aliquos, & in his Victorem Antiochenum, ^a Titum Boſtrenum, ^b Baſilium Seleuciæ, approbandos cenſemus, qui diuerſas mulieres, apud Lucam, & cæteros Euangelistas commemorari ſunt arbitrari. Sed quamuis contra Appollinarem & Theodorum à Victore Antiocheno adductos, diuerſam vnctionem Lucæ 7. ab ea quæ apud reliquos Euangelistas deſcribitur, referri non dubitemus, id quod ſeries temporum, & locus, aliâque adiuncta ſatis teſtantur: tamen vnica apud omnes mulierem, duobus temporibus, pio erga Chriſtum officio functam iudicamus: ſecuti communem Eccleſiæ ſenſum, quem planè labefactant, qui plures Magdalenas inuehant, aut qui Mariam quæ in domo Simonis leproſi Chriſtum inunxit à Maria Lazari ſore diuellunt, aut hanc ipſam, olim dictam mulierem in ciuitate peccatricem, contendunt. Quos inter Clemens Romanus ^d quem tuetur, ut poteſt, Turrianus, confirmans ex Epiphanio Conſtantinopolitano. ^e Mariam Magdalenam ex Magda Galilæa ciuitate oriundam, nobilem ac diuitem

a in c. 14.

Marci.

b in c. 7.

Lucæ.

c erat. 49.

*d 3. con.
ſit. c. 6.*

*e in vita
Deipa. 2.*

a hem. 12.

tem mulierem, Christo in Galilæa pedes vnxisse, cum in domo Pharifæi accubisset; & hanc dictam peccatricem in ciuitate. Mariam autem sororem Marthæ ac Lazari, quæ Christum Bethaniæ vnxit, neque peccatricem, neque Magdalenam fuisse appellatam: quod ex Macario ^a Hieronymo, Chrysofomo, Theophilacto, aliisque communit. Imo tres Magdalenas à Photio inuectas, addit, (tamen si non approbat) idem Turrianus. Approbarunt autem Iacobus Faber, & Iodocus Clyctouæus, quos Ioannes Rossensis Episcopus & Martyr, proprio libello eius argumenti, confutatos dedit. Ego (vt dixi) quia vnicam agnosco Magdalenam, vnicam Mariam Lazari ac Marthæ sororem, piis inungendi Christum officiis in Ecclesia celebrem, quod Christi prænunciatio tulerat; hanc ipsam dico esse, quæ olim peccatrix, iam per multum tempus piè viuens ac omnium virtutum exercitatione antea actam vitam obliterans, ad Christum accessit, extremum perfunctura eo officio, ex quo nequam Iudas, occasionem arripuit abeundi ad Iudæos, & prodendi Dominum.

num
fita
uis
nunc
Qua
licen
tam,
discip
bitau
9.
illius
enim
nem
ante
terpo
bilibu
postf
agen
quit
sermo
scitis
lius
mone
tos ait
tè ant
excidi
sum

num. Neque minùs locum habet propo-
fita ex Chrysoftomo obseruatio, quam-
uis eam iam olim bonæ frugis factam,
nunc venisse ad Christum dicamus.
Quantum enim fuit, fœminam olim ea
liceantia, perstitisse in proposito immo-
tam, & se Christo talem exhibuisse, cum
discipulus initio bonus, deflexit & exor-
bitauit à recto?

9. Possumus & aliter vim particulæ
illius tempus designantis librare. *Tunc*
enim abiit Iudas, & Domini venditio-
nem licitatum exiuit, cum Christus quod
ante parenthesin de cœna Bethaniæ in-
terpositam Matthæus præmiserat, mira-
bilibus sermonibus consummatis, biduo
post faciendum Pascha, seque in crucem
agendum præfatus esset. *Factum est* (in-
quit Matthæus) *cum consummasset IESVS*
sermones hos omnes, dixit discipulis suis:
scitis quia post biduum Pascha fiet, & Fi-
lius hominis tradetur vt crucifigatur. Ser-
mones illi omnes quos tunc consumma-
tos ait Euangelista, ij sunt qui immedia-
tè ante præcesserant: de templi & vrbs
excidio, de signis aduētus Christi & con-
summationis sæculi, de extremo iudicio,
&

& bonorum æterna quiete, malorum autem perpetuis suppliciis. Ad hos sermones, subtexit Christus narrationem, de instante sibi cruce & morte atrocissima. Hos sermones, cæteri discipuli eo sensu exceperunt quo par fuit. Solus Iudas malefium ex erepra præda animo conceptum coquens, surdus ad salubria monita, cum his auditis compungi de teterrimo facinore deberet, maturam malitiam educturus, TUNC euolauit ad hostes Christi. Quod facile fuit, Christo in Hierusalem in monte oliuarum tunc constituto, iuxta sententiam supra positam. Si autem Bethaniæ fuisse velimus, cum Baronio & aliis, qui duas Bethaniæ cœnas duâsque Christi vnctiões agnoscunt; alteram die Sabbathi peractam, alteram feria quarta qua Iudas ad concilium perrexit; facile item Iudæ fuerit, quamuis Bethaniæ cum Christo accumbenti in Simonis domo cum cæteris discipulis, concepta ob iteratam vnguëti profusionem à Christo admissam indignatione, egredi ex vicino oppidulo, non nisi stadiis quindecim Hierosolymis abiuncto, & Iudæorum Principes adire ac renunciare quæ volebat.

Abit.

Ab
 inuita
 nulli
 cessit
 genu
 conue
 apud
 pecca
 pum
 stum
 uit. L
 tim ex
 graue
 culpa
 di aut
 Hanc
 das, spo
 citante
 gressus
 cogitat
 sed Sat
 morder
 non po
 Iudæ fa
 daorum
 mentur
 etabun

Abit. Egregiè Chrysoſtomus ^a [Non ^{a homil. de}
inuitatus à Principibus Sacerdotum, ^{Prodis. in-}
nulla neceſſitate conſtrictus, ſponte pro- ^{da.}
ceſſit; & propria malignitate conſilium
genuit, ſcleratae mentis nullo particeps
conuocato.] Eadem verbatim leguntur
apud Redam. ^b Et fuit ſanè diabolica ^{b in c 14.}
peccandi ratio, quæ vel ipſam Principem ^{Marci.}
Iudæorum, tametsi rabie in Chri-
ſtum percitorum, malignitatem ſupera-
uit. Diabolicam dico, quia eo nomina-
tim ex capite primū Luciferi peccatum
grauè fuit, quod nullo prælucente ad-
culpam, nullo inuitante, ipſe ſibi peccan-
di author & exemplar factus, deliquit.
Hanc peccandi formam uſurpauit Iu-
das, ſponte ſua & nemine mortalium in-
citante ad tam dirum mercimonium ag-
greſſus. Satan quidem, nefariam illam
cogitationem in miſeri pectus iniecerat:
ſed Satan ſollicitare & allatrare poteſt,
mordere, vt D. Auguſtinus rectè dixit,
non poteſt niſi volentem. Quod verò
Iudæ facinus, impietatem Principum Iu-
dæorum ſuperauerit atrocitate, argu-
mentum duci poteſt, ex eo quòd cun-
ctabundos, & metu tumultus ac negotij

exitu anxios, patefacta negotij facilitate, per oblatam discipuli & familiaris operam, timore peccandi liberauit, iisque Christum iugulandum adduxit. Quod Christus cum Pilato agens, maioris nequitiae damnat, quam ipsam iugulationem, verbis illis. *Qui me tradidit tibi, maioris peccatum habet.*

9. *Vnus de duodecim.* Non inimicus v. g. ex Iudæis. Christo infensus; aliquis, non è vulgaribus discipulis; aut ex illis qui septuaginta duo erant; & secundum gradum in Christi societate occupabāt: sed ex iis qui in primo ordine collocati erāt, Vnus de duodecim, tantum & tam immane facinus mente concepit, & parturiuit. (Et hoc ait supra Chrysoftomus) auget delictum detestabile proditoris. Nam & alij discipuli erant, qui fuerunt numero septuaginta. Sed illi non tam manifestè, nec tanta confidentia sociati, nec illis interiora decreta commissa sunt. Isti autem duodecim, fuerunt probatis hæc erat caterua regalis. De hoc choro Iudas egressus est: de hac conuersatione proditor malignus exiuit. Et ideo ne quemlibet discipulum arbitreris, dicto nume

num
Et n
re,
ritat
ferro

H
hom
uex
adec
apud
ctus
male
si is
fuisse
vero
meus
bos,
su.
conf
dom
stola
prac
quæ
dicte
[qui
vnit
quis

numero, gradum discipulatus ostendit. Et non pudet Mattheum, ista conscribere, vt discas eum in omnibus seruare veritatem, nec celare ea, quæ iniuriam referre putantur.]

Hoc quàm amarum Christo fuerit, ab homine quem in tantum honorem peruexerat, totque cumulauerat beneficiis, adeò perfidè tractari, semel & iterum apud Psaltem prænunciat Spiritus sanctus in persona Christi. ^a *Si inimicus meus a Psal. 54.*
maledixisset mihi, sustinuissem utique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Aggrauatur (vt vides) scelus à longa consuetudine & conuictu, à mensa & domo eadem, à ducatu Christi siue Apostolatu, vt S. Hilarius interpretatur, ob præcessionem Apostolorum in loca ad quæ Christus erat venturus. Vnanimis dicitur, quia vt est apud S. Ambrosium, ^b *b 3. offic. 6. 16.*
[qui est vnanimis, ipse amicus est, quod vnitas animorum in amicis sit, neque quisquam detestabilior, quàm qui ami-

citiam læferit. Vnde in proditore Domi-
 nus, hoc grauiſſimum inuenit, quo eius
 condemnaret perfidiam, quod gratiæ vi-
 cem non repræſentauerit, & conuiuſſis
 amicitia, venenum malitiæ miſcuerit.
 Itaque ſic ait: *tu verò homo vnanimis, dux
 meus & notus meus, qui ſemper mecum dul-
 ces capiebas cibos: hoc eſt, non poteſt ſu-
 ſtineri iſtud, quia vnanimis appetiſti
 eum, qui tibi donauerat gratiam. Nam ſi
 inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſ-
 ſem utique: & ab eo qui me oderat, abſ-
 conderem me. Inimicus vitari poteſt,
 amicus non poteſt. Si inſidiari velit, il-
 lum cauemus cui non committimus
 conſilia noſtra: hunc cauere non poſſu-
 mus, cui commiſimus. Itaque ad acer-
 uandam peccati inuidiam, non dixit: Tu
 verò ſeruus meus, Apoſtolus meus, ſed
 vnanimis meus: hoc eſt, non meus, ſed
 etiam tuus proditor es, qui vnanimum
 prodidiſti.] In dulcibus verò cibus, non
 alluditur ad Euchariftiam, quæ non ac-
 cipiebatur, cum extremo Chriſti, vitæ
 tempore ſit porrecta; ſed ad ſermones &
 conuiſtum, vt docent illa Eufebij ^a de
 Iuda. [Ex perſona ipſius dicitur illud, *qui*
in*

a 10. de
 de in. n. 2.

in i
 enin
 ad
 batu
 ſpiri
 Nat
 ad tu
 vteb
 quo
 fuer
 quo
 meos
 nem.
 bas m
 preſſi
 comp
 tem
 dulce
 I
 quod
 quib
 nent
 inter
 frequ
 riodu
 ite ſe
 rò à r

in idem dulces comparabas mihi cibos. Et enim ex iis ipse quoque vnus erat, qui ad arcanam qua cum suis discipulis utebatur, Saluatoris nostri consuetudinem, spiritualémque cibum assumpti fuerant. Nam ad prophanam multitudinem, & ad turbas cum verba faceret, parabolis utebatur. Solis verò suis discipulis, in quorum ordinem etiam Iudas admissus fuerat, apertius omnia demonstrabat. Ex quo illud dictum est, *qui edebat panes meos magnificabit super me supplantationem.* Et illud, *qui in idem dulces comparabas mihi cibos.* Quod sanè euidentius expressit. Aquila quidè sic, *qui simul dulcem comparabamus arcanum.* Symmachus autem sic, *qui inter nos commuicabamus dulcem sermonis consuetudinem.*]

II. Mirum verò esse non debet, quod post congesta tot Iudæ epirheta, quibus Christi in eum beneficia continentur, Spiritus sanctus orationem illicò interciderit, & per aposiopesim satis infrequentem, nullo verbo, abruptam periodum compleuerit. Si inimicus (inquit) ite se gessisset, sustinerem utique. Tu verò à me tot exornatus prærogatiuis. Ap-

paret hiare orationem : Sed vt dixi, non debet hoc mirum videri. Quandoque enim scriptura, sceleris alicuius atrocitatem refugiens, aut commaculati eius relatione non sustinet, aut per antiphrasim tantum exponit. Habemus luculentum huius rei exemplum in narratione de parricidio Iephte. Iudic. 11. Vbi scriptor facer, quod notauit S. Ambrosius, ^a exhorrescens facti immanitatem, transfiliuit illud vno verbulo, scribens tantum *fecit ei sicut voverat*. Iobi item 1. muliere maritum ad Dei maledictionem cohortata, refugit scriptura horrorem tam funestæ vocis: & pro maledictione, Dei benedictionem dixit. Verecundiam denique scripturæ, in impudicitate nomine lusus denotanda, obseruauit Tertullianus. ^b Similiter igitur hoc quoque loco Spiritus sanctus, noluit horrendam illam vocem, *prodes aut vendes me*, aliamve similem sacro Psalti excidere: sed per apostrophen, maluit inesse lacunam prænuntiationi, quam eam commaculare tam cœnoso verbo.

Rursus alibi de eadem sceleris exaggeratione ob personæ tradentis conditionem

^a l. 3. de
Virg.

^b c. 6. de
ieiun.

tion
in
qu
fican
stor
[Pa
lica
inin
mo
den
quo
quic
nico
gen
que
præ
re, c
fare
gnif
sæpè
est, i
culis
ipsum
plan
tion
perti
posu

tionem, sic præloquitur Spiritus sanctus in Christi persona. ^a *Homo pacis meæ in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.* Chryso- stomi in eum locum glossa sic habet: [Panem vocat prædicationem Euangelicam, per quam qui Deo tunc eramus inimici, pacem cum Deo habuimus. Homo ergo pacis meæ, Iudas (quandoquidem fuerat discipulus prædicationis) in quo tantum speravit Christus, id est, acquieuit, ut ipse comederet panes Dominicos, in catino cum ipso solum contingens: (hoc autem faciebat Christus neque ignorans, neque proditorem aliis præferens, sed nihil ei volens relinquere, quo suam posset defendere aut excusare proditorem:) adeò in Iesum magnificavit supplantationem, ut cum eum sæpè non inuitum supplantasset, hoc est, in eum se improbè gessisset, ut ex loculis furriperet pecunias, postea quoque ipsum Dominum per proditorem supplantare aggressus sit.] Hanc supplantationem magnificatam, ad Iudæ factum pertinere, Christus ipse Ioannis 13. exposuit, tametsi per metaphoram ex illis

calcibus ductam, ingratiſſimi diſcipuli ſupplantationem expreſſerit. Allegat enim hunc ſcripturæ locum, non prout apud nos in vulgata legitur iuxta Septuaginta, ſed prout in Hebræo habetur, *Leuabit contra me calcaneum ſuum*. Quod ad impactos calces vt muli faciunt, videtur, pertinere. Niſi cū Theop hilacto, & Euthymio, aliisſque, malimus metaphoram peti à cursoribus, quos impedimentum obiectum, v.g. plantæ ſiue pedis oppoſitio, in caſum impellit. Vtraque metaphora, teterrimam atrocis facti indignitatem, aptè exprimit.

12. Quod porrò per Pſaltem, in actu (vt ita dixerim) ſignato, expoſtulat circa Iudæ teterrimam ingraturudinem, hoc ipſemet Chriſtus, per ſeipſum in actu exercito, interprete Origene expreſſit: Sic enim philoſophatur Origene^a de buccellæ porrectione. [Exiſtimo quòd malitiam eius multam, manifeſtam facere volens, hoc dixit: quoniam quem ſuſcepit ad menſam communem & commanducauit ei, fortè quia principio benè agebat, ipſe Ieſum prodidit, tantis honoribus ſe complectentem, & neque

a traç. 35.
in Matth.

neo
que
ctu
pter
trad
Et h
min
pan
nihil
mur
que
hom
prop
falſa
men
intel
ficati
debi
bus n
& ca
Salua
poral
nec i
inuid
Ita
Greg
gerun

neque falis eiusdem, neque mensæ, neque panis communicati memor est factus, sed omnia illa transgrediens, propter triginta staterum promissionem, tradidit largitorem tantorum bonorum. Et hæc est verè propria consuetudo hominum nimis malorum, ut post salem & panem infidientur hominibus, maximè nihil nocentibus eis, cum quibus communicauerunt panem & salem. Denique Daniel, de quibusdam huiusmodi hominibus feralibus, & valdè malis ita prophetans dicebat: *super mensam unam falsa loquentur.* Si autem potes spiritualè mensam & cibū spiritualè, & Dominicā intelligere cœnā, quibus omnibus dignificatus fuerat à Christo, abundantius videbis multitudinē malitiarum eius, quibus magistrum cum cibo diuinæ mensæ & calicis, (& hoc in die Paschæ,) tradidit Salvatorem: non recordatus nec in corporalibus bonis magistri dilectionem, nec in spiritualibus doctrinam eius sine inuidia semper communicatam.]

Itaque concludere planè licet cum S. Gregorio^a [Minorem dolorem mala ingerunt, quæ ab extraneis inferuntur. a hom 36 in Euang.]

Plus verò in nobis ea tormenta sæuiunt, quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præsumebamus: quia cum damno corporis, mala nos cruciant amissæ charitatis. Hinc est enim quod de Iuda traditore suo per Psalmistam Dominus dicit: *Et quidem si inimicus meus maledixisset mihi, supportassem utique, & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me utique ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum cõsensu.* Et rursum: *Homo pacis mea in quo sperabam, & qui edebat panes meos, ampliavit aduersum me supplantationem.* Ac si de traditore suo apertis vocibus dicat: Transgressionem eius tantò grauiùs pertuli, quanto hanc ab eo qui meus esse videbatur, sensi.]

a homil.
citata.

IO. *Qui dicebatur Iudas Iscariotes.* [Quid mihi (inquit Chrysoſtomus^a) eius patriam dicitis? Vtinam ipsum quoque nescire licuisset. *Iudas qui dicitur Iscariotes.* Alter erat discipulus, qui Iudas Iacobi zelotes dicebatur: & ne appellatione cognominis, fiat confusio personarum, nec errore nominis proditor pro-

rega

rega
uit: &
nun
con
vt te
cusar
hæc
nom
stine
mus
ciore
nem
imita
stiam
iudic
cessit
Apos
adder
haud
minar
Ad
Iudan
cerdo
Christ
ipse e
maliti
sent in

regatur, propterea hunc ab illo separavit: & illum quidem de animi sui virtute nuncupavit, istius malitiæ nomen abscondit. Et ideò non dixit, *Iudas proditor*, ut te doceat detractiones nescire, & accusationes declinare.] Mirabilis fanè est hæc Sanctorum Euangelistarum in Iuda nominando benignitas, & à conuitiis abstinentia: id quod alibi idem Chrysostomus^a expendit. Numquam enim atrocior verbo aut conuitio ferunt, hominem omnibus maledictis configendum, imitati Archangeli Michaëlis modestiam, qui ne Satanæ quidem, ausus est iudicium inferre blasphemix. Et nisi necessitas hunc Iudam ab altero Iuda item Apostolo secernendi, adegisset eos ad addendum adiunctum proditionis, nudè haud dubiè, & absque addito, Iudam nominassent.

a homil 4.
in Acta.

Ad Principes Sacerdotum. Non latebat Iudam, cuius farinæ & furfuris essent Sacerdotum Principes. Audiuerat sæpè à Christo, audiuerat ab aliis, forsitan & ipse expertus erat, quanta eorum esset malitia & nequitia. Peruidebat quo essent in Christum affectu, & licet gratis,

(vt Pfaltes cecinerat, & Christus de se ipso exposuit) quanto in eum odio succederentur. Neque tamē tam scelestam ac pestilentem societatem exhorruit, homo quem IESVS societate sua dignatus fuerat: quasi nesciret serpere improbitatis contagium, familiaritate atque colloquiis: multo magis transigendis simul negotiis, præsertim ex se nefariis, cuiusmodi erat ad quod Iudas se ingerebat administrum malignitatis Sacerdotum Principum.

14. *Et dicit eis.* Expectarit aliquis viso indiuiduo Christi discipulo, tot magistri miraculorum oculato teste, tot ab eo beneficiis cumulado, eius intuitu apud pios quosque benignè habito, & nunc ab eius sermonibus omni pietate conditis, ac suam per Iudæos crucem prænunciantibus, digresso ad Principes Sacerdotum, non alio consilio ad eos adūsse discipulum, quàm vt Principes Sacerdotum quos præ cæteris religione ac pietate florere oportebat, necis Christo intentatæ redargueret, & à nefario consilio auerteret, commemoratis multis & magnis in vniuersam Iudæorum

rum g
coele
milli
tionib
rum ip
tuoru
præse
animo
dæos
Archy
item f
phetis
ac den
torum
cipum
tiam t
sti disc
Iudæo
runt, a
hæc ex
pescan
vehem
natoris
sensum
Qu
bum
Christu

rum gentem beneficiis, disseminatione
cœlestis doctrinæ, passione multorum
millium propè ex nihilo, iugibus cura-
tionibus tam variorum ægrorum qua-
rum ipsimet testes essent, crebris mor-
tuorum ad vitam excitationibus, eaque
præsertim quæ tantos motus cōcitauerat
animorum; primarij inquam inter Iu-
dæos viri, Lazari, & fortè tunc astantis
Archysinagogi filiæ, ac aliorum: Additis
item scripturis luculentis, ex Lege, Pro-
phetis, & Psalmis, quæ de Christo erant:
ac denique nullo non prolato argumen-
torum genere, quo obfirmationem Prin-
cipum quateret, & Magistri innocen-
tiam tutatum irer. Hæc expectari à Chri-
sti discipulo intimo, per illud tempus ad
Iudæorum Principes adeunte, potue-
runt, aut etiam debuerunt. Audiat qui
hæc expectarit, verbum ad quod obstu-
pescant cœli, & portæ eius desolentur
vehementer, Audiat infandissimi nundi-
natoris propudiosissimum de Magistro
sensum, putentibus vocibus expressum.

Quid vultis mihi dare. Hoc fuisse ver-
bum iniquum constitutum aduersus
Christum, vt David prænunciarat: notat

Euse

a l. 10. de
demonstr.
in 1.

Eusebius. ^a Et sanè prodidit his vocibus Iudas, qui eum affectus ad tam tetrum consilium ineundum impulerit. Nec obscure pandit hoc se œstro actum, non zelo legis, non amore loci sancti, aut patriorum rituum, sed amore lucri, cuius odorem vndecumque bonum, etiam ex scelere infamissimo existimabat. [Dic

b homil. de
prodic. Iu-
da.

Iuda (inquit Chrysoſtomus) ^b omnium sceleratissime, hæc te Magister edocuit? hæc tibi tantus Doctor ostendit? Ideò diuitias debere te contemnere prædica-
bat? Ideò admonebat, dicens: *ne possideatis aurum aut argentum aut as in zonis vestris*, ubique tibi auidam cupiditatem pecuniarum excindens. Non hæc tibi persuadebat dicens: *si quis te percusserit in dextram maxillam, præbe illi & aliam.* Quid vultis mihi dare? O crudelitas.]

c in c. 26.
Matth.

Acutè quoque S. Hieronymus, ^c deprehendit in his verbis, quàm vili Iudas Christum æstimaret; cuius pretium in eumentium arbitrio posuit, quasi ageretur de re nihili.

15. *Et ego vobis.* Tu verò in eum tibi ius arrogas in quem iuris nihil tibi esse, nosse potes. Apparet te furem esse, qui de

de re aliena iniussu Domini disponere audeas. Hic in quem potestatem tibi vēdicas, hominum importunissime, omni humano culmine superior est: tantum abest, vt de eo quicquam statuere tanquam de tibi obnoxio valeas. Vt autem mancipium tuum esset, fāsque tibi esset, de eo pro volūtate statuere reueritus anteriorum bonorum quæ tibi affatim ab eo suppeditata sunt, vbertatem; innocentissimum agnum infamibus cocis permittere, deque eo cum illis transigere, non erubescis? An eorum quibus cum agis, malignitatem, scelera, & inflammatissimum odium in personam de qua pacisceris, abs te ignoratam causabere?

Eum. Quem verò? Neque enim abs te adhuc nominatum habemus, de quo pacisceris. Quod est nomen eius, & nomen patris eius si nosti? Deus est, sceleratissime, perfidissime, malignissime, omni probro & maledicto superior. Deus inquam est, in quem maleficium machinaris. Propheta est, ille inquam propheta magnus, Mosi externo habitu similis inuentus, dignitate & maiestate infinitis partibus Mosi præcellens, vt communia premam

premam, Magister tuus est, is qui te tot beneficiorum imbris compluit. Quis tu, quis iste, de quo tam nequiter ac impie cogitas consilia? [cogitanda sunt potius quam dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua^a] Profer malevolentiam in eum tuam causam. [Forfitan (inquit Chrysoftomus^b) quod tibi demonum tradidit potestatem, quod fecit languentibus subuenire, quod mortuos suscitare didicisti.] Nulla est, ac ne eius quidem umbra: sed tu gratis eum habuisti odio, gratis ad certum exitium ex mera malignitate parricidalis animi destinasti.

16. *Tradam.* Exclamat hic Chrysoftomus. [O verbum totius superbie, quomodo non hæsit in faucibus?] Non habeo molliora verba, quibus ad tantam truculentiam commouear. Itaque Chrysoftomum toties iam affector, nec piget progredi. [Tradis eum qui cuncta conseruat, qui demonibus imperat, cui obtemperant maria, cui omnes subiacent potestates? &c. Christus gratis aduenit, sanguinem suum pro communi salute fusurus, & tu de sanguine crudelia pacta

com

^a *August.*
tract. 56.
in Ioan. ad
illud tu
mibi lauas
pedes.
^b *hom. de*
prod. Iuda.

comp
cont
cisco
ctus,
mus.
cum
æmu
voce
bo. lur
[Sed
& no
filius
diabo
inflan
teoru
uitian
etfi p
quæ f
dus p
dæmo
norab
cupio
de lo
admo
incita
rij, qu
cinus
men

componis? Quid enim crudelius isto contractu?] Verissime, siue personas pacificas, siue rem de qua inicitur contractus, siue adiuncta pactionis consideremus. Et aduertit commentarius in Marcum Hieronymo adscriptus; ^a Iudam æmulatum hoc verbo esse magistri sui vocem eiusdem typhi, *hec omnia tibi dabo.* Iure itaque cum S. Leone exclamem. [Sed tu impiissime homo, semen Canaan & non Iuda, nec iam vas electionis, sed filius perditionis & mortis, vtiliora tibi diaboli incitamenta credebas: vt facibus inflammatus auaritiæ, ad triginta argenteorum lucrum inardesceres; & quid diuitiarum amitteres, non videres. Nam etsi putabas credendum esse promissis, quæ fuit ratio, vt tantillus pecuniæ modus præponeretur acceptis? Imperabas dæmoniis, & moderabaris infirmis, honorabaris cum Apostolis: & vt finem tuæ cupiditatis expleres, parebant tibi furta de loculis. Sed animum interdictorum admonitum, quod minus licuit, amplius incitauit: nec tam placuit quantitas pretij, quam magnitudo peccati. Vnde facinus commercij tui, non ideo detestan-

a in c. 14.

b serm. 16.
de pass.

dum est, quia Dominum viliter æstimasti, sed quia Redemptorem etiam tuum, ne tibi parceres, vendidisti. Et merito tibi tua pœna commissa est; quia in supplicium tuum, nemo te sæuior potuit inueniri.]

Ex hac verò traditione perfidissima, Deus absolutionem nostram eruit, ait S. Gregorius, ^a [per Christum, cuius nos humanitas colligit, humilitas erigit, traditio absoluit, pœna redemit, crux saluificat, sanguis emaculat, caro saginat.] Aliter hoc diuinum cõsiliũ aperit Rupertus, ^b exponens quod Iob de Satana dixerat sub typo Leviathan, seruiturum scilicet quasi seruũ sempiternum. [Nec huic (inquit) negotio defuit malus seruus insistens seruitio necessario. Intrauit enim in Iudam Scarioth, & egit, vt traderetur ad victimam. Hic agnus melior in illa nocte qua comedebatur ille Paschæ veteris Agnus, per singulas domos, intendebat Deus vel Dei sapientia, facere irritam venditionem, qua semetipsum primus homo vendiderat, transgrediens præceptum, vana sibi diuinitatis spe proposita. Adiuuit & hanc intentionem bonam

^a in lib.
Sacram in
præfat. ad
feriam 2.
post pal-
mas.

^b l. 2. de
operibus
Spiritus
sancti. c.
25.

nam seruus hic nequam, agendo vt venderet hunc hominem traditor, qui vendendi illum ius nullum habebat.]

17. Gauisos Principes Sacerdotum, ingesta per nefarium hominem Christi comprehendēdi & Letho dandi opportunitate, Lucas & Marcus testantur: explicatque Euthymius gauisos, tum quod tamdiu quæsitam rot artibus & viis, hæstentis frustra expectitam de Christo vltionem, sumpturi proxime videbantur, tum quod ea ratione essent sumpturi: hoc est administro vno ex intimis. Non modo quia id ad securitatem proditiōnis & tumultus exclusionem conferre poterat, indicante proditore locum secretum, & horam comprehensioni aptam qua nihil à plebe iure timeretur, sed etiam quia prodi a discipulo, & intimis quoque exosum fieri, auspiciū habebant non exiguum, mox faciendæ in reliquis conuersionis animorum. Facile quippè persuadendum fœcibus populi videbatur, iuste ab externis male multatum, quem sui abieciissent, omnium eius rationum probè conscij. Itaque oblatam rei gerendæ opportunitatem auide arti-

^a *Matth.*
26.

^b *serm. de*
ascens.

piunt, & de pecunia cum Iuda paciscuntur. Constitutam ei fuisse, non ab eo, arbitriis & taxationi Iudæorum stante, quod S. Hieronymus^a notauit, expetitam summam triginta argenteorum, prodit Matthæus. Vile sane pretium si mercem spectes. [Sed qui pro nobis (ait apud Cyprianum priscus autor)^b triginta argenteis est appretiatu, intelligi uoluit quanta fuerit in pretio, quod pro eo datum est, & in eo quod ipse dedit pro mundo, dissimilitudo; cum ipse exiguo argento emptus, & venditus, tanto pretio damnatos redimeret: ut dubium esse non possit, quin pretij magnitudo superaret negotium: nec æquari posset damnatum, quod omnino damnatio iusta meruerat, obedientiæ Christi, quæ gratis usque ad mortem progressa est, & ultro soluit quod non debebat.]

Non legimus operæ vile pretium causatum proditorem, & atictius quid (uti asolet) expetisse, arduitatem negotij, & necessitatem industriæ suæ exaggerantem: præsertim cum non dubitaret. Principes Sacerdotum nulli impensæ parituros, dum Christum in potestatem suam

veni

venire contingeret. Et quod S. Ambrosius aduertit, ^a multo pluris æstimaratur unguentum, quam oporteret [ô Iuda proditor, unguentum passionis eius trecentis denariis æstimas, & passionem eius triginta denariis vendis? Diues in æstimatione, vilis in scelere.] Ita os mellitum, verèque Ambrosium. Nec dissimiliter S. Paulinus. ^b Nihil item arrhabonis nomine numeratum accepisse, sonant illa Euangelistarum, *promiserunt & pacti sunt pecuniam se duros.* Miratur etiam S. Chrysostomus ^c pecoris huius stuporem, quod non aureos expetierit, sed argenteis oblati contentus, nihil ultra quæsierit. Argenteos enim constitutos ei liquet, & nescio vnde in Prosperum de his agentem ^d aurei irriperint pro argenteis. Ea summa quæ & quanta esset, quærendum nunc foret, nisi infra commodius, exponendo pretium agri in sepulturam peregrinorum, in quem triginta illi argentei impensi sunt, de eorum valore, futura esset disputatio.

18. Indignitatem huius venditionis & emptionis, & quantum nefarius hic contractus Deum exacerbarit, exaggerare

l. 3. de Spiritu sancto n. 18.

l. epistol. 4. ad Severum.

c form 6. in ad Phil. in mor.

d 1 p. de promiss. c. 26.

rat Amos vniuersa sua prophetia, iuxta probabilem interpretationem de qua c. 1. Ex parte quidem Iudæ, perspicuum est scelus fuisse inmanissimum, spectatis tot in eum Christi meritis, atque experientia mirabilium quæ in confirmationem diuinitatis Christi patrata viderat: vt propterea S. Chrysostomus, ^a repensam Iudæ mercedem, dicat ab Apostolo vocatam *mercedem iniquitatis*, quod omnium vnquam admissarum iniquitatum, facile Princeps fuisse videatur ea iniquitas: vt proinde antonomasticè dici poterit *iniquitas*. [Multæ enim sunt iniquitates, sed hac nihil vnquam factum est iniquius] ait supra Chrysostomus. Addit Petrus Damiani, ^a fuisse peccatum ex mera malitia, ideóque non meruisse Iudam venire ad pœnitentiam. Ex parte quoque Iudæorum, quorum de Christi diuinitate ignorantia fuit affectata, scelus fuit longe maximum; & pœna quæ sceleris cui respondet, idoneus index est, virus sceleris illius apertè monstrat. In quam rem Eusebius, ^c interpretatur illud Hieremiæ 17. *Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo, in vngue adamantino, exaratum*

^a homil. 3.
in Acta.

^b serm. de
S. Barbariano.

^c 10. de
Hierem. 17.
in 5.

ratum

ratum super latitudinem cordis eius, & in cornibus altarium vestrorum. [Tametsi hæc non sunt apud Septuaginta, (inquit Eusebius) attamen in Hebraico textu, atque in reliquorum interpretum editionibus, item in exquisitoribus quoque ipsorum septuaginta exemplaribus, cum appositione stellarum, necessario ea apposuimus, tanquam ea quæ nominatim ipsum proditorem Iudam significant; & peccatum quod ab illo commissum est, fieri non posse, ut vnquam aboleatur. Hoc enim mihi videtur significare illud, *peccatum Iuda, scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino.*]

Pulcherrimè item disserit in hanc rem S. Hieronymus, ^a describens Iudæorum ain c. l. Sophu. ob Christum emptum calamitates, his præter cætera. [Usque ad præsentem diem, perfidi Coloni post interfectionem seruorum, & ad extremum Filij Dei, excepto plâctu prohibentur ingredi Hierusalem: & ut ruinam suæ eis flere liceat ciuitatis, pretio redimunt, ut qui quondam emerant sanguinem Christi, emant lachrymas suas, & ne fletus quidem eis gratuitus sit: Videas in die quo

capta est à Romanis, & diruta Hierusalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas, & senes pannis, annisque obsit os, in corporibus, & in habitu suo iram Domini demonstrantes. Congregatur turba miserorum, & patibulo Domini coruscante, ac radiante anastasi eius, de Oliueti monte quoque crucis fulgente vexillo; plangere ruinas templi sui populum miserum: & tamen non esse miserabilem. Adhuc fletus in genis, & liuida brachia, & sparsi crines, & miles mercedem postulat, vt illis flere plus liceat. Et dubitat aliquis, cum hæc videat, de die tribulationis & angustia, de die calamitatis & miseria, de die tenebrarum & caliginis, de die nebulæ & turbinis, de die tubæ & clangoris.] Lego item diuinitus prouisum, in pœnam nefariæ huius emptionis, vt Iudæi à Romanis vèderentur, triginta, denario vno, vt ex Hugone, Floriacensi scribit S. Anson. ^a Pulchrè Finus, ^b huc aptat illud Amos de quarto scelere super quo Iudas non est conuersus, quia vendidit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis, id est villissimo pretio. Video

¶ 7. p. tit. 6.
e. 1. §. 4.
¶ 16 c. 47
flagelli
Iudæo.
c. 11.

19
tū, v
hor
Et F
stim
uius
tem,
cibo
pelle
Con
S. Th
derat
& qu
sicut
cauen
eāmv
pœni
uit, se
quæ c
dentu
quod
ceriar
tio Iu
statute
rato?
Matth
enim f

19. Video verò inter authores certatim, vtra ex parte hæc iniquitas tetrior & horridior fuerit, Iudæve an Iudæorum. Et Franciſcus quidem à Meſſana, ^a exiſtimat, peccatum Iudæ fuiſſe longè grauius: quippe ducis vt vocatur apud Pſaltem, & Apoſtoli, & Sacerdotis, & ſacro cibo paſti, totque beneficiis ad amorem pellecti. Eadem eſt Caietani ſententia. ^b Contrarium tamen non obſcurè ^c docet S. Thomas, & apertè Suares, ^d qui ponderat maiorem Iudæorum pertinaciam, & quod Iudas non ex inuidia & odio, ſicut Iudæi, ſed ex mera cupiditate peccauerit, nec voluerit Chriſti cædem, eamve inferendam cenſuerit, vt eius pœnitentia quamuis peruerſa declarauit, ſed oblatam pecuniæ eſcam captarit: quæ omnia peccati pondus in Iudæis videntur augere, in Iuda minuere. Quid quod Iudæi, parietem inclinatum & maceriam depulſam funditùs euertunt, pretio Iudæ ad ſcleris conſummationem ſtatuto, ſicque miſero in ſcelus præcipitato? Argumentum eſt S. Hieronymi Matth. 27. ad illud *Tunc videns Iudas*. Sic enim ſcribit. [Si peccauit ille qui tradidit

a in diſſi-
cilium S.
Hieronymi
locorum
explicat.
v. Iudas.

b 3. p. q.
47. art. 6.
circa ad
2.

c ibidem.
d ad eund.
articulū.

a l. 3. de
Spiritu
sancto c.
18.

sanguinem iustum, quanto magis Iudæi peccauerunt qui emerunt sanguinem iustum, & offerendo pretium ad proditionem discipulum prouocauerunt.] Non dissimiliter S. Ambrosius ^a sic scribens. [O dura infidelium saxa verborum, ô in formem laqueum proditoris! Sed deformius pretium Iudæorum, argentum improbum, quo aut emitur ad necem Iustus, aut venditur, Ioseph venditus, emptus Christus; alter ad seruitutem, alter ad mortem. Detestabilis hæreditas, feralis auctio, quæ aut fratrem vendit iniuriæ, aut Dominum licitatur exitio, salutis omnium Redemptorem. Duo igitur quæ præstantiora sunt omnibus, Iudæa violauit, fidem atque pietatem: sed in vtroque, Christum fidei & pietatis auctorem.]

Mihi sententia prior, quæ Iudæa palmam peccati præ Iudæis, defert, magis arridet: quia notitia Christi multo illustrior erat in Iuda. Et quod ex avaritia in peccatum adeo immane prolapsus sit, non videtur culpam eius minuere, sed augere. Nec quod certò fortassis inferendam Christo mortem non viderit, cædis
cum

eum crimine purgat: cū generatim per-
spexerit, quid iurati hostes toties vitæ
eius insidiati, perfecturi viderentur, poti-
ti tam studiosè quæsitæ victima. S. certè
Hieronymus, * impugnans parilitatem
peccatorum à Iouiniano inuectâ, agnos-
cere videtur, Iudam vt dignitate à Chri-
sto collata, ita scelere præiuisse omnibus,
qui quoquomodo astiterunt aduersus
Dominū & aduersus Christum eius. Sic
enim ait. [In passione Christi omnes de-
clinauerunt; simul inutiles facti sunt, &
non fuit qui faceret bonum, non fuit vs-
que ad vnum. Audebis ne igitur dicere,
sic negasse Petrum, & cæteros Aposto-
los qui fugerunt, quomodò Caïpham, &
Pharisæos, & clamantem populum, cru-
cifige, crucifige talem? Et vt de Aposto-
lis taceam, eiusdem ne tibi sceleris vide-
bitur reus Annas, & Caïphas, & Iudas
proditor, cuius & Pilatus, qui nolens
compulsus est contra Dominum ferre
sententiam? Quanto maioris meriti fuit
Iudas, tanto maioris criminis est: &
quanto maioris criminis, tanto maioris
& pœnæ.]

Firmabo hunc in Iudæ culpæ exces-
sum

*al. 2. con-
tra Iouin-
ian.*

sum, inferius, coniectans supplicium ei apud inferos constitutum. Secundum quid tamen Iudæorum peccatum fuit, tetrius, nempe quoad capita quæ proponebantur.

20. Itaque nunc ab eo, si illud tamen non omiserim, de quo inter Doctores controuersiam motam video: nempe, fuerit ne hæc Iudæ & Sacerdotum pactio, simoniaca, non late tantum & per quandam affinitatem cum eo crimine quod rerum supernaturalium venditione ac emptione admittitur, estque in Nouo Testamento, à deterrimo talium mercium nundinatore, nominatum Simonix vocabulo, sed etiam presè ac propriè, ita vt eiusdè omnino sit deformitatis in genere moris. Videtur affirmare Isidorus Pelusiota, ^a disertè autem idem tradit Turrecremata ^b citans Glosam ita affirmantem cap. *qui studet*. ^c Quo capite idem insinuatur ex Nazianzeno, Simoniacos Iudæ comparante. Id quod etiam facit Tarasius. ^d Nec dissimiliter Cyrillus Hierosol. ^e & S. Basilus, ^f Et accedit ratio, quia Simonia nihil aliud est, quàm studiosa voluntas emendi vel

a l. 1. epist.

425.

b in q. ad
Euang fe-
ria 4. Do-
min. palm

9. 1.

c l. 9. 1.

d Epist ad
Adrianū
relatus e.

e s. qui 19.

7.

e catech.

16.

f epist.

16.

ven
li an
ven
eme
ctio
etia
C
nixu
[qu
non
tibu
At h
Sim
quod
fere
vend
cum
qui h
Sara
aucti
esset
nus.
in ea
gante
cam
iurio
tio vo
ven

vendendi aliquid spirituale, vel spiritua-
li annexum. Sed Iudas habuit studium
vendendi Sanctum sanctorum, eumque
emere voluerunt Iudæi. Ergo in ea pa-
ctione admiserunt simoniam. Et ita
etiam innuit Stapletonius.^a

Contrarium habet Soto.^b sed ratione
nixus admodum imbecilla. Nimirum,
[quod Iudas Christum gratiæ fontem
non vendiderit tanquam donum emen-
tibus utile, sed ut morte perimendum.]
At hoc quid ad præcludendam labem
Simonix, ex materia ducibilem. Sanè
quod venditio fiat ad peremptionem in-
ferendam, non aufert rationem veræ
venditionis, in qua ratio simonix sita est,
cum in materiam idoneam cadit. Vnde
qui hominem Christianum, Ethnicis aut
Saracenis ad eadem venderet, pretio
auctiore quia Christianus est, indubiè
esset simoniacus, ut benè censuit Vgoli-
nus.^c Equè imbecilla est ratio qua alij
in eandem partem vtuntur, idcirco ne-
gantes pactiorem hanc fuisse simonia-
cam quia respectu Christi fuit actio in-
iuriota & coacta, non autem commuta-
tio voluntaria. Sed hi perperam suppo-
nunt.

*2 orat. 9.
catech. in
ipso fip.
b l. 2. de
Iust. 9. 5.
art. 1.*

*c de simon.
lib. 2. c. 1.
36. n. 3.*

nunt, contractum simoniacum debere esse voluntarium respectu rei venditæ: cum tamen sufficiat vt sit voluntarius respectu contrahentium. Suares,^a & Sopravis,^b aliam addunt rationem, ex co ductam quod simonia propriè dicta, ver setur circa res supernaturales purè creatas: Christi autè supernaturalitas sita sit in gratia vnionis, quæ est ordinis superioris. Vnde quamuis contractus de Christo vendendo, sorduerit malitia contra religionem, & reuerentiam debitam personæ Christi increatæ, non tamen malitia simoniæ. Sed hoc specie deteriore simoniæ labem, potius quam vulgarem, in contractu proposito interuenisse, probat: non autem eum eximit à generica labe simoniæ per obiectum supernaturale temporali pretio subiectum constitutæ.

21. Quare dicendum est cū Valentia,^c & Bonacina^d quamuis per analogiam quandam & affinitatem, simoniaci à Patribus conferantur cum Iuda: tamen idcirco pressè ac propriè loquendo, contractum Sacerdotum & Iudæ non fuisse simoniacum formaliter, quia neutri at-

ten

a l. de simo.
nisi c. 9. n.
4.
b tract. de
simonia c.
2 n. 12.

c 22 p. 1.
de simonia
in fine
d tract. de
simonia q.
4 n. 3.

et endebant ad Christi supernaturalitatem, vel de ea quicquam cogitabant: quasi eo titulo aliquid offerretur à Sacerdotibus, vel à Iuda peteretur, aut acciperetur: sed præcisè inibant pactiōnem de Christo, tanquam de puro homine, ita ut contractus sisteret purè in humana Christi natura, quæ ad gratiam vnionis & diuinam personam perinde se habet, sicut materia aurea vel argentea calicis ad consecrationem: seorsim à qua potest distrahi absque labe simoniæ, cum sit materia idonea venditionis innoxia, dummodò non idcirco carius vendatur, quia annexam habet spiritualem formam, siue consecrationem. Dici etiam possit, non Christum à Iuda venditum, nec à Iudæis emptum, quod apud Iudæos insolens fuisset, cum ex suis non haberent venales homines siue mancipia: sed venditam à Iuda empramque à Iudæis, operam in Christo potestati eorum dedendo locandam: quæ quod putaretur periculi plena, quia sicut propheta habebatur, potuit triginta argenteis estimari. Quod autem ea Iudæ opera pessimè vendita, Christum
respi

respiceret, inde factum est, ut venditus à Iuda Christus passim dicatur, atque legatur: Operam porrò illam Iudæ, cum sacra & religiosa non esset, nihil necesse est fuisse simoniæ materiam. Sicut qui expilandæ Ecclesiæ operam suam venderet, esset quidem sacrilegus, non tamen simoniachus.

*Carbones ignis, super Iudæ caput, in eius
reditu ac cæna extrema, congesti à
Christo Domino.*

CAPUT IX.

I. **R**ECTE omninò. per hoc tempus congestos super Iudæ caput à Christo carbones ignis, dixit Rupertus, quævis iustionem longè aliam subsecutam esse, quàm quæreretur, rectè addat. Res ita habuit. Non latuit Christum fœdâ pactio, à pessimo Mercatore inita cum Principibus Sacerdotum. Qua enim erat perspicacitate, obtutum mentis in omnes miseri cogitationes, nedum in facta
desi

a in cap.
13. Ioan.

Que circa Iudam Christ. in cœn. ult. 305
desigebat. Fatuitati verò Æthiopum
quam in nostrorum relatione Æthiopi-
ca anni 1621. ^a nuper legi, vix in tracta-
tione de tam serio argumento, videtur ^{a pag. 4.}
locus esse debere: cum per hebetudinē
rifu non cōfutatione excipiendam, pro-
dant in libris sacræ suæ historiæ, Chri-
stum quid rei cum Principibus Sacerdo-
tum moliretur Iudas, edoctum fuisse per
gallinam ad id submissam, cuius fideliter
omnia renunciatis, præmium fuisse di-
cunt, illicò factam subuectionem supra
cœlos, & fœlicem inibi ad longa tempo-
ra gallinæ sedē. Digni sanè sunt Æthio-
pes cœlum in Ornithonem vertentes qui
in gallinarium paradisum amendantur.
Et mirum est, quomodò scandulam gal-
linariam, ad commodam gallinæ subue-
ctionem Angelico ministerio fabrefa-
ctam, non sint commenti. Sed iocari non
vacat.

Itaque totius Iudæ maleficiij conscius
Christus, redeuntem ab iniquissima pa-
ctione ineunda, quamvis sciret intētum
in opportunitatem vt eum traderet, &
nutrire impudentiā suam patiētia ipsius
Christi videretur, vt S. Hieronymus ^b ad- ^{b Matth.}
26.

uertit, eodem tamen perditum numero & loco habuit quo prius. Et quamuis identidem instantem suam mortem, & prodicionem breui consecuturam ingeminaret, nūquam tamen apud aliquem, de Iuda acerbius aliquid aut dixit, aut indicauit, integro propè biduo quod pactiōnem inter & cœnam extremam interlapsum est. Ac ne generatim quidem, ante cœnam extremam, patefecit se à discipulo, multoque minus ab Apostolo tradendum, ne reliquos ea denunciatiōne angeret, vt in extrema cœna contigit, cum ea Christi vox audita est. Omnes enim reliqui, tamen si innocentiae suae conscij, humanam tamen vertibilitatem metuentes, admodum contristati sunt: quem eorum mœrorem, Christus, ne esset diuturnior, tacita per illud biduum proditoris cōditione, benignissimè auertit. Interim appetiit prima dies azymorum, cuius initio festiuo quod ad vesperam quintæ feriae locandum est, Christus Dominus cum Apostolis, (inter quos etiãnum Iudas) extremam cœnam cœnauit, & vltimum peregit Pascha: quo tempore multa & luculen-

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. vlt. 307

ta, Iudæ, siue amoris argumenta, siue à scelere auocamenta exhibuit, quæ considerare operepretium est. Et quanquam ne in immensam difficultatum syluam cogar subire, recidenda video quæ ad Iudam non spectant, tamen ad lucem eorum quæ nobis proposita sunt, & Christi gestorum circa Iudam illustrationem, pauca quædam interserere, non modò alienum ab instituto non erit, sed etiam necessarium.

2. Cùm igitur Iudas, pacto, feria quarta, Martij nostri 23. die inito, occasionem dedendi Christi absque turbis captaret, & regressum à concilio, Christus, solito more, & nulla offensionis significatione data excepisset, aduentavit etiam dies Iouis seu prima dies azymorum, vt aiunt Matthæus ^a & Marcus, ^b in ^{a c. 26.} qua ait Lucas, ^c necesse erat occidi Pascha, & in qua de facto teste Marco, Iudæi Pascha immolabant. Vocatur autem prima dies azymorum, à clausula totius diei vsualis, in qua manducabatur Pascha, & azymorum vsus inchoabatur, quod rectè vidit S. Augustinus, ^d sic scribens. [Sexta Sabbathi, dies primus azy-

^d *epistola*
86.

morum fuit, à vespera incipiens : sed
 Matthæus Euangelista, quintam Sabba-
 thi dicit fuisse primam diem azymorum,
 quia eius vespera sequente, futura erat
 cœna Paschalis, qua cœna incipiebat
 azymum, & ouis immolatio manducari.]
 In eius diei anteriore parte, Christo ex-
 tra ciuitatem constituto, (quod in Hie-
 rosolymitana ciuitate, non extra, fuisse
 immolandum Pascha, Deuter 16. consti-
 tutum esset) discipuli à Christo aduoca-
 ti, vt Lucas insinuat, ad Pascha paran-
 dum dimittendi, accesserunt percontan-
 tes vbi parari vellet Pascha : (Petrum &
 Ioannem fuisse qui percontati sunt pro-
 dit Lucas) Christus enim proprio domi-
 cilio carebat, vt Victor Antiochenus sa-
 pienter considerat ^a & his verbis Chry-
 sostomus ^b [quia Dominus habitaculum
 non habebat, ideò ad eum dicunt : *vbi
 vis paremus tibi comedere Pascha?* Non
 habemus domicilium, non habemus
 tabernaculum præparatum, suscep-
 taculum non est. Audiant quibus
 ædificandarum domorum cura est, &
 ambitiosarum porticuum cogitatur in-
 stru

^a Marci

14.

^b homil. de
 prodit. in
 da.

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. ult. 309
structio : quos pretiosorum marmorum
pompa delectat, & laquearium fulgentis
auri conclusio. Cognoscant Christum
omnium Dominum, quod locum, in quo
caput reclinaret, non habuit. Et ideo
cùm discipuli interrogant, & dicunt: *vbi*
vis paremus comedere Pascha? non illud
quod nostrum est, sed interim Iudæo-
rum. Et illud quidem discipuli præpara-
bant. Istud autem quod nostrum, ipse
constituit : & non solum constituit, sed
& ipse factus est Pascha.]

3. Carens itaque domicilio Chri-
stus, eosdem Petrum ac Ioannem in ci-
uitatem ablegat, ad quendam cuius fa-
mulum lagenam aquæ portantem in-
uenturi essent ad vrbis portas, vt eum
consecuti & donum introeuntes, patri-
familias renunciarent Magistri nomine,
instare sui discessus ex hac vita tempus,
ideoque cum Apostolis, non cum eo,
(quod singulæ familiæ singulos agnos
immolare astringerentur) sed apud eum
seu domi eius, Pascha immolare sub ve-
speram velle. Illum autem mox acquie-
turum prænunciat Christus, & ostensu-
rum cœnaculum grande stratum in quo

a apud
Sixtum l.
6 annot.
18.

b apud
eundem.
c in com-
pendio vi-
ta Christi
a. 11.

d Matth.
21. c. 26
e hom. 82.
in Matth.

pararent necessaria ad Paschæ celebra-
tionē. Mendicasse in hoc actu Christum,
diuinat Catharinus.^a Sed rectè negat Ca-
ietanus^b & Boudinius.^c Melius Euthy-
mius^d auctoritatem Christi hinc colligit.
Porro innominatū illum hominē, fuisse
de Christi occultis discipulis, cēsent nō-
nulli: quod Chrysofostomus non admittit,^e
cuius hæc est oratio. [Cur ad ignotū eos
hominem ire iussit? Ostendere quoque
voluit, potuisse ipsum passionis tormen-
ta euitare. Nam qui mentem illius verbis
solum induxit, vt ipsum cum discipulis
vellet suscipere, quid fecisset crucifigen-
dus, si pati noluisset? Pariter etiam de
asina fecit. *Si quis enim aliquid dixerit,*
inquit, dicite, quia Dominus, eius indiget.
Hic autē, magister dicit apud te cū disci-
pulis meis pascha facio, dicendū præcipit.
Ego verò non id solum admiror, quia
ignotus erat, sed illud multò magis stu-
peo, quia bellum acerrimum, & inimici-
tias primatum hac ex re incumbere sibi
videns, omnibus his neglectis, libenter
obtemperauit. Caterùm quia ignotus
erat, signum eis dedit, quale de Saule
Propheta dicēs: *Inuenies hominem ascen-*
den

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. ult. 311
dentem & utrem habentem. Hic verò,
aquæ amphoram portantem. Tu autem
perpende rursus, quomodò virtus eius
apparet. Non enim solum dixit, *apud te*
facio Pascha: Sed illud proposuit, *tempus*
meum propè est: Quòd fecit partim, quia
volebat crebrò passionis memoriam di-
scipulis inculcare, vt hac præmeditatio-
ne corroborati minùs turbarentur: par-
tim vt tam suscipienti, quàm Iudæis ac
cæteris omnibus ostenderet, quod sem-
per dixit; non inuitum se ad passionem
accedere. *Cum discipulis autem meis di-*
cit, vt & sufficiens fieret præparatio.] Vi-
delicet eorum quæ Exodi 12. distinctè
præscribuntur. In quam rem numerati à
Iuda ex oculis, Christi iussu, necessarij
nummi; ad agnum, lactucas, panes azy-
mos, & similia celebrationi necessaria
comparanda. Nam quod Dominus ille
domus ad quem Petrus & Ioannes able-
gati sunt de suo sumptus in Phasæ à Cri-
sto celebrandum liberaliter contulerit,
scriptura non dicit: & solum Christum,
Iudæ impensas necessariis in diem fe-
stum comparandis indicere, constat ex
Apostolorum sensu, de Christi ad Iudam

verbis in cœna extrema. Non est autem ipse Iudas ad hoc ministerium ablegatus, quod ratione procurationis conceditæ videri poterat satis consentaneum, ne homo intentus in facinus proditiōnis, Iudæorum Principes de loco celebrandi Phæse commoveret, & sacra illius cœnæ mysteria disturbaret. Hac ipsa namque ex causa quod notavit Theophilactus,^a & Euthymius,^b noluit Christus signatim indicare nomen illius patrisfamilias in cuius cœnaculo erat Phæse celebraturus. (Quanquam S. Ambrosius aliò id refert,^c nempe ad ignobilitatem & paupertatem hospitis, quam cœnaculum grande stratum videtur redarguere:) sed datis sufficientibus indiciis quæ Iudas non posset deprehendere, binos illos discipulos, ad innominatum hunc hospitem amandavit.

^a Luc. 22.

^b Matth.

26.

^c libro 10.
in Lucam.

de. 14.

4. Eos Christus, eadem die sub vesperam, vt Marcus^d prodidit, ad Phæse celebrandum, cum reliquis Apostolis inter quos Iudas erat, est consecutus. Ex quo videtur colligi probabiliter posse, nihil fuisse necesse, patrem familias, (cuiusmodi respectu cœtus Apostolici erat
Chri

Christus Dominus) immolare agnum:
sed dummodò ab aliquo ex familia, to-
tius familiæ nomine mactaretur, satis
fuisse ad legis impletionem. Nam si ve-
spere factò Christus venit, vt Marcus ait,
& vespere factò discubuit, vt testatur
Matthæus; videtur, cum venit, agnum
Petri ac Ioannis opera iam mactatum &
assum reperisse. Quanquam licet cum
Francolino, ^a non omnino exiguam lati-
tudinem in vespertino tempore agno-
scere, vt Christus præsens mactationi &
infixioni agni intra veru, instantis mortis
suæ figuram & ipse conspiceret, & disci-
pulis aperiret. Nam & infixionem illam
agni, typum crucifixionis fuisse, præclarè
in hunc modum tradit Iustinus agens
cum Tryphone Iudæo [Illud quod agnus
totus assari iubetur, crucifigendum Chri-
stum significabat. Siquidem agnus ille, in
crucis formam expansus, assatur. Alter
enim rectus paxillus, ab imo vsque ca-
put traicitur, alter item transuersus per
occiput, cui armi agni alligantur.] Itaque
ita perfodiebatur agnus, veru in truncum
corporis immisso, vt tam priores eius pe-
des, qui manus referunt, quàm postero-

*a l. i. de ho-
ris Cano-
nicis c. 20.*

res, bacillis in volas infixis, diuaricati extenderentur. Vnde veru crucis stipitem, bacilli verò transuersum lignum apertissimè designabant. Et est qui obseruet, nescio quid vulnerum perpetuò gerere agnos, in mediis pedum volis: non dissimili ratione quàm Christus verus agnus, fixuras clauorum etiam rediuius, manibus & pedibus, innocentiaè confixæ illusterrimum monumentum, perpetuò prætulit.

Quòd autem ad vesperam prædictæ diei, immolatū agnum dixi, magnis omnino sacramentis grauidum, agnoscunt Patres. Pulchrè author operis de Christi oper. card. ^b [Certa data est ex lege distinctio, quæ esset Paschalis oblatio, & tempus, & locus, & modus, quando, vel vbi, vel quomodò sacra deberet hostia immolari. Victima, agnus, locus, vna per singulas familias domus, caro non elixa, sed assa, hora vespertina. Hæc cum eo tempore fierent in figura, quod nos in veritate agimus, typicè loquebantur. & disrupto in Christi morte templi velamine, verus agnus solus inter filios hominum sine macula Christus, ætate vltima,

^a Franc.
Lucas
Matth.
26. v. 19.

^b serm. de
resur.

ma, in qua mundi vesperascit conditio, ab vna populi Christiani familia, in vni-
tate Ecclesiæ, assus in Cruce, proiectis
foras hæreticorum fermentis, sinceræ fi-
dei solidata compagine, inconsumptibi-
liter editur, creditur, & tenetur. Noua &
vetera sub hoc nomine conuenerunt.]

5. Illud de vltima ætate mundi, no-
tatum quoque est à S. Cyrillo ^a qui quin-
tam diem qua Christus vltimam cœnam
cœnauit, & typicam ac veram filiorum
Dei escam exhibuit, probè respondere
ait, cum quinta, id est postrema mundi
ætate.

Quomodo verò figura, expresserit
quod prænuñciabat discite ex Ambro-
sio ^b ad illud *adiuuabit eam Deus manè*
diluculo, sic enim scribit. [Vide myste-
rium, vesperè passus est Christus. Ideò &
secundùm legem ad vesperam agnus oc-
ciditur: manè surrexit. Sic enim scriptum
est: *vna autem Sabbathi, venit Maria*
Magdalene, prima luce ad monumentum,
cum adhuc esset obscurum, & vidit lapi-
dem amotum ab ostio. Ad vesperam mun-
di occiditur, deficiente iam luce: quia in
tenebris erat hic totus mundus, & ma-
ior

a l. 3. de
ador. pag.
62.

b in psal.
45.

ioribus fuisset tenebrarum squaloribus inuolutus, nisi Christus nobis è cœlo lux æterna venisset, innocentiae tempora generi refusurus humano. Passus est ergo Dominus Iesus, & sanguine suo nostra peccata donauit, lux refulsit conscientiae purioris; & dies resplenduit gratiae spiritualis. Vnde & Apostolus ait; *nox praecessit, dies appropinquauit.*]

a orat. 42.

Nazianzenus ad eandem mentem. ^a [Nos agnum comedemus, ad vesperam quidem, quoniam in saeculorum fine Christi passio contigit, quando quidem vespere quoque, peccati videlicet caliginem discutiens, discipulis sacramentum impertit.] Egerat paulò ante de agno illo, Christi typo, præclare de more ac sapienter. Pulcherrimè quoque de vespera diei praesignante mundi vesperam in huius Sacramenti institutione, Etherius & Beatus disputantes aduersus Elipandum. ^b

b lib. 1.

6. Nihil admodum in superioribus obscurum occurrit, præterquam quod de die quo Christus agni esum & Paschæ celebrationem peregit, positum est. Qui cum sit cardo, quo vertuntur omnia quæ de multiplicibus Christi in Iudam

offi

officiis, & extrema miseri rabie constituti sumus, operæpretium est vt diligenter stabiliatur, & discussis offuciis quas aliqui offuderunt, luce liquidiore perfundatur. Obseruandum ergo in primis est, quod optimè tradit Theorianus,^a & attigit quoque S. Ambrosius,^b Episcopis Æmiliæ de legitima Paschatis celebratione doctrinam tradens, aliter apud nos numerari menses, quàm olim apud Hebræos. Constat enim mensem apud Hebræos inchoari & numerari semper à nouilunio: Idémque apud eos esse primam, secundam, tertiam lunam, quod primum, secundum, tertium mensis diem. Porro primus Hebræorum mensis, quo celebrandum erat Pascha ex lege lata Exodi 12. is est in quo est principiū veris, quod inter nostrū Martium & Aprilē eadit. Huius primi mensis die 14. immolandum erat Phase. Quāquam si dies illa decima quarta mēsis lunaris, præteriisset ante venum æquinoctiū, tunc mēsis ad quem luna illa decima quarta pertinebat, non habebatur anni primus, sed vltimus: ac proinde ea luna decima quarta, non erat Paschalis, quia nō erat luna decima quarta mensis primi: sicut fuisset, si æqui-

^a legat. ad Armen.

pag. 33.

^b epist. 83.

noctium cecidisset in ipsam decimam quartam Lunam, vel in quamcumque aliam antecedentem. Hanc fuisse diuinam institutionem, *ve* primus mensis Hebræorum in ordine ad celebrandum Pascha, is censeretur, cuius luna decima quarta caderet in ipsum æquinoctium, vel proximè post illud, tradit disertè Anatolius Laodicensis apud Eusebium,^a & Beda,^b quibus latè astipulantur Pererius,^c Azor,^d Cluius,^e ac Suares.^f Itaque decimaquarta die primi mensis lunaris, non autem vlllo anteriori die, immolabatur Phase apud Hebræos, & simul dabatur initium festo azymorum. Quæ causa est, cur sæpè festum azymorum, & festum Paschatis, seu celebratio- nis Phase, accipiatur pro eodem: etiamsi diuersa esse duo illa festà, perspicuum sit, cum ex eorum discriminibus quæ proferunt Toletus,^g & Suares,^h tum apertè ex cap. 23. Leuit. verbis illis. *Mense primo, quarta decima die mensis, ad vesperam, Phase Domini est, & die decima quinta, solemnitas est azymorum.* Initium ergo solemnitatis azymorum, fiebat ab ipsa vespera decimæ quartæ diei, & per septem

a 7. histor

c. 26. alias

28.

b l. de ra-
tione tēp. a

c. 43.

c in c. 12.

Exodi

disp. 1.

d t. 2. l. 1.

e. 3. & 4.

c in Ca-

lend. expl.

c. 1. & in

apol. l. 1. c.

1.

f l. de festis

l. 6. a n.

15.

g in c. 7.

Ioan. an-

not. 2.

h t. 2. 3. p.

d 40. f. 2.

septem dies perdurabat, exulante vnde-
cunque ex Hebræorum domibus, fer-
mento. Immolatio autem ac esus agni,
siue celebratio Phase, fiebat in eadem
posteriore vespera quartæ diei, primi
mensis Lunaribus: id est in ea vespera quæ
erat initium festiuium solemnitatis azy-
morum, non autem in anteriori vespera,
quæ diei quo Pascha immolandum erat
festiuium initium dedisset, si totus ille
dies festus foret. In quo non placent, qui
contrarium latè tradunt, Luysius Legio-
nensis, eiúsque gentilis Bassilius, ^a quos
latè reiiciunt Ribera, ^b Vasques, ^c Sua-
res, ^d & alij quos isti proferunt. Porrò
quod indistinctè dixi, immolationem &
esum agni, quibus celebratio Phase con-
tinebatur, fieri oportuisse in vespera Lu-
næ quartæ decimæ mensis primi; ita ac-
cipiendum est, vt esus agni immolati re-
stringeretur ad finè Lunæ quartæ deci-
mæ; ab initio scilicet noctis, diem quar-
tam decimam consequentis, vsque ad
noctem illam mediam, vt DD. passim
tradunt Exodi 12. Immolatio tamen, fie-
ri posset in vespera quartæ decimæ Lu-
næ, priusquam nox aduenisset: non tan-
tùm

^a opusculis
de legitimo
temp immo-
lationis
agni Ty-
pici.
^b l. 5. de
templo c.
^c
^d 3. p. disp.
172. c. 6.
¶ 11.
dt. 33 p. d.
41. f. 1.

a c. 129.
concor.
b Exodi
12.

tum in crepusculo nocturno, quod vix per horam durat, fuissetque tempus iusto arctius ad immolandum & assandum agnum, sed vel toto pomeridiano tempore diei decimæ quartæ, vt Iansenio placuit^a; vel vt Caietanus^b rectius tradit, inclinante iam die illa decima quarta, & ad occasum vergente, putà sub horam tertiam pomeridianam: quod tempus non rarò in scripturis nomine vespere designatur, ac nominatim Matthæi 14. & Luc. 9. Quia tamen esus agni præcipua actio erat totius illius mysterij, usque in vesperam pressè acceptã diei decimæ quartæ, atque adeò in festiuũ initiũ diei decimæ quintæ, & primæ azymorum, differendus erat, propterea Phase celebratio, diei decimæ quintæ assignari solet.

7. Vbi obiter notanda est polyonymia vocum *Phase*, & *Paschatis*: quarum prior, est vox Hebræa, posterior Chaldaïca, idemque significant. Nam propriè, significant festum institutum in memoriam transitus Angeli, percutientis Ægyptiorum primogenitos: In cuius etiam beneficij memoriam, erat tunc celebrandum & comedendum sacrificium

Phase

Que circa Iudam Christ. in cæn. ult. 321

Phasē, quod fuisse verum sacrificium, agnoscunt innumeri Patres apud Bellarminum^a. Aliàs verò extensa est vox Phasē seu Paschatis, ad designationem agni tunc immolati, ac etiam ad designationem dierum azymorum, quorum initium cum eo etu Phasē coniungebatur. Vnde ipsa luna decimaquarta, aliquando in Euangeliiis, à calce diei, legitur vocata prima dies azymorum. Tandem extensa etiam est ea vox ad significationem victimarum quæ per septem dies offerebantur. Ex quibus vides, rectè monuisse circa hoc S. Augustinum, ^b Pascha non idem sonare quòd passionem: nec deriuari à Græco verbo ^c πάσχα. Quomodo tamen apud plerosque inualuerit ea huius nominis notio, eleganter aperit Nazianzenus^c quem audire iuuerit.

[Hoc pascha, hoc inquam: magnum & venerandum, Pascha ab Hebræis iuxta eorum linguam nominatur: (quæ vox transitum sonat) historica quidem ratione, propter Israëlitarum ex Ægypto in Chananæam regionem, fugam & migrationem: Sin autem spirituales sensum spectemus, propter nostram ex his

^a l. 1. de Missa c. 7.

^b in Psal. 140. in fine & trac. 55. in Ioan. initio.

^c orat. 42.

inferioribus ad superiora, atque ad promissionis terram, progressionem, & ascensum. Quod verò in permultis Scripturæ locis accidisse comperimus vt vocabula quædam ab obscuriori sensu ad apertiore, atque à duriore sono ad elegantiore commodioreque immutata sint, idem hîc quoque contigisse animaduertimus. Quidam enim, salutiferæ passionis nomen hoc esse arbitrati, ac deinde per literæ ϕ in π , & χ in χ mutationem, hanc vocem ad linguam Græcam accommodantes, hunc diem Pascha nominarunt. Atque hæc vox postea, consuetudine atque vsu confirmata est, multitudine videlicet hoc verbum, vt magis pium, calculo suo comprobante. Hactenus Nazianzenus. Hæc omnia ab iis qui de Paschate ex instituto disserunt plenius confirmantur, quos inter videntur Serarius, ^a & Toletus, ^b Ribera, ^c & Francolinus ^d. Quantoperè autem ad institutum faciant, sequentia docebunt.

Sic constituta die celebrandi apud Iudæos Paschatis ex diuina lege, vt constet quo præcisè tempore Iudas calca-
neum contra Magistrum perfidissimè
leua

a in c. 5.

Iosue à 9.

16.

b in c. 13.

Iean. an-

not 3.

c in idem

caput.

d l. de ho-

ris canon.

c. 71. v. 72.

Quæ circa Iudam Christ. in cæn. ult. 323
leuauerit, addendum est, & Christum
Dominum ea die quam lex indicebat
Pascha celebrasse, & Iudæos qui eo an-
no Hierosolymis degebant idem præ-
stitisse, tempore per legem constituto.
In utroque puncto sunt qui reclamant,
ac proinde quod diximus, stabiliendum
breuiter est; ne quæ mox inædificabi-
mus, mole ruant sua. Christum itaque,
præstitutum à lege tempus celebrandi
Paschatis seruasse, atque ad eò exeunte
luna decima quarta primi mensis, (quæ
eo anno fuit quinta feria,) celebrasse
Phase, inchoata iam festiuitate azymo-
rum; non dubitabit, qui Christum per
omnem vitam legis obseruantissimum
nouerit: quem incredibile est, in extre-
mo illo vitæ actu, Iudæis in omnem ca-
lumniandi occasionem intentis, tam plau-
sibile calumniæ argumentum submini-
strare voluisse; consciùm quidquid ad-
uersus receptum usum aut legem fecis-
set, minimè celandum, cùm esset in ex-
cubiis proditor, & domestici eius apud
quem Pascha celebrabat, rei nouitate
perculsi renunciaturi haud dubiè essent
Sacerdotibus, quod factum à Christo

a repetit.
1. c. 7.

b Mar. 14.

agnouissent præter morem, & patria instituta. Itaque quod SS. Matthæus & Marcus, aiunt, discipulos ad Paschâ parandum à Christo missos primo die azymorum, ineptè quidam Sectarij à Sanctesio adducti, censuerunt^a accipiendum de primo die artificiali quo Iudæi vescebantur azymis: coacti inde, negare, Christum comedisse agnum Paschalem: & Paschâ ad quod parandum missi sunt discipuli, ridicula vocis improprietate peruertere. Sed vt optimè explicat Victor Antioch.^b accipiendum est de ipsa luna decima quarta, qua exeunte incipiebat celebratio Phase, & vsus azymorû, in nocte quæ habita ratione diei naturalis, spectabat ad lunâ decimâ quartâ habita autem ratione diei festiui consequentis spectabat ad lunam decimam quintam, qui erat intrinsecè primus dies azymorum, & festum Paschatis: vt propterea S. Ioannes cœnam Christi vltimam describens, dicat eam ante diem festum Paschæ, à Christo factam. Nimirum quia licet primus azymorum, idemque Paschatis dies, inciperet à vespe-

ra decimam quartam diem claudente,
vti apud nos pro officio Ecclesiastico as-
solet: tamen ea portio diei decimæ quar-
tæ exeuntis, siue noctis eam consequen-
tis, non erat propriè dies festus Paschæ,
aut dies azymorū solemnis. Sicuti etiam
apud nos, pars illa peruigilij in qua offi-
cium diei sequentis à primis vesperis in-
choatur, non est solemnis & festiua, nisi
ratione officij, non autem per cessatio-
nem à seruilibus, quod in Iudæorum fe-
stis similiter obseruatum, discimus ex Io-
sepho. ^a

8. Itaque nullum dissidium est, in-
ter Ioannem, asserentem, Christum cœ-
nam vltimam cœnasse & agnum edisse
ante diem festum Paschæ: ac Matthæum
& Marcum, asserentes id factum prima
die azymorum. Quos aliqui Græci vt S.
Thomas refert, ^b per indignam Christia-
nis licentiam, scribendo falsos, & à Ioan-
ne correctos, garrunt. Reuerentiùs alij
quidam Græci, sed tamen incommodè,
vt Ioannem cum cæteris conciliarent,
finxerunt, Christum præscium impedi-
mētorum tempore legitimo celebrandi
Paschatis apponendorum, præuenisse

^a 16 an
tiq. c. 10.

^b in 4 d.
11. q. 2.
art. 2.

tempus lege constitutū, sicque ante diē festum Paschē vulgarem, & legalem, qui futurus erat exeunte luna decima quarta, atque adeo exeunte luna decima tertia quæ eo anno erat dies Mercurij, celebrasse Phase. Quod comminiscuntur, ut astruant Christum in cœna Eucharistica tunc celebrata, adhibere potuisse panem fermētatum, qui tunc, nondum inchoata azymorum festiuitate, minimè exulabat ex Hebræorum domibus. At hanc non esse Ioannis cum cæteris conciliationem, sed aliorum Euangelistarum apertam reiectionem, perspicuè liquet, ex eo quod disertè S. Marcus testetur, Christum fecisse Phase prima die azymorum. Similitérque ex eo quod S. Lucas, conceptis verbis dicat, Christum de parando Phase mandatum dedisse, cum venissent dies azymorum, quando necesse erat occidi Pascha. Neque iuuat hos Græcos quod Ioannes^a ait, Principes Sacerdotum, qua die Christus passus est, noluisse prætorium subire, ut non contaminarentur, essentque habiles ad manducandum Pascha, quod tamen iam Christus tunc manducauerat. Hoc in

inquam Græcorum causæ non commo-
dat. Nam Pascha, quod illi Iudæi vt man-
ducarent, ingressu prætorij abstinebant,
non erat agnus Paschalis, sed alia sacrifi-
cia quæ per septem dies azymorum fie-
bant; & vt habetur ex c. 16. Deuteron.
nomen quoque Paschæ fortiebantur.

Iam verò quod Iudæi quoque, in tem-
pore per legem constituto Pascha eo
anno celebrarint, perspicuum videtur
ex S. Marco qui disertè ait, Christum
primo die azymorum, *quando Iudæi
Pascha immolabant*, mandasse suis, vt Pas-
cha ipsi quoque pararent. Eadem est
communis Patrum sententiâ, quos latè
adducit Suares, ^a & Vasques, ^b ac Hen-
riques. ^c Fusè quoque pro hac parte dis-
putant Abulensis, ^d & Pererius ^e & Fran-
colinus, ^f ac Antonius Peres. ^g

9. Non me latet, in contrarium abiisse
graues recentiores Maldonatum, ^h Ma-
rianam, ⁱ Iansenium, ^k Ioannem Luci-
dum, ^l Catharinum aduersus Caieta-
num, ^m post Burgensem. ⁿ Censuerunt
enim, eo anno quo Christus mortuus
est, Iudæos ob aduentum Sabbathi sta-
tim post decimam quintam lunam, tran-

a r. 2. 3. p.
d 40 f. 4.
b d 172 3.
p. c. 5.
c l. 8. sum-
ma c. 10
d 2. p. de-
fensio.
e in c. 13.
Ioan. disp.
7. & seqq.
fl. de horis
Canon. c.
51. &
seqq.
g controu.
4. in Euañg.
cap. 8.
h in c. 26.
Matth.
i opusculo
de die
mortis
Christi c.
18.
k c. 12.
concor.
l tract. de
vero die
pass. Chri-
sti.
m l. 2. in
notis ad
comment.
in c. 14.
Marci.
n in addis.
ad c. 26.
Matth.

stulisse esum agni in lunam decimam
 quintam vespertinam, & luna decima
 sexta simul celebrasse festum azymo-
 rum, siue Paschatis, & Sabbathum: eo
 quod ex antiqua apud eos traditione,
 nunquam duo festi dies essent apud Iu-
 dæos continenter celebrandi, ne in tan-
 ta Iudæorum per dies festos vacatione
 à necessariis operibus, & ciborum para-
 tione, nimitum grauarentur duobus festis
 sibi continenter succedentibus. Idque vt
 sine incommodo contingeret, ferunt ca-
 lendarium Ecclesiasticum, ab iis quo-
 rum intererat, ita aptatum fuisse, vt si ad-
 uerterent Pascha iuxta cursum dierum
 Astrologicum, luna decima quarta inci-
 dente in feriam quintam, fore eo anno
 celebrandum feria sexta, numerarent
 initio primi mensis tanquam primam,
 eam lunam quæ numerari debuisset se-
 cunda, & sic consequenter: ita vt decima
 quarta luna, diceretur quæ astrologicè
 dici debuisset decima quinta, & in eius
 vespere faciendam indicebant immola-
 tionem Phase; sicque dies crastina, quæ
 erat prima azymorum & festum Pasche,
 concurrebat cum Sabbatho, atque ita
 non

non celebrabant simul duo festa. Ad impediendam igitur duorum festorum continuatam successionem, authores cum quibus agimus, sic factum putant eo anno quo Christus obiit. Videturque id posse confirmari, eo quod Pentecoste quæ à Iudæis celebranda erat die proxime consequente festum azymorum, incidit eo anno in Dominicam. At iuxta sententiam positam, Pentecoste Iudæorum, ac proinde etiam descensus Spiritus sancti quæ in ea contigit, incidisset in Sabbathum.

10. Sed hæc omnia nituntur ruinoso fundamento. Nempe mutationi festi & aptationi Calendarij ad vitandam successionem immediatam duplicis festi, ne populus nimium grauaretur. At constat eam mutationem, à Rabbinis non ita antiquis confictam, ignotam fuisse Hebræis antiquioribus, Philoni, Iosepho & aliis: qui etiam testantur duos festos dies continenter à Iudæis celebratos. Ita enim videre est apud Iosephum. ² Prætersum

verò populi grauamen, inane planè est. Licuit enim in festis quibuscūque, dempto Sabbatho, vt Francolinus ^b fusius pro-

113 an-
tig. c. 16.
bl. de ho-
ris canoni-
c. 65. 66.

sequitur, parare cibos, & operibus pietatis vacare, vt mortuorū sepulturæ, & ad id necessaria parare ac emere. Sicque festum Paschale, siue primus dies azymorum, dicebatur parasceue Paschæ, id est dies paschalis quo præparabantur necessaria ad Sabbathum incidens intra tempus paschale. Quod non video cur adeo improbarit scriptor pereruditus.^b

*b Dyenif.
Petavius
ad hanc
sim 51. S.
Epiphaniij.*

Tandem Pentecosten Iudaicam eo anno quo Christus obiit, incidisse in diem Sabbathi, nihil est quod vetet admittere: quamuis ex traditione certum habeamus, Pentecosten Christianam de qua agit S. Lucas,^c incidisse in diem Dominicum. Et ita plerique apud Antonium Peres.^d Potest tamen etiam dici cum Bellarmino,^e & Francolino,^f Pentecosten quoque Iudaicam incidisse in Dominicam: Quia cum secundus dies azymorū erat Sabbathū, dies qui interponendi erant inter Pascha & Pentecosten numerabantur tantum à tertia die azymorum. Sicque à die occisi agni veri, ad diem vsque Pentecostes, qui est dies vulgare solemniter Christianæ legis, dies quinquaginta interfluxerint:

*c Actuum
2. initio.*

*d Athen.
in Act. 1. c.
11.
e l. 4. de
Luch. c. 8.
f l. de horis
Canon. c.
84*

aque

æquæ ac olim à die immolatae ovis typicæ, vsque ad diem acceptæ in Sina legis, dies quinquaginta interfluxisse in huius mysterij præsignationem accuratè obseruat S. Augustinus: ^a tanti faciens huius mysteriorum veterum atque nouorum consonantiæ intelligentiam, vt exclamet. [Quis hanc lætitiã diuinorum Sacramentorum, cum sanæ doctrinæ luce clarescunt, non præferat vniuersi mundi huius imperiis, etiam inusitata fœlicitate pacatis? Nonne tanquam duo Seraphin clamant ad inuicem, concinentiã laudis altissimo: Sæctus, Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth: ita duo Testamenta fideliter concordantia, sacramentam concinunt veritatem Deo? Occiditur ovis, celebratur Pascha, & interpositis quinquaginta diebus, datur lex ad timorem scripta digito Dei. Occiditur Christus, qui tanquam ovis ad immolandum ductus est, sicut Esaias testatur. Celebratur verum Pascha, & interpositis quinquaginta diebus, datur ad charitatem Spiritus sanctus, qui est digitus Dei, contrariùs hominibus sua querentibus, & ideo iugum asperum & sarcinam

*a epistola
119. c. 16.*

cinam grauem portantibus nec inuenientibus requiem animabus suis, quia charitas non quærit quæ sua sunt.] Alia mysteria in his diebus pulchrè expendit Francolinus.^a

^a l de horis
Canon. c.

¶ 4. in fine.

^b Scachus
c. 33 myro.
theij.

II. Solida igitur, & manifestè ex Scripturis deducta ratiocinatione concluditur, Christum decima quarta luna exeunte immolasse Phasè, auspicante tunc vsu azymorum, & omnimoda fermentationi ex Hebræorum domibus exclusione. In quo, vt obiter hoc moneam, impigit qui recens scripsit, in cœna legali fuisse vsu fermentati panis.^b Indè que in rem nostram apertè concluditur, Iudam qui cœnam legalem cum Christo cœnauit, (vt apertè fert Evangelica historia) non abscessisse à Christo ante decimam quartam lunam exeuntem & initium festiuum decimæ quintæ, contra quàm statuebant qui de die celebrati à Christo Phasè aliter sentiebant. Item habetur, ea nocte lunam decimam quartam consequente, Iudam Christo deserto ad Iudæos abiisse, accepturum cohortem, & ea ipsa nocte exercuisse maleficium de quo ante illos dies pepigerat. Iudæis

Iudæis festi quod agitabant religione non absterritis à scelere, nec celebrationem Phase differentibus, vt possent per nefarium proditorem, tot studiis quæ sita iusti oppressione potiri.

Quod suppono, Iudam cœnæ legali vltimæ interfuisse, non negatur ab auctore libri de operibus Christi cardinalibus^a cum ait, [non potest furtiuus habens oculos, paschalibus solemnibus interesse. Nihil proditor & venditor magistri fermentator prophanus, commune habet cum azymis. Omnis immundus in anima, ad esum huius agni prohibetur accedere. Nulla ad hanc lætitiã perfidia recipitur. Omnis malignitas excluditur:] Hæc in Iudæ imitatores, non in ipsum Iudam; & in Pascha nostrum, non in legale cadunt. Nam ipsum quidem Iudam, affuisse cœnæ legali, disertè habet idem auctor his verbis.^b [Quãdiu cibi illi qui ad diem festum erant parati, à conuescentibus Apostolis sumebantur, veteris Paschæ agebatur memoria. Nec dum Iudas ad veterem vitam pertinens, diabolo inuadente & occupante animum eius, egredi cogebatur.]

hïc

*a serm. de
resurr. in
fine.*

*b serm. de
cœna Do-
mini.*

hic argumentum, suspiciendæ Christi bonitatis in proditorem ad eandem mensam admittendum, suppeditatur. Sed quod luculentiora supersint charitatis Christi in eundem indicia, verèque carbones ignis super impium caput congesti, non est quod in vestibulo diutiùs hærentes, adytorum inspectione excludamur.

12. Peracta ergo cœna legali, quicum familia erat numerosior, non explebatur fames vnus agni epulis, succedebat cœna vsualis & communis; in qua si fermentatum panem excipias, alij quicumque cibi lege permitti, inferri poterant. Hanc vsualem cœnam, dissentant nonnulli, vt Henriques⁹ refert. Sed sine villo fundamento eam sustulerunt. Imò non obscurè contra narrationem Evangelicam, vt idem author fusiùs expendit. Quanquam quod alij id patere ex inscullo siue embammate volunt, quod constat appositum Christi mentæ, cum tamen non posset apponi in cœna legali, quæ solo agno & lactucis agrestibus intybisque constabat; non est argumentum idoneum. Nam illud embamma in
quod

al. 8 c. 2.
n. 2.

quod azyma offa intingebatur, dici potest ex intybis & lactucis agrestibus confectum, deseruisse cœnæ legalj. Quod videtur sentire Serarius, ^a Patres & DD. quos latè profert Francolinus, ^b affirmantes Christum immediatè post agnitionem instituisse Eucharistiam, non excludunt cœnam vsualem quam nunc astruimus. Quia cum Eucharistia, inter cœnandum vsualiter sit instituta, ita vt etiam post Eucharistiæ institutionem, prorogata aliquandiu fuerit vsualis cœna, rectè censeretur & dici potest Eucharistiam fuisse institutam immediatè post esum agni: id est tempore cœnæ quæ immediatè subsequuta est esum agni typici. Ad cœnam hanc vsualem & vulgarem, recumbendum Christo & Apostolis fuit. Neque enim vti apud nos assolet, veteres assidebant, sed recumbebant: non quod omnino iacerent, sed quod subalaribus culcitris, (vt vocat Lampridius^a) cervicalibus inquam, primùm quidem pectori appositis, quo vtraque manus esset ad vescendum expeditior, proni decumberent, deinde verò procedente conuiuio, iisdem cubito appressis, medio

a opusc. de Paulo & Iuda parte vlt. n. 7.
b l. de horis Canon. c. 56.

a in Helio gabalo.

dio quodam situ essent inter sessionem
& cubatum omnimodum.

13. Quo porro loco Christus recu-
buerit, (quod ad cōsequentia iuuerit hīc
non fuisse,) attingendum breuiter est.
Antiquæ mensæ formam, instar antiquæ
literæ *origina*, semicirculum retulisse, in
confesso est. Inde enim lunata scriptum
testitudine signa, apud Martialem.^a Cir-
cum huiusmodi semicirculum, vt vox
triclinij docet, lectuli tres discubitorij à
cubicularibus discrepantes collocaban-
tur; extremi duo, & vnus medius. Ex quo
liquet, plura fuisse recumbentium loca:
Et inde etiam factum, vt non esset apud
omnes idem locus æquè honoratus:
quod Iustus Lipsius, ^b Stuchius, ^c Rade-
rus, ^d aliique obseruarunt. Rem breuiter
ex Plutareho ^e discimus, qui apud Persas
honoratiorem visum refert, & ab ipso
Rege accumbente occupatum, locum
medium, apud Græcos verò primum,
denique apud Romanos, medij lecti po-
stremum, quem idcirco consularem ap-
pellabant, apud Heracleotas verò eius-
dem medij loci primum. Qui item erat
apud Romanos locus honoratissimus,
cū

a l. 14. e.
pigr. 67.

b l. 3. an-
tiq. lect.
c l. 2. con-
nig. cap.
34.
d ad l. 6.
Marr. e.
pigr. 50.
e l. sympo-
sac. q. 3.

cùm aut Pontificales cœnæ dabantur, aut ipsi Pontifices adhibebantur conuiuiis vt Plutarchus quoque notauit. Iudæis ergo ad Romanum accumbendi morem se conformantibus, (vt & in cæteris, quantum per legem diuinam licebat, vsus suos ad rerum dominos, homines ad adulationem profusi non inuiti accommodabant:) erit cui videatur statuendū, medij lecti locum postremū aut primum, siue vt Consuli nostro, siue vt Regi sacrorū Christo, cum discipulis recumbenti, concedendum. Sanè Petrus Ciaconius, ^aBaronio Cardinali ^bannuente, seruatū à Christo in hac cœna omnem vsū à Romanis ad discubitus adhibitu, latè cõtendit. Itaque existimat, Christum summū locum medij lecti tenuisse, quem in Põtificalibus cœnis locū fuisse Regis sacrorum, ex Festo Gelliõque ^c præmiserat. Et quia in singulis lectis, conuiua qui anterior erat, recūbebat in sinu prioris, perspicuè habetur, qua ratione Ioannes in Magistri sinu recubuisse dicatur. Præiuisse autoribus prædictis videtur Mercurialis, ^d disputans de prisco accubitu, & delineationem triclinij

a tract. de triclinio à

pag 45.

b anno

Christi

34 Et vs

videtur

villalp. in

c. 23 E-

zech.

c pag. 25.

d l. s. gym.

naß. t. 23.

a l. antiqq.
obseru.

antiqui exhibens, forma altera parte longiore, ex veteri marmore. Gabriel^a tamen Simeon, ex alio vetusto marmore, exhibet forma perfectè triangulari cuius basim interfecaret mensa, duo hinc inde lecti laterales vallarent tertio ad trianguli conum locato.

b Abram
ad cap.

13. Nonni,
et Philipp.
2. ad hebr.
59.

cl. 39.

Aliis^b dicendum potius videtur, Christum in hac cœna locum patrisfamilias occupasse; qui erat supremus infimi lecti, vt Plutarchus suprâ docet: & causam reddit, vt paterfamilias, ex eo loco recumbentes in duobus lectis contiuas contueri ac affari, benignèque inuitare ad esum posset, & prospicere ministerio. Locus ille quo infra eum iacebant vxor & liberi, accommodatus erat, excipendis in sinu iis è familia quos amarent plurimum. Sic in nuptiarum ritibus seruatum, vt in mariti gremio iaceret noua nupta, iuxta Iuuenalem. Id quod etiam Catullus in Manlij epithalamio confirmat. Sed & Liuius^c ex Valerio Antiate, scribit, L. Quintium Flaminium inter pocula atque epulas, famosæ mulieri infra eum cubanti gratificantem attrahi iussum vnum ex damnatis, securi percussisse

Que circa Iudam Christ. in cœn. colt 339
 cussisse. Quod adeò amplificat, vt dicat,
 fuisse [Facinus sæuum & atrox, inter po-
 cula atque epulas vbi libare. Dij dapes,
 vbi benè precari mos esset, ad spectacu-
 lum scorti procacis, recubantis in sinu
 Consulis, mactatam humanam victimam
 esse, & cruore mensam respersam.] Quo
 loco, idem apertè est *infra cubare*, & *in
 sinu recumbere*. Sic igitur de Christi, & di-
 lecti discipuli in cœna vltima loco, con-
 stitutum volunt. Nam de cæteris quo lo-
 co recubuerint, diuinare non possumus.

14. Occurrit tertius modus expo-
 nendi recubitum Christi in hac cœ-
 na, & Ioannis ad pectus eius acclina-
 tionem: eorum nimirum qui dicunt, Chri-
 stum Dominum non in tricliniarium le-
 ctorum aliquo, vt hæctenus suppositum
 est sed in stibadio cœnam hanc vltimam
 cœnasse. *in stibados* vt disertè habet S.
 Chrysostomus ^a annuente vt videtur ^{abom 27.}
 Tertulliano ^b qui Christum cœnasse in ^{in 1. Cor.}
 lecto affirmat. Quam in rem breuiter re- ^{b l. de co-}
 colendum est, mēsas escarias, quod Var- ^{rona mil.}
 ro ^c tradit, quadratas primùm fuisse, po- ^{cl 4 de}
 stea tamen rotundas factas: Vnde & or- ^{lingua}
 bes dictas, ferèque tribus lectulis discubi. ^{Lar.}

toriiis ita fuisse stipatas, vt non ambirentur vndecumque, sed earum dumtaxat pars media ad figuram semicirculi. Et idcirco lectum sic ambientem, semitondum suggestum vocat Apuleius.^a Id, triclinium dicebatur, vsurpata ea voce non vt plerumque alias quod contra Seruium recte asserit Philander, ^b pro ipso conuiuij loco quem Tullius conclauem nominat:^c sed pro tribus illis lectulis circum mensam semitondam, quæ est triclinij notio frequens apud Plinium^d & alios. Tres ergo lecti discubitorij, circa orbem escarium, (Cibillam vocat Varro) ^e ita disponebantur, vt relicto inter singulos exiguo interstitio ad ministerij vel abitus aut accessus opportunitatem, mensæ dimidiam circiter partem ambirent. Hoc triclinium erat. Interdum tamen pro tribus lectulis discubitoriiis, duo circum mensam ad modum prædictum lectuli erant, quod biclinium dicebatur. Neque enim biclinium lectus erat in quo bini recumberent, vt Philander^f existimauit: sed vt ex Plauto^g perspicuum est, duo lecti in biclinio erant. Tandem interdum vnicus erat lectus

a l. 5. Miles.

b ad s. v. rruuic. 5. cl. 2. de nat.

d l. 34. c. 2. & 3.

e l. 4. de ling. Lat.

f l. 6. in Vitru. c. 5. & Bacchid. ult. 4. sec. 4.

Qu
disc
bat
ra e
Qu
por
quo
legi
tus,
ipfa
plic
re e
Phi
con
turi
my
con
bat
S
Do
dio,
hon
eius
vt n
ni I
Mai
dex
con

Quæ circa Iudam Christum in cœna. ult 341
 discubitorius mensæ applicitus, qui dice-
 batur stibadium aut stigma, à prisca figu-
 ra eiusdem literæ nostrum C. referentis.
 Quemadmodum Constantinopolitana
 porticus Iuliani, apud Zozimum^a, stigma alib 3.
 quoque, ab hemicycli figurâ nominata
 legitur. Quod autem Marcellus Dona-
 tus, ^b negat stibadia fuisse lectos, aitque
 ipsas mensas dictas stibadia, meritò dis-
 plicet Radero^c, qui de stibadio pro mo-
 re eruditè. Videndus etiam Sauaro^d &
 Philander^e. Erat ea mensæ forma per-
 commoda. Nam in binis stibadij curua-
 turis sedentes conuiuæ, respicere sese
 mutuo poterant. & ministerium à parte
 conuexa absquò impedimento præsta-
 batur. b ad Lam-
pridy 110-
liog.
c ad l. 14.
Mart. e-
fig. 77.
d ad Sido-
nij l. 2. e.
pist 2.
c ad 7 17.
trm. c. 3.
 Sunt igitur qui censeant, Christum
 Dominum, non in triclinio, sed in stiba-
 dio, cœnam ultimâ cœnasse. Vnde quia
 honoratissimus stibadij locus, erat cornu
 eius dextrum, proximus cornu sinistrum,
 vt manifestum est ex conuiuio Majoria-
 ni Imperatoris apud Sidonium^f in quo
 Maiorianus Augustus locatus habet in f. 1. epist.
11.
 dextro stibadij cornu, in sinistro autem
 consul Seuerinus; itèmq; ex conuiuio

de vita S. Martini

Maximi Augusti apud Sulpitium Seuerum atque Paulinum: Inferunt huiusmodi auctores, Christum Dominum in cena ultima occupasse cornu dextrum sibi ad ius, in dextero autem recubuisse Petrum; quod ut ex iisdem Augustorum conuiujs liquet, ordine secuti fuerunt conuiuia feliqui, ita ut eorum postremus, in sinu Christi dextrum cornu occupantis recumberet. Et quia Ioanes per aetatem postremus erat, ei beata sorte cessit, recubitus ille postremus in sinu Magistri, dextrum sibi ad ius cornu tenentis, ibique a Petro e regione locato, recta conspici & nutu, ad querendum de proditore, prouocari potuit. Ita de loco in quo Christus recubuit in cena ultima statuit Sirmondus ad Sidonij proximè notatam epistolam, prolatis Chrysostomo, & Tertulliano, locis iam indicatis, in superque masino opere Capuano, quo Desiderius Abbas Cassinensis, postea Victor de cena Dominicam expressit. In eo enim Christus, cernitur non in medio sibi ad ius Apostolis hinc inde stipantibus latera, prout à nostris pictoribus representatur, sed in dextero cornu signatis.

Mihi

fitis
tur
cer
que
cea
om
pl
vel
mil
cea
stū
fitis
arg
mo
circ
dit
idci
re,
rum
esca
Ne
tion
enit
tran
ut fi
duo

15. Mihi auditis omnibus propo-
sitis hac in re dicendi modis, illud vide-
tur statuendum, nihil de hac re vniuersa,
certò vel etiam ita verisimiliter, vt ab-
sque improbabilitate refragari non li-
ceat, statui posse: atque adeò existimo,
omnes sententias propositas, incertis
planè fundamentis nixas, nihil habere
vel vsquequaque certum, vel ita verifi-
mile, vt intercedere prudenter non li-
ceat. Supponitur enim in omnibus, Chri-
stū cœnasse lectis Romano more dispo-
sitis. At hoc incertum est, & nullo valido
argumento stabilitur. Hebræis enim in
morè fuisse lectos sternere accubitales,
circum mensam in modum coronæ, pro-
dit ex antiquis Delrius: ^a notans solitos
idcirco Hebræos, cœnaculum nomina-
re, *Bethhamittoth*, id est *domum lectulo-
rum*; à multis lectulis circum mensam
escariam, coronæ in modum constratis.
Nec opponas, eam lectulorum disposi-
tionem obscuram ministerio. Exiguum
enim spatium vacuum, inter lectos ad
transitum diætariorum interiacebat, sic-
ut fiebat in Romano antisigmate, quod
duobus lectis vnum veluti circulum

^a in c. 1.
Cant. sect.
3.

conficientibus, & mensam orbicularem coronæ in modum cingentibus constabat, modica dumtaxat relicta intercapedine, ad obeundum mensæ ministerium, & subeundum in lectos, indeque idigrediendum. Quid si ergo Hebræi, gens contumax, & vsuum patriorum ad stuporem retinentissima, Romanis rerum dominis ea in parte ablandiri non sustinuit, præsertim in cœnis sacris, vnde prophani omnes exulabant, sed pro veteri in suos vsu, neque triclinia, neque stibadia, sed antistigmata mensis circumdabat?

Gratis autem, & absque probatione, admissio apud Iudæos, etiam in cœna Paschali & sacra, vsu lectos disponendi inter Romanos frequentiore, vnde potest vel coniectura patere, quod Christus in triclinio potius postremum cœnauerit, quàm in sigmate, siue stibadio, aut viceversa? Neutrum profectò statui potest, ac ne verisimiliter quidem. Leue enim & prorsus imbelle est, quod aiunt qui stibadium eligunt ex Chrysoptomi, Tertulliani, & Victoris secundi auctoritate. Procliuè enim est dicere, S. Chrysoptomum

Qu
stom
ris, q
tur, q
se pro
Tert
produ
cam n
ctulo
(vt di
que v
quam
affirm
naban
lecto
autho
longè
quod
diuina
plusqu
stitit,
nes, &
Euthy
tem in
gione p
diffimu
Christi
16.

stomum ratione habita vsus sui temporis, quo frequentius stibadia vsurpabantur, agēdo ad populum, stibadium dixisse pro triclinio. Nec aliud fortassis voluit Tertullianus, qui in eandem sententiam producit, ^{a l. de concordia milit.} eo quod dixerit, [Agnoscācam necesse est, & recubentem in lectulo Christum.] En *lectulo*. Sed quid si (vt dixi,) vsus sui temporis notat? Neque verò negat, alios fuisse lectulos quamuis in vnico Christum recubuisse affirmet. Non enim qui in triclinio cœnabant, vbi plures erant lecti, nisi in vno lecto recumbebant. Multo minus vrget authoritas Desiderij seu Victoris, qui longè seriùs vixit. Quare vt dissimulem quod hæc sententia circa Petri sedem diuinat, cum locutio eius ad Ioannem si plusquam nutibus aut succussione constitit, (vt non obscure insinuat ipse Ioannes, & affirmāt Chrysostomus, Cyrillus, Euthymius, Toletus, aliique) accubentem in eodem lecto Petrum, non è regione positum prodat: Vt hoc inquam dissimulem, nihil video quod cœnationi Christi in stibadio astipuletur.

16. Aliunde tamen nihil quoque

occurrit, quod eam validè euertat, vt visum non nemini ex autoritate Seruij, ad illud primi Æneidos,

---Aurea composuit sponda

qui negat antiquis compertum fuisse vsum stibadiorum verùm hoc meritò à Radero^a repudiatur, cum Theocritus & Plato quos profert, stibadiorum meminert. Vnde præterea disijcitur, quod ruinoso illi fundamento in edificatum à Ciaconio est, de vfu stibadiorum tum primùm inuecto, cùm mensæ citreæ quæ rotundæ erant, in maximo pretio apud omnes esse cœperunt. At hoc non tempore Martialis primùm factum, vt volunt qui tum primùm cœpisse stibadia affirmant, eo quòd vix vllus Latinorum ante eum stibadij meminert, sed longè ante contigit: vt ex Tertulliano discimus, citream Tullij mensam rotundam pretij immensi referente.^b Præterquàm quòd iam olim, vt præmisimus, mensæ omnes escariæ orbiculatæ & rotundæ erant. Itaque ratio qua probant nouitatem stibadiorum, confirmantque eam Christi tempore non fuisse in vfu apud Romanos, & Romanorum imitatores

a ad l. 14.
Mart. e.
pig. 77. a.
lias 87.

b c. 5. de
pallio.

Quo
tores
proba
ex qu
cuit.
Fo
de Ch
videtur
nem r
tamen
ra, &
uas di
ain au
pra pe
veluti
posuit
traditi
bis qu
bo imp
ei à fo
tres ali
nem a
cet ho
tiam p
non po
cumbe
cornu
lum ap

tores Iudæos, ea inquam ratio potius probaret, stibadia iam olim fuisse in usu: ex quo scilicet in mensis rotanditas placuit.

Fortius secundo eandem sententiam de Christo in stibadio cœnante, vrgerè videtur, quod inde sequi videatur, Ioannem nõ recubuisse in Christi sinu quem tamen ei locum tribuit disertè Scriptura, & toties celebrant Patres, prærogatiuas dilecti discipuli exponentes. [Verbi am auit ybera (inquit Nyssenus ^a) qui su- a homil. 1.
in Cant.
in fine. pra pectus Domini in cœna recubuit, & veluti quandam spongiam cor suum apposuit fonti vitæ, & ex ineffabili quadam traditione repletus Christi mysteriis, nobis quoque exhibet mammillam à Verbo impletam, nõsque implet bonis quæ ei à fonte sunt indita.] Eadem passim Patres alij, tradentes in eo recubitu S. Ioannem audiuisse arcana verba quæ non licet homini loqui. Et tamen iuxta sententiam propositam, videbitur S. Ioannes, non potuisse in Christi Domini sinu recumbere. Is enim qui dextrum stibadij cornu tenebat, sinistro cubito ad lectulum appresso nitebatur, vt dexteram ei bis

bis admoueret, quod Sidonius disertè
habet verbis illis de Maioriano Augusto
[læuum latus in dextro margine porri-
gebatur.] Itaque sic nixus neminem in
finu recumbentem habere poterat: Et
idcirco Maiorianus cui Sidonius in con-
uiuio accubabat, ad eum ceruicem con-
nectere opus habuit, collocuturus. Po-
test tamen huic nodo adhiberi cuneus:
dicendo, vt Mercurialis supra notauit, i-
nitio quidem cum nudum expleta esset
fames epulis, eum qui dextrum sigmatis
cornu tenebat, recubantē in sinu habuisse
neminem: postmodum tamen sub cœ-
næ finem, aut cum nonnihil à mandu-
cando cessassent, narrandi aliquid gra-
tia, situm mutasse: iuxta illud Iuuenalis,

a satyr. 4.

---Plurima dixit

*In leuam conuersus, at illi dextra iac-
bat*

Bellua.

Notum & illud Flacci,

*Languidus in cubitum cum se conuiuia
reponet.*

b 1. sym-
pos. 9 6.

Vnde apud Plutarchum ^b Iratio reddi-
tur, cur cœna ad finem vergente, laxius
recumberent conuiuæ. Nimirum quia
initio

initio
culis p
to plu
saturi,
fese. C
nu Do
disere
intellig
badio
ibi que
tro è r
Adde
Ditma
badio
emine
bant:
terorum
flecti
ferri vi
mam in
nu rec
que ali
firmet.

triclini
quid, v
in tricl

initio manum crebrius admouentes fer-
culis proni in mensam recubantes, mul-
to plus occupabât spatij, quàm cum iam
faturi, in cubitum ac latus reponerent
se. Quare quia recubitus Ioannis in si-
nu Domini, non nisi sub cœnæ finem, &
differente Christo notatur; non difficile
intelligitur, quomodo Christus si in sti-
badio cœnauit, Ioannem sinu excipere,
ibi que recubans Ioannes, nutibus à Pe-
tro è regione posito admoneri potuerit.
Adde quod vt Petronius, ^a Festus, ^b &
Ditmarus, ^c obseruant, principes in sti-
badio, soli supra omnes, & loco cæteris
eminentiore, in puluinari summo iace-
bant: Vnde facile poterant respectu cæ-
terorum quem luberet situm tenere, &
flecti quaquauersum. Nihil igitur pro-
ferri video, quod Christi cœnam vlti-
mam in stibadio, eiusque in dextro cor-
nu recubitum labefactet: Tametsi ne-
que aliquid est, quod eum validè con-
firmet.

17. Si verò cœnasse Christum in
triclinio dicamus, quominus certi ali-
quid, vel admodum probabile, circa eius
in triclini o locum affirmare liceat; facit,
hinc

^a in Saty-
rico.

^b v. ordo

Sacerdoti.

^c 4. Chro-
nic. in O.

thone I.

hinc Christi dignitas, inde persona quam inter suos sustinebat. Et dignitas quidem omnium eminentissima; ac plusquam Regia & Consularis, honoratissimum ei locum meritissimo vendicabat. Idem tamen cum inter suos cœnaret, quorum erat veluti Paterfamilias, & præses domesticus, locum Patrisfamilias occupare debuisset videtur. Quis verò hic locus fuerit, & an distinctus à Consulari in eo euentu, ambigi potest. Nā cum aderant externi, debebatur eis sanè iure hospitij locus honoratissimus: idque seruatum in Christo volunt in cœna apud Simonem, cum hospitij iure, tum etiam ne si in medio quopiam lecto recubuisse diceretur, non esset, loco ad excipiendum piæ mulieris officium in vngendis pedibus, opportuno. At cum externi non aderant, solaque cum patrefamilias recumbebat domestica cohors, quæ ratio patitur, vt paterfamilias locum honoratissimum cuiquam alteri è suis deferret, ipse loco abiectiore recumberet: Quare cum Christus & inter suos eminentissimus esset, & patremfamilias ageret; exclusus à suprema cœna externis omnibus,

Quæ
bus, ni
omniu
simili
Sec
quod
extern
cum v
Ex quo
quo e
ctum p
rant; v
retur: e
bente
eum lo
adhibi
nempe
comm
omnib
& affar
uitaret
locus i
tamen
ex Plu
ruptior
lectum
primu
lius, or

bus, nihil est quod ei locum consularem omnium honoratissimum abrogare verisimiliter possit.

Sed neque tamen aliquid esse video, quod patrifamilias locum, si abessent externi, alium fuisse persuadeat quam cum vnâ recumbebant soli domestici. Ex quo enim patrifamilias addici in aliquo euentu locum à Consulari distinctum par fuit; cum scilicet externi aderant; vsu induci potuit, vt semper retineretur: ea quoque ratione locum tunc habente, quam Plutarchus assignauit, cur eum locum, externis ad mensam suam adhibitis, occuparet paterfamilias: ^{a in qq. conuiuial. problem 3.} nempe vt tanquam auriga ac rector, commodè ministeria intueri posset, & omnibus ita vicinus recumberet, vt eos & affaretur, & ad cibum sumendum inuitaret, cum res ferret. Et erat quidem locus ille minùs honoratus, sed neque tamen despiciatissimus. Docemur enim ex Plutarcho, ^{b in Brn. 10.} Faonij in conuiuium irruptionem inuerecundam describente, lectum triclinij despiciatissimum, fuisse primum, siue supremum: & inter loca illius, omnium vilissimum fuisse primum, quippe

quippe à Consulari loco, & à loco patrifamilias remotissimum. Quid quod patrefamilias, loco inter suos honorem præstare quocumque accumbere voluisset, non à loco honorem quærere oportuisse, ratio suadet. In tanto igitur opinionum circa hunc Christi locum incerto, pronunciandum ex vetere formula censeo, N.L.

18. Legali ergo cœna stando peractâ, recubuit Christus vno aliquo è modis prædictis, cum discipulis, vt cœnam vulgarem cœnaret. Cùmque iam ad eam inchoandam recubisset sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiit & ad Deum vadit, surrexit à cœna: non quòd iam fortassis comederet, sed quòd vel iam comederet, vel ad comedendum, & ipse, & cæteri omnes, (inter quos etiam Iudas,) recubissent. De industria enim Christus, mox surrecturus recubuit, vt omnibus recumbentibus, (quod nemo ante ipsum facturus fuisset) posset locus esse ministeriis quæ obiturus erat. Quod autem iam recubisset ad vsualiter cœnandû, etiam si fortè nondum cœnaret, dici potuit à cœna

na su
etiam
auoc
qui C
cœna
nius,
Suare
existi
fert, q
tisse,
runt M
carius
videtu
bus &
quasi
cumb
Itac
muni
stione
quis ce
aliquo
multu
intellig
factam
transac
cùm D
discipu

na surgere. Qui enim iam accumbit, etiam si nondum vescatur cibis illatis, si auocetur, dicitur à cœna surgere. Sunt qui Christum velint dictum surrexisse à cœna legali, in qua recubuerit. Ita Baro-
nius, ^a Ribera, ^b Basilius Legionensis, ^c Suarez. ^d Sed hoc repugnat communi existimationi, haustæ ex Philone, ^e quæ fert, qui cœnam legalem cœnabant, stetit, non recubuisse. Quod etiam asserunt Nyssenus, ^f Chrysostomus, ^g ac Marcarius Chrysocephalus. ^h Et perspicuum videtur, homines calceamenta in pedibus & baculos in manibus gestantes, quasi ad iter instructos, non debuisse recumbere sed potius stare.

Itaque surrexit Christus, à cœna communi nondum inchoata, quoad comestionem, aut quod cum nonnullis anti-
quis contendit Toletus, ⁱ ab ea iam per aliquod tempus inchoata, de quo nolim multum contendere. [Non ita debemus intelligere (ait S. Augustinus) ¹ cœnam factam, veluti iam consummatam atque transactam : Adhuc enim cœnabatur cum Dominus surrexit, & pedes lauit discipulis suis] Nam postea recubuit, &

^c a anno 34.
^b l. 1. de
temp. lo c. 3.
^{n.} 45
^c opusc. de
temp. im-
molacionis
agni Typi.
ci c. 38.
^d r. 3. p.
d. 41. f. 2.
^e l. de sa-
crif. Abelis
& Caini.
f. l. de vita
Mosis cir-
ca mediū.
^g hom. 60.
ad pop. &
hom. 23 in
ad ephes.
v. 82 in
Marth.
^h hom. de
crucis ex.
alt
ⁱ Ioan. 13.
annot. 7.
l. tract. 52.
in Ioan.

buccellam suo traditori postea dedit: utique cœna nondum finita, hoc est, dum adhuc panis esset in mensa. *Cœna ergo facta*, dictum est, iam parata, & ad conuiuantium mensam vsunque perducta.] Surgit ergo eo pacto à cœna Christus, & omnibus perstare iussis, ut animos Apostolorum erigeret ad mysteria mox inter cœnandum perficienda, ponit vestimentum superius, & cum cepisset linteum, præincit se: deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & abstergere linteo quo erat præcinctus.

19. Est qui scribat, huiusmodi ablationem pedum rem fuisse in conuiuio perpetuam. Cum enim conuiuaturi ante conuiuium adirent balnea, indeque exeuntes, soleas assumerent, ut quas à balneo ad cœnaculum soleati contraxissent sordes eluerent; statim cœnaculum ingressi, depositis soleis lauabantur pedes, affusa aqua. Vnde illa Christi expositio, *aquam pedibus meis non dedisti.* Et ad Apostolos, *qui lotus est nimirum adhibito antea balneo, non indiget nisi ut pedes lauet.* Ea igitur ex causa, quod no-

Qu
ua c
tion
apu
feru
baln
neur
nuò
uena

Ta
Et ill
Tu
Gu

Ita la
non v
Christ
nister
affunc
Nil
nere n
hibitæ
riam,
Christ
quid i

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. Ut. 355
ua cœna inchoanda esset, nouam ablu-
tionem à Christo præmissam dicunt, ut
apud molliores Romanos factum re-
ferunt in repotiis, nam & prius quàm
balnea adirent, cœnabant, & post bal-
neum concoctis balnei calore cibis, de-
nuò cœnam repetebant, iuxta illud Iu-
uenalis.^a

--- *Deponis amictum,*

*Turgidus & crudum pavonem (id est
indigestum) in balnea portas.*

Et illud Persij^b

*Turgidus hic epulis atque albo ventre
lauatur,*

Gutturè sulphureas lentè exhalante

Mephites

Ita latè Scacchus.^c Hæc si admitterem,
non vacaret hoc ministerium insigni
Christi Domini humilitate, in seruili mi-
nisterio obeundo, cuiusmodi illud erat
affundendi pedibus aquam.

Nihilominus existimo, lōgè plus emi-
nere mysterium abluitionis à Christo ad-
hibitæ, si eam ut reuera fuit, extraordina-
riam, atque adeò purè ad mysterium, à
Christo adhibitam esse fateamur. Nam
quid iam lotis in balneo timenda erat

^a Satyr. 1.

^b Sat. 3.

^c l. 1. my
rothecij 6.
33.

fordium collectio soleatis & calceatis.
 Adhibebatur quidem plerumque pedum ablutio cum balneum non præcellerat, ut sordes contractæ eluerentur. Ut tamen præmissio balneo pedibus affunderetur aqua, superuacaneum planè fuisset. Nec contrarium probant illa Christi verba, *qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet*: Lotus enim ibi, sumitur pro mundo ac nitente, etiam si proximè non præcessisset ablutio & balneum. Deinde ad summum concluderetur, ante primam cœnam à Christo factam, usurpata ab illo ac suis fuisse pedum abluitionem: non autem ad secundam, illicò adiunctam. Vfus verò repotiorum post balneum, excitata per balneum appetentia, non video quid promoueat iteratam illam pedum abluitionem. Præter quàm quòd Artemidorus, ^a repotia illa apud paucos viguisse tradit: Vtique apud Iurcones, quos si ad luxus accessionem, à balneo pedes lauuisse constaret, non est verisimile, à Christo in augustissima illa cœna, imitatione exprimendos. Itaque omnino refero ad mysteriū, quod Christus abluerit pedes discipulorum super cœnam

a lib. i. c.
 16.

Qua
 cœna
 tam,
 2
 tanta
 plices
 moni
 lans
 opus
 clinat
 stans
 contr
 minu
 de se
 cæter
 Chris
 genes
 modo
 ctus c
 discip
 in pel
 respex
 ri stes
 occur
 uit se
 mine,
 sum, n
 ipse a

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. ult. 357
cœnam: idque Apostolos, vt rem insoli-
tam, attonitos spectasse, non dubito.

20. Deficiunt verò verba quibus
tantam Dei viui abiectiōnem, dignè ex-
plicem. [Quod doces, facis (ait autor ser-
monis de ablutione pedum ^a compel-
lans Christum) vt quanti quæstus hoc ^{a apud}
opus sit, ex tua bonitate discamus, & in-
clinata ad pedes nostros altitudine tua, ^{Cypr.}
stans aduersus proximos, & erigens se
contra Deum, confundatur superbia ho-
minum: & ad humilitatem Dei, nouerit
de se humilia sapere lutum.] Non dispar
cæterorum Patrum sensus, qui ad hanc
Christi deiectionem, hærent defixi. Ori-
genes egregiè ^b [Vide in his (inquit) quo- ^{b tomo 32.}
modo magnus & glorificatus Sermo, fa- ^{in Ioan.}
ctus caro, seipsum minuat, vt lauet pedes
discipulorum. *Mittit enim, inquit, aquam*
in peluim. Atque Abraham quidem, *cum*
respexisset oculis suis, vidit, & ecce tres vi-
ri steterunt iuxta eum, quos cum vidisset.
occurrit eis de ostio tabernaculi, & incurua-
uit se versus terram, & dixit: amabo Do-
mine, si hanc gratiam à te impetrare pos-
sum, ne quæso prater eas seruum tuum. Non
ipse accipit aquam, non promittit se pe-

des eorum (qui veluti hospites aduenerant) lauare, sed inquit: Sumatur quæso aqua, & lauentur pedes vestri. Sed ne Ioseph quidem, aquam attulit, vt lauaret vndecim fratrum pedes, sed homo de domo Ioseph, eduxit ad eos Simeon, & tulit aquam vt lauaret pedes suos. At verò ille, qui dixit: *ego veni non tanquam qui recumbit, sed tanquam qui ministrat*, quique dicebat iustè, *discite à me, quia mitis sum & humilis corde*, ipse mitit aquam in peluim. Norat enim neminem sic posse lauare pedes discipulorum, qui venerant ad peluim appositum sibi à IESU.] Optime item his verbis S. Ephrem. ^a [Sequere Christum ad vltimam cœnam, in qua & discipulis suis sancta tradidit mysteria: prudentèrque considera, quo pacto ibi pedes discipulorum lauerit. Atque intra temetipsum alta puræ fidei consideratione permotus, ac cum timore admirans, dicito: Deus creator omnium, qui per suam gratiam ex puluere finxit hominem, ipse sui figmenti ac plasmatis pedes abluir. Ista tecum, ô frater, perpendens, infinitam ipsius bonitatem adora, & glorifica.]

a serm. de
natura
Dei non
scrutanda
2.3.

Cuius

Cuius cœlestis roris, hæc lauatio indicium esset pete ex S. Ambrosio, ^a mellitissimè id prosequente. Porro egregiè pro more Augustinus, ^b ab eo tantum Euangelista descriptam pedum Apostolicorū lotionem obseruat, qui Christum, vt ipse ibi latè versat, cæteris longè altius extulit, vt appareret verè dictum esse, *quanto maior es, humili a te in omnibus.*

21. Huic per Christū ablutioni discipulorum, interfuit Iudas, iuxta illud Christi post ablutos pedes. *Vos mundi estis, sed non omnes.* Cuius dicti hanc causam subdit S. Ioannes, *Sciebat enim quis esset qui traderet eum.* Contrarium videtur asserere Origenes. ^c Verū mysticè potius, & quoad effectum ea Christi lotionem præsignatum, videtur id diffiteri Origenes, quàm quoad ipsum lauandi actum. Prosequitur enim eo loco mysticam lotionem animarum à minutis sordibus, vt possint partem habere cum Christo: & quia Iudæ pars in Christo non fuit, ait eum ea lotionem nequaquam perfusum; eo planè sensu quo non pauci Patres, aiunt malos Eucharistiam non percipere; quòd quamuis sacras species denti-

^a in prolo.
ad libros
de Spiritu
sancto.
^b l. 4. de
consensu
Euang., in
ipso sine.

^c tomo 32.
in Ioan.

bus commolant, tamen vacui sint gratiæ,
& effectus, cui conferendo ea specierum
sumptio diuinitus destinatur.

a apud
Cyprianū.

Videbitur posse similiter exponi Au-
thor sermonis de ablutione pedū, ^a cum
ita scribit Christum alloquens in sermo-
nis calce. [Ad mensæ tuæ participatio-
nem, Iudas proditor est admissus, sed ab
hoc lauacro salutari exclusus, lauari in
fine non potuit, quia Apostolatus sui ho-
norem detestabili cupiditate fœdauit.
Quia verò apud te fons vitæ est, & mise-
rationum, quæ à sæculo sunt profunditas
infinita; quos abluisti Baptismo, quos la-
uasti sanguine tuo, quos semper lauas
quotidiana peccata donando, transfer à
paludibus sæculi huius, & luto vitæ præ-
sentis ad purgatissimum gloriæ tuæ re-
gnum, vbi nec scabies vlla, nec lippitu-
do, vbi nemo fluxum sanguinis patiens,
nemo immūds, vbi nullo amplius opus
est lauacro.] Quæ omnia sonare videntur
Iudæ exclusionem à sola mystica lo-
tione, de qua latè & egregiè eodem ser-
mone. Verùm quominus hæc interpre-
tatio, in illum authorem æquè ac in Ori-
genem cadat, obstat initium eiusdem
sermo

Que
serm
ta co
stril
tè de
xit,
eius,
confi
latun
huic
lotur
2 2
mus,
sti hu
di op
tera h
des ab
rum a
[Ante
lauit]
Optin
vel ad
ximè
& fan
omnil
grauit
sum n
prorup

Quæ circa Iudam Christ. in cæn. ult. 361
sermonis, quod ita habet. [Iam sacramē-
ta corporis sui Apostolis Dominus di-
stribuerat, iam exierat Iudas, cūm repen-
tē de mensa surgens, linteo se præcin-
xit, & ad genua Petri, lauaturus pedes
eius, ipse genibus flexis, Dominus seruo,
consummata humilitatis obtulit famu-
latum.] Itaque non licet inficiari visum
huic authori Iudam non fuisse à Christo
lotum.

22. Sed hoc admittere non possi-
mus, cūm sit contra omnes Patres, Chri-
sti humilitatem ex eo capite in huiusmo-
di opere suspicientes, quod præter cæ-
tera humilitatis ostenta, ad Iudæ se pe-
des abiecerit, eosque æquē ac cætero-
rum abluerit. Ita disertè Chrysostomus ^a
[Ante cœnam eius etiam (Iudæ) pedes
lauit] quæ repetit homil. de prodit. Iudæ.
Optimè item alibi. ^b [Quid facit nunc
vel aduersus proditorem? Qui enim ma-
ximè odio dignus erat, utpotè discipulus
& familiaris, & qui miracula viderat, &
omnibus interesse dignus habitus est, &
gravius peccauit: lapides quidem in Ie-
sum non iecit: neque in contumelias
prorupit: sed eum prodidit ac tradidit.

^a hom. 83.
in Matth.

^b hom. 69.
in Ioan.

Hunc quàm humanè accipiat, operæ precium est intueri. Lauit eius pedes, quo officio cohibere eum à scelere illo voluit. Atqui si voluisset, poterat eum arefacere, quemadmodum & ficum, & scindere, vt petras, & velum. Sed non necessitate, sed voluntate propria volebat eum à proditione abducere, ideò lauat eius pedes, neque hoc infœlix ille reueritus est] Disertè item S. Ambrosius, ^a lotum à Christo Iudam agnoscit.

a in psal.
40.

b. ract 55.
in Ioan.

Eadem Diuo Augustino mens sedit, quem repræsento. ^b [Cùm illi omnia pater dedisset in manus, ille discipulorum non manus, sed pedes lauit, & cùm se sciret à Deo exisse, & ad Deum pergere, non Domini Dei, sed hominis serui impleuit officium. Ad hoc autem pertinet, quod etiam de traditore ipsius, quia iam talis venerat, qui nec ab illo ignorabatur, proloqui voluit; vt hoc quoque ad maximum cumulum humilitatis accederet quòd etiam illi non dedignatus est pedes lauare, cuius manus iam præuidebat in scelere. Quid autem mirum si surrexit à cœna, & posuit vestimenta sua, qui cùm in forma Dei esset, semetipsum
exina

exinaniuit? Et quid mirum si præcinxit se linteo, qui formam serui accipiens habitu inuentus est vt homo? Quid mirum si misit aquam in peluim, vnde lauaret pedes discipulorum, qui in terram sanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum? Quid mirum si linteo quo erat præcinctus, pedes quos lauerat terisit, qui carne qua erat indutus Evangelistarum vestigia confirmauit. Et linteo quidem vt se præcingeret, posuit vestimenta sua quæ habebat: vt autem formam serui acciperet, quando semetipsum exinaniuit, non quod habebat deposuit, sed quod non habebat accepit. Crucifigendus sanè suis expoliatus est vestimentis, & mortuus inuolutus est linteis, & tota illa eius passio, nostra purgatio est. Passurus igitur exitia, præmisit obsequia; non solum eis pro quibus erat subiturus mortem, sed etiam illi qui eum fuerat traditurus ad mortem. Tanta est quippe humanæ humilitatis utilitas, vt eam suo commendaret exemplo, etiam diuina sublimitas: quia homo superbus in æternum periret, nisi illum Deus humilis inueniret: venit enim Filius hominis
quæ

quærere & saluum facere, quod perierat. Perierat autem superbiam deceptoris secutus. Ergo humilitatem Redemptoris, sequatur inuentus.]

23. Subscribit præterea S. Anselmus,^a sic alloquens Christum. ^a [Nouissimè & iustum sanguinem tuum bone Iesu, in discipulo tuo, filio perditionis, triginta argenteis appretiati sunt, vt præcipitent animam tuam in mortem sine causa. Et te quidem perditissimi traditoris tui perfidia non latebat, quando in cœna ablutionis etiam coram ipso genu flexo procumbens, maledictos pedes eius veloces ad effundendum sanguinem tuum, sanctissimis manibus tuis atrectare, lauare, & extergere dignatus es. Et intento collo adhuc ambulas, ô terra & cinis: Adhuc superbia te supra te eleuat! adhuc impatientia te exagitat! Intuere humilitatis & mansuetudinis speculum, Dominum Iesum Christum, vniuersæ creaturæ factorem, tremendum iudicem viuorum atque mortuorum, ante pedes hominis traditoris sui, genua incuruantem. Discce quia mitis est & humilis corde, & confundere in superbia tua, erubescere

a in spe-
culo -
uang ser
moris c. 6.

Qua
besce
bri q
Iuda
aduer
ne, ca
Ino
ditor,
post e
fuit. C
lution
ftiam
se loti
Euan
cation
se à C
tres: N
nitela
præm
tradid
Dion
eruit I
quod
tione
los di
iam ob
stica i
cõmu

besce in impatientia tua.] Quæ initio libri quinti carminum de hac Christi in Iuda abluendo dignatione, Iudæ verò aduersus tantam bonitatem obduratione, canit Sedulius, mitto hîc referre.

Indubiè ergo lotus est à Christo proditor, nec cœnæ tantùm legali, sed etiam post eam, cùm lotio facta est, præsens fuit. Quod enim author sermonis de abluitione pedum aiebat, post Eucharistiam datam, & absente Iuda, factam esse lotionem pedum, non cohæret cum Euangelica narratione, nec cum significatione mystica ob quam adhibitam esse à Christo eam lotionem, docent Patres: Nimirum ad infigendum summam nitelam sacramenti illius participationi præmittendam, vt S. Bernardus pulchrè tradidit, ^a & succinit S. Anselmus. ^b Ex Dionysio Areopagita idem perpulchrè eruit Franciscus Turrianus, ^c explanans quod Dionysius Alexandrinus, ea lauatione, eruditos mysticè Christi discipulos dixerat. Eadèmq; etiam ex causam olim priusquàm abrogatio Ecclesiastica interuenisset, abluabantur pedes cõmunicaturis, authore D. Augustino. ^d

*a serm. in
cœna Do-
mini.
b l. 10. me-
ditat. in 1.
§ 8.
c in not
ad epistol
Dionysii
Alexan.
aduersus
Paulum
Samosate-
num n 24.
d epistola
119. c. 8.*

Com

Communicaturis inquam, non autem
iis qui iam communicassent: ut ea cor-
porea dispositione, homo interius aptari
ad Christi corporis communicationem
doceretur, quod fieri appositè ea lotionem
pedum, docet Rupertus. ^a Fuisse enim
symbolum mundandarum rore cœlestis
gratię animarum, egregiè omnino tradit
Origenes, ^b complutum rore vellus Ge-
deonis excutiens.

^a l 5. de
din. offic. c.
20.

^b homil. 8.
in Iudic. in
fine.

24. Voluit igitur Christus Domi-
nus, etiam proditorem, hoc humilitatis
& charitatis argumento mollire. Imò S.
Chrysostomus, factum ab eo lotionis
initium, ita docet. ^c [Mihi videtur, pri-
mum cum proditoris lauasse pedes, *cepit*
(inquit) *lauare*. Et inde venit ad Simo-
nem Petrum, qui dicit ei, tu mihi lauas
pedes? His (inquit) manibus, quibus oculo-
s aperuisti, leprosos mundaſti, mortuos
ſuſcitaſti? Habet enim hæc particula
magnam ſignificationem. Quare non
oportuit aliud dicere, quàm *tu*. Id per ſe
verbum ſufficiens fuit, quo omnia de-
monſtrarentur. Iure autem quiſpiam
quæreret, quomodò nullus aliorum la-
uari recuſauit præter Petrum? Quod non
parui

^c hom 69.
in Iean.

Qua
parui
ment
ante
de ve
admo
enim
ſtat, q
non e
gelista
te lau
primu
torem
Princ
impuo
geret
ſus mi
tem ſe
dictis
treme
Chriſt
teret.
henſu
more
[Non
quam
bat: ſe
dens 8

Qua circa Iudam Christ. in cæn. ult. 367

parui amoris fuit, & reuerentiæ argumentum. Quænam est causa? arbitror ante omnes proditoris pedes lauasse, inde venisse ad Petrum, à quo & cæteri admoniti sunt quid esset faciendū. Quod enim alium quempiam ante lauerit, constat, quum dicit: *Venit ad Petrum.* Sed non est vehemens in accusando Evangelista. Id enim verbum, *capit:* alium ante lauasse significat. Quod & si Petrus primus erat, credibile tamen est proditorem impudenter ante Apostolorum Principem discubuisse. Nam & aliunde impudentia eius ostenditur, cum intingeret cum magistro, & quum reprehensus minimè compunctus est. Petrus autem semel antea increpatus, & nunc his dictis ita cohibitus est, vt titubaret, & tremere, vt non deinde auderet ipse Christum interrogare, sed alium submitteret. Iudam autem frequenter reprehensum, nihil pudebat.] Subscribit de more S. Chrysofomo, Theophilactus. ^{a Ioan. 13.} [Non primùm lauat Petrum (inquit) quamuis primatum discipulorum gererat: sed fortè proditor quum esset impudens & inuerecundus, ante Petrum lotus est.

est. Vnde hoc manifestum: *capit*, inquit) *pedes discipulorum lauare & extergere, deinde venit ad Simonem Petrum.* Atque ita declarat quod non primò lauerit Petrum. Non enim dixisset, quòd venisset ad Simonem Petrum, sed alium quendam ante Petrum lauit. Ex aliis itaque discipulis, nullus sustinisset ante Petrum lauari. Proditorem autem hoc autum fuisse, possibile est. Nam si ab aliis discipulis cœpisset lauare quempiam, prohibuisset Dominum ille quisquis fuisset, & dixisset, quæ & Petrus, *Domine, tu meos lauas pedes?* & non permisisset. Non igitur vllum alium lauit priusquam proditorem, & deinde Petrum.] Idem tradit Euthymus^a verbis illis. [Quia lauare cœpit ac postmodum venit ad Petrum; apparet quod primùm lauerit pedes Iscariothæ: simul quidem beneficio afficiens, ac honorans proditorem suum vsque ad mortem, vt & nos similiter faciamus: simul etiã compungi volens illum, qui talia aduersus talem gubernatorem cogitaret.]

^a in c. 13.
Ioan.

^b *serm* 28. 25. Cyprianum in eandem sententiam laudat Pseudoaugustinus,^b Locum non

ad fratres
in cremo.

Qu
nō p
veru
din
tradi
ne h
omn
tuat.
qui a
lotos
rum
Chri
uerfu
num
per d
hīc t
ductu
merit
Cuius
Orige
randi
neat
rabilio
ultimu
timun
sus inc
& ab
dus, n
7

Que circa Iudam Christ. in cœn. ult. 367
 nō profert, & puto memoria falsum cū
 verus Cyprianus nihil vsquam de eo or-
 dine lotorum à Christo discipulorum
 tradidisse legatur. Qui autem eius nomi-
 ne habetur sermo de ablutione pedum,
 omnia alia asserat, & illotum Iudam sta-
 tuat. Proferri tamen posset Ambrosius, ^{a 3. de sã.}
 qui ante Petrum, alios discipulos asserit ^{gram. c. 1.}
 lotos. Vnde videtur multorum Græco-
 rum Patrum sententiæ adhæsisse, qui
 Christum in hoc ministerio ordinem in-
 uersum tenuisse docent: ita ut cū in
 numerandis Apostolis, alibi initium sem-
 per ducatur à Petro, tanquam à capite,
 hîc tamen initium humilis ministerij,
 ductum sit ab omnium infimo, & qui
 meritò semper postremus numeratur.
 Cujus mutationis hunc ordinem reddit
 Origenes ^b [Cur tandem cum in nume- ^{b tomo}
 randis Apostolis primum locum obti- ^{32 in Ioan.}
 neat Petrus (fortassis quia cæteris hono-
 rabilior, quoniam etiam verè omnium
 vltimus Iudas, ob malum affectum in vl-
 timum locum proiectus iacet.) Cū Ie-
 sus incepisset lauare pedes discipulorum
 & abstergere linteo quo erat præcin-
 ctus, non à Petro inceperit, sed ab illo. Ad

quod respondendum est, vt medicus plurimis infirmis subministrans iuxta artem medicinæ, initium medendi facit ab his qui magis vrgentur, quique peius affecti sunt: sic discipulorum sordidos pedes lauantem, incepisse à magis sordidis atque equidem fortassis ad Petrum postremò venit, quia minùs cæteris indigeret.] Ita quidem Græci Patres, nò pauci. Tamen S. Augustinus^a orsum Christum lauacionem à Petro ex contextu Evangelico satis verisimiliter colligit, eique alij Latini ferè adhærent.

^a tract. 56.
in iohann.

26. Vt ut sit, & siue Christus Iudam primò, siue Petrum lauerit, (nam variant hac in parte Patrum placita, & non pauci Petrum primò lotum affirmant, id quæ veriùs videtur, nec locus Ioannis quo Chrysofomum niti in contrarium vidimus, reuera vrget:) vtrumlibet inquam statuamus, potuit tanta magistri demissio, proditorem, nisi mens laua fuisset, auocare à concepto facinore, adiunctis præsertim lachrymis quas à Christo super Iudam fusas, author est S. Chrysofomus: ^b ita vt non tam aqua è pelui, quàm duobus è Christi facie fontibus prole-

^b hom. 52.
ad pop.

retur

Q
retur
qua
pra
ope
uita
iuxt
ber
Dom
Qui
funt
ex h
pit a
fit ta
quit
emp
bus i
quib
tuos
cisti
nequ
des, q
didæ
Pulch
tione
enucl
facto
quia p
red

retur. Reliqui certè discipuli, perinde quasi extasi tenerentur, vel mens aliò raptà peregrinaretur, (ait autor libri de operibus cardinal.) in stupore tantæ novitatis defixi hærent. Nominatim Petrus, iuxta S. Augustinum, ^b[quod etiam quilibet eorum expavisset, expavit, atque ait. Domine tu mihi lavas pedes? Tu mihi? Quid est, tu? quid est, mihi? Cogitanda sunt potiùs quàm dicenda, ne fortè quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua.] Non hæsit tamen ibi Theophilactus ^c[Vide (inquit) & Petri verba quantam habeant emphasim, tu lavas meos pedes manibus illis quibus oculos cæcorum aperuisti, quibus leprosos mundaisti, quibus mortuos suscitasti? Tu qui hæc & maiora fecisti; meos, serui imperiti? Et non manus, neque aliam partè honestiorem, sed pedes, qui extremæ omnium, maximè sordidæ partes ac ignominiosæ habentur.] Pulchrè item author sermonis de ablutione pedum ^d sic pauca illa Petri verba enucleatè specialitèrque Petri in hoc facto stuporem expèdit. [Petrus sciens quia perhibuerat ei testimonium, quod

a serm. de
ablut. pe-
dum.
b trakt. 56.

c Ioan. 13.

d apud
Cyprianum.

Filius Dei viui esset, & quia verba vitæ æternæ haberet, iudicans apud se indignum, & inconueniens, Sanctum sanctorum flectere genua ad pedes peccatorum, neuiquam (inquit) tu mihi pedes ablues, & huius humilitatis sustinere obsequium, non est nostrum, qui adorare debemus in loco vbi stant pedes tui, & satis est nobis, quòd sicut catuli de mensæ tuæ reliquiis manducamus, &c. Honor tuus Deus, iudiciũ diligit, & æquum est vt omnis terra adoret te, & in nomine tuo omne genu flectatur. Verũ quòd tu ante figmentum tuum curuaris, quòd seruis pedes ablois; non competit maiestati. Habebat in excusatione sua zelum Dei Petrus, sed non secundum sciẽtiam: & tolerabile aliquò modo videtur quòd humilitas suggererat, si non obstinatio resistere præceptori niteretur. *Non lauabis* (inquit) *michi pedes in æternum.* Ego, si oportuerit, me mori tecum, paratus sum, hoc enim debeo, hoc amplector, pro te libèter ceruicem porrigo percussori. Sed Deum meum & Dominum meum ad pedes meos profectum non patior, non audeo sustinere.] Gemina sunt quæ habet

bet f
nis se
milia
effab
milit
dent
Mag
inde
anim
figen
Iuda
demi
bito
mora
in sco
27
mo r
medi
macu
stibus
tur q
rum
retur
tatis
Pseu
[Don
traui

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. vlt. 371
bet fusè apud Bernardum, author sermonis secundi de cœna Domini. Non dissimilia reliqui Apostoli, silentes licèt ore, effabantur corde, & anxij quo tanta humilitatis Dei abiectio pertineret, collidentibus se inuicem pugnantibus erga Magistrum affectibus; hinc obediendi, inde impediendi voluntate, fluctuabant animis: amore tamen semper altius se ingigente & penitiùs radices agente. Solus Iudas in maledicto furore pertinax, nec demissione magistri mollitur, nec exhibitò amore flectitur; sed velut rupes immota, illisis fluctibus obduratior perstat in scelere.

27. Vidit hoc Dominus, & extremo morbo extremum adhibiturus remedium, nouum & potentissimum pharmacum admouet. Itaque resumptis vestibus recumbens denuò pauca interfacit quibus ad humilitatem & mandatorum obseruantiam discipulos cohortaretur, suæ præsertim in Iudam benignitatis & humilitatis exemplo, si credamus Pseudoaugustino. ^{a serm. 28.} Sic enim loquitur ^{ad fratres} ^{in cremo.} Dominus lotis eorù pedibus iterum intravit mensam, & ait, scitis quid fecerim



vobis. Si ergo ego Dominus & Magister, laui pedes vestros, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Si sum Magister, discite à Magistro. Si Dominus, erubescat hæc despiciere seruus. Si iã peperci proditori, & vos parcere studeatis. Si ante eum genu flexi, humiles ante aduersarios estote. Si me ab eo permisi osculari, & vos maxillam præbere dignemini. Si proditorem amicum vocaui, & vos inimicum amicum vocare corde & opere non dedignemini, quia non est seruus maior Domino suo.] Posthæc cœnam vsuales vt cibo suos reficeret adorsus cum eis, paulò post condit Nouum Testamentum. Id est interprete Damasceno, ^a instituit sacramentum Eucharistiæ inter cœnandum vsuali hac cœna, in quam cadunt illa Matthæi *cœnantibus illis*: & illa Marci, *manducantibus illis*; præmissa iã vt dixi cœna legali, de qua illud Ioannis verum habet, & *cœna facta*: Et illud Lucæ ac Pauli, *postquam cœnauit*. Possis etiam non incommodè dicere, idcirco Ioannem dixisse *cœna facta*, Matthæum verò *cœnantibus illis*, quia cum pedes lauit & ad institutionem Eucharistiæ se accin

a 4. *fid. c.*
14.

Qu
acci
& n
cib
tuis
nes
stin
ami
tra v
mot
mot
go
disc
fitis
stat
cœn
nota
2
xit a
[Ob
anti
que
con
nit c
pen
tur,
com
sub

accinxit, discipuli adhuc recumbebant & mensæ assistebant, in qua adhuc erant ciborū reliquiæ; ita vt qui voluissent, potuissent porrò manducare, etiamsi omnes intenti in facta & verba Magistri, abstinerent cibis. Quo pacto plerunque amici, super mensam, iam refecti, nec ultra vescentes, prorogant colloquia, submoti iam fame epulis, nec tamen submoti è mensa reliquiis epularum. Is ergo medius cœnæ status, quo & adhuc discumbebatur, & epulis adhuc appositis abstinebatur, potuit denominari & status cœnantium, & eorum qui iam cœnassent, quod Antonius Peres^a rectè notauit.

28. Ad eum modum, vt pulchrè dixit author libri de operib. Christ. cardin.^b [Obuiarunt sibi inter epulas, instituta antiqua & noua & consumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconsumptibilem cibum magister apponit discipulis: Nec iam ad elaborata impensis, & arte conuiuia populi inuitantur, sed immortalitatis alimonia datur, à communibus cibis differens, corporalis substantiæ retinens speciem, sed virtutis

a controu.

1. in E-
uang. c.

54.

b serm. de
cœna Do-
mini.

a orat in
sepulchrū
Christi.

diuinæ inuisibili efficientia probans adesse præsentiam.] In eandem sententiam insignia sunt quæ habet his verbis. S. Epiphanius. ^a [Audi Christi passionis rationem sublimiorem, audi & decanta, audi & celebra, audi & prædica magna Dei mirabilia: quomodò lex locum cedit, quomodò gratia efflorescit, quomodò figuræ prætereunt, quomodò vmbre transeunt, quomodò sol orbem terrarum implet, quomodò Vetus Testamentum antiquatur, quomodò Nouum stabilitur, quomodò vetera transierunt, & quomodò noua effloruerunt. Duo populi tempore Christi passionis in Sion adfuerunt: alius ex Iudæis, simul alius ex gentibus: duo reges, Pilatus, & Herodes: duo Principes Sacerdotum, Annas & Caiaphas, vt duo simul Paschata fierent: illud quidem cessans, at Christi, initium sumens: duæ victimæ eodem vespere perficiebantur: quoniam & duplex salus, viuorum inquam, & mortuorum, conficiebatur. Ac populus quidem Iudaicus caligabat agnum sacrificans ad eadem: populus verò ex gentibus Deum in carne. Ille vmbra intuebatur. Hic ad Solem Deum accurrebat.

Qu
29
facie
a qu
miser
ginta
deret
vend
nem
re no
crific
des e
lauit
habe
insidi
tatis p
cuius
quia i
b ann
Ingef
innue
sic ser
patre
sa, &
pro po
dere v
magn
nem.

29, Præsens Iudas erat ista Christo
faciente ac dicente, ait S. Chrysoſtomus.
^a qui continenter exclamat. [O Christi
mifericordia! ô Iudæ dementia! Ille tri-
ginta denarijs pascifcebatur vt eum vē-
deret, & Christus ei sanguinem quem
vendidit offerebat, vt haberet remiffio-
nem peccatorum, si tamen impius existe-
re noluiſſet. Nam affuit Iudas, & illius sa-
crificij communicationem meruit, & pe-
des eius quando aliorum discipulorum
lauit, vt excufationem suæ malitiæ non
haberet: sed ille detestandus suæ mentis
insidias cogitabat.] hoc ergo immortali-
tatis pharmarco, perfidum discipulum in
cuius pectore diabolus stabulabatur,
quia ignotus adhuc alijs erat vt Adrianus
^b annotauit, donare non est dedignatus.
Ingestam Iudæ in manus Eucharistiam,
innuere videtur Cyrillus Hierosolymit.
sic scribens [prodiderat Iudas improbus
patrem familiâs, nupérque exiens à men-
sa, & poculum benedictionis bibens, &
pro potu salutari sanguinem iusti effun-
dere volens. Qui panes eius comedebat,
magnificauit super illum supplantationem.
Paulò ante manus benedictionem

a homil. de
prodit. Iu-
da.

b quodl.
3 litera
D. & C.

c c. catech.
13.

recipiebant, & rursus argento proditi-
nis, mortem conciliauit. Ita quidem Cy-
rillus, illatam Iudæ manibus Eucharis-
tiam satis apertè docens; sicque intelli-
gens quod de fracto per Christum & dis-
cipulis porrecto sacro pane, produnt sa-
cræ litteræ, & qui indubitata fidei est,
Canon Missæ. Verùm non est necesse
de vola manus accipere quod S. Cyrillus
dixit, quasi voluerit priscum vsu viris
in manus vola immittendi Eucharis-
tiam, fuisse nunc à Christo vsurpatum.

a 5. *constit.*

c. 16.

b *canon.*

30 *in*

Matth.

c. l. 3. *de*

myst. c. 13

d in c. 26

Matth. c.

13. *Ioan.*

c. *epistola*

64.

f. tomo 4. l.

3. c. 3.

g in de-

fens. capi-

ris citati

Clementis

h 1. Reg. c.

6. v. 21.

annos 23.

f. 1.

Non me latet negatam à quibusdam
Patribus Iudæ communionem, vt à Cle-
mente Romano, ^aHilario, ^bInnocentio,
Ruperto, ^dHildeberto Cenoman. ^e&
paucis aliis: sequunturque Barrardius ^f
Turrianus, Mēdosa. ^gA longè tamē plu-
ribus cōmunicasse Iudam assertum est.
Præcipui sunt Origenes, Chrysofomus,
Cyrillus Hierosolymit. & Alexandrinus,
Theodoretus, Theophilactus, Eury-
mius, Cyprianus, Hieronymus, Augusti-
nus, Ambrosius, Beda, Rabanus, Hugo
Victorinus, Bernardus, Laurentius Iusti-
nianus, Eugenius Papa, Bruno, Lyranus
Ayguanus & alij quorum loca signat
Lori

Lorinus, ^a qui & ipse in eadem est sententia: quam præterea tuentur ex antiquioribus Victor Antiochenus, ^b S. Leo, ^c Cosmas Hierolymit. ^d Nicephorus. ^e Algerus latè. ^f Sunt qui pro hac secunda sententia Dionysium Areopagitam adducant, sunt qui pro contraria. Carolus Bouius ^g id ambiguum censet. Et sanè vtraque pars pro se allegat plurimas coniecturas, ut proinde fatendum sit aquam hærerè, nec liquere vtri parti adhæserit S. Dionysius. Approbant item eam sententiam ex posterioribus S. Thomas, ^h S. Antoninus, ⁱ Toletus, ^k Suarez, ^l Vasques, ^m Henriques, ⁿ Pererius, ^o Baronius, ^p Maldonatus & Palacius, ^r Ribera. ^t

30. Præiuisse his omnibus videtur S. Lucas. descripta enim Eucharistiæ institutione, subdit dixisse Christum illa verba. *Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Quem locum esse pro hac parte evidentissimum censuit S. Augustinus. ^r quod autem aliqui verba loci illius per recapitulationem extra locum relatâ esse à S. Luca affirmât,

a in psal.
40 ad v.
10.
b in c. 14.
Marci.
c serm 7.
de pass.
d in 5. feriam ma-
gnam.
e i his. c.
10.
f l. 1. c. 21.
g ad l. 5.
confit. c.
16.
h 3. p. q.
81. art.
20. & in c.
13. Ioan.
lect. 4.
i 1. p. hist.
tit. 5. c. 6.
§ 2.
k in c. 13.
Ioan an.
not. 28.
l t 3. p. d.
41. f. 3.
m 3. p. d.
217. c. 2.
n l 8. c. 58.
o in c. 10.
an. 13. disp.
27. & 28.
& 29.
p anno
Christi
t tract. 62.

34. q Matth. 26. r in 4. disp. 9. disp. 12. s in c. 13. Ioan. in Ioan.

proditio-
dem Cy-
Euchari-
ne intelli-
m & dif-
odunt sa-
fidei est,
e necesse
Cyrillus
sum viris
Euchari-
parum.
buldam
vt à Cle-
centio,
nan. &
rardius
amè plu-
rum est.
ostomus,
ndrinus,
Euthy-
Augusti-
s, Hugo
ius Iusti-
Lyranus
a signat
Lori

minus placet. Nam præterquam quòd illa rei alieno loco narratæ, veriq; ordinis peruersio, affingenda non est Euangelista; cum nihil est quod ad eam asserendam vrgeat, (vt hîc certè nihil vrget: nec enim ex alijs Euangelistis contrarius ordo cõprobat, vt contingit in locis illis quæ Innocentius^a per recapitulationem extra locum posita docet:) præter hoc inquam, particula aduersatiua *verumtamen*, apertè fert nexum sententiæ quam principiat, cum ea cui subiungitur, vt liquebit ex eius sensu quem nunc dabimus.

^a 4. de mis-
sa c. 13.

^b in Elex-
cho, v. Iu-
das.

^c hom. 10.
de passio-
ne.

Et fortassis ad hunc Lucæ locum respexit Federicus Staphilus, quem refert & approbat Præcolus, ^b damnantem hæreseos illos qui ausint negare Iudam verè communicasse. Idem videtur sensisse Thomas Beauxamis. ^c Quod tamen iudicium non modò nimis seuerum est, sed etiam penè ridiculum: cum sententia cui adhæsimus, quamuis nobis videatur probabilior, non sit tamen vlla ratione de fide, vel adeò certa, vt contrariam tueri non liceat, cum quibusdam grauissimis Patribus & Doctõribus, qui eandem
sunt

Qu
sunt
te. F
dun
dam
malò
Chri
fufcip
posit
uera
uerit
caue
quòd
tame
natus
cum
corpu
illud
piend
gat, C
eum q
tamen
spicio
num
Iscari
Iuda
sacra
agnof

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. ult. 379

sunt sectati, nec sine magna probabilitate. Fortassis autem Staphylus, hæreticos dumtaxat damnare voluit illud quorundam sectariorum delirium, qui dixerunt malos non percipere verum Corpus Christi, etiamsi species sacramentales suscipiant: ita ut quamvis in opinione positum esse voluerit Staphylus, (ut reuera positum est,) an Iudas communicaverit, tamen supposito quòd communicaverit, velit credendum ex fide esse quòd verum Christi corpus sumpserit, tamen si peccati mortalis cœno contaminatus. Quæ ratione rectè dixerit, hæreticum esse negare, Iudam verum Christi corpus percepisse, quamvis infructuose illud perceperit. In quem sensum accipiendus est S. V Volphemus^a cum negat, Christum Iudæ eo modo commixtum quo electis communicatibus. Quod tamen plus voluerit Staphylus, inde suspicio est quòd Suencfeldium & Calvinum referat pro ea quam vocat hæresim Iscariotistarum, negantium sumptum à Iuda verum Christi corpus. At duo illi sacramentariorum primates, cum non agnoscant exhiberi in Eucharistia verum
Chri

*a epistola
contra Be-
rengariū,
apud Suriū
in eius vi-
ta, mense
Aprili.*

Christi corpus, sed tantum, v. m. bran eu
ac imaginem, non aliter videntur potuif.
se notari specialis erroris circa Iudam,
quam ob negatam perceptionem corpo-
ris Christi ab eo verè factam, sicut ab
aliis facta est.

31. Sed censuris dimissis, ratum esto,
non tanquam planè certum, sed tãquam
Euangelicæ narrationi conformius, &
plurium Patrum autoritate testatius,
Iudam percepisse S. Eucharistiam. Quò
S. Hieronymus^a aptat locum ex Deuter.

^aIsaia 28.

32. sic scribens de Ephraimitis mercena-
riis. [Appellantur mercenarij Ephraim
propter Iudam, qui de tribu Ephraim, &
de vico eiusdem tribus Iscarioth, Domi-
num pretio vendidit: qui verè flos Apo-
stolicæ gloriæ, cecidit super montem
pinguissimum, de quo dictum putamus:
*manducauit & bibit Iacob & saturatus est,
& impinguatus, & recalcitrauit dilectus.*
Siue iuxta Hebraicum, super vallem pin-
guium, id est, Gessemanim, in qua etiam
nomen loci significatur, in quo Iudas
Dominum tradidit.] Eodem item aptat,
dulces cibos quorum est apud Psaltem
mentio. Sed nihil in hanc rem efficacius,
quam

Qua
quam
32
ratio
hoc ip
nonni
stæ fin
vt Iud
enim
propo
sim d
stand
chale
legale
thæo.
esset,
recub
Christ
finem
lauit p
da, qu
tan. L
fertè
Domi
nem a
Ioann
missa
institu

quàm loca Euangeliorum suprâ prolata.
32. Ordo autem Euangelicæ nar-
rationis quæ in his quæ sequuntur, & in
hoc ipso puncto de Iudæ communione
nonnihil implexa est, si omnes Euâgeli-
stæ simul cõferantur, ita est institu-
endus, ut Iudæ communio rata maneat. Iuuat
enim omnia primò sub vnum aspectum
proponere perspicuitatis gratia, quæ sen-
sim deinde & particulatim erunt regu-
standa. Postquam Dominus agnum Pas-
chalem cum suis manducauit, & cœnam
legalem perfecit, (quam quod à Mat-
thæo, Marco & Luca descripta accuratè
esset, præterit Ioannes) subsecutus est
recubitus ad cœnam vsualem, à qua
Christus, iuxta suprâ dicta, surrexit, & in
finem diligens suos qui erant in mundo,
lauit pedes eorum: non prætermisso Iu-
da, qui affuit inter filios Dei tãquam Sa-
tan. Lotione peracta, cum ut Ioannes di-
sertè notat, iterum recubuisset, instituit
Dominus Eucharistiam, cuius institutio-
nem ab aliis latè descriptam, omisit
Ioannes, contentus supplere quæ alij
missa fecerant. Adhuc aderat Iudas cum
instituta est Eucharistia, eiq̃ue cum cæ-
teris

teris porrecta est; non ad vitam, sed ad exitium futura; quia bona, malè à malo sumpta est. Secuta Christi turbatio, quã post traditum calicem consecratum accidisse, attingit Lucas, & plenius describit Ioannes. Vnam enim & eandem fuisse turbationem à Luca & Ioanne descriptam, etiamsi Ribera dissentiat, series & modus narrationis videtur suadere. Magistri turbationem, anxietas discipulorum excepit, & imprudens Iudæ cum cæteris interrogatio, an ipse esset in quẽ ea caderent, quæ à Christo de vno aliquo ex recumbentibus proditore futuro, dicta erant. Responsum Christi ambiguum, nec ab aliis discipulis satis perceptum, nec discussit discipulorum pro se cuiusque timorem. Itaque Petrus excitauit Ioannem in sinu Christi recumbentem, (hoc Christo in lecto quo recumbebatur proximum & ita collocatum infra Christum vt caput Ioannis ad pectus Christi pertingeret) Ioannem inquam sic collocatum excitauit Petrus, *visibili dicto*, vt loquitur D. Augustinus. ⁴ hoc est nuda, vt rogaret nomen proditoris: quem Christus, porrecta buccella in-

tincta

215. *Trinit. c. 10.*

tinó
Ioan
me
quo
tos v
coen
ficer
rent
quoc
ferm
bucc
uit ce
que
rabil
tibus
ad Pa
finitis
clausi
in me
serie
quæ r
consti
deuen
13.
stoli, m
tus, qu
deside

incta, vt Ioanni condixerat, indicauit
Ioanni. Identidem enim Christus sum-
mo licet mœrore pressus, Apostolos
quos item tristitia pro Magistro grauato-
s videbat, ad continuandam vsualem
cœnam, vt vires futuris laboribus suf-
ficerent, inuitabat: Et vt facilius adduce-
rentur ad manducandum, esitabat ipse
quoque identidem aliquid; cibos tamen
sermonibus condiens. Porrecta itaque
buccella intincta in signum amoris, exi-
uit continuò Iudas, vt ait Ioannes. Tunc
que Christus adhuc recumbens, admira-
bilem illum sermonem pluribus capi-
tibus à Ioanne descriptum pertexuit, &
ad Patrem pro discipulis orauit. Quibus
finitis, hymnus dictus est pro mensæ
clausula in gratiarum actionem, & itum
in montem Oliueti. Hæc generatim de
serie gestorum Christi in reliqua cœna,
quæ nunc sigillatim sunt expendenda, à
constituta Iudæ communionem, ad quam
deueneramus.

13. Refecti pane Angelorum Apo-
stoli, mirum quos internos charitatis mo-
tus, quos gustus pietatis, quæ cœlestium
desideria, quod mentis in bono muni-

men fenserunt. Quis enim dubitare possit in primo illo sacri cibi usu, dispertiente seipsum charis filiis bono Patre, quin immensa quædam fructuum huius sacramenti communicatio facta sit: dispositione præsertim ad quam diuinitus excitabantur, aptante subiecta & ampliante (vt sic dicam) vasa pectorum, vt effectus qui in subiecto melius disposito semper est maior, etiam ratione operis operati, vberior in eis ac insignior gignetur? De hoc inquam quis dubitare queat, cum nunc tanto post tempore, ministrante homine puro, [His qui Christi commemorant passionem, (verba sunt authoris libri de operibus Christi cardinalibus ^a) intra sacra officia quasi per quosdam canales de interioribus fontibus egrediuntur torrentes, & super omnes delicias lachrymis nectareis anima delectatur. Quantam suauitatem animæ inquirenti vbi sit Deus sauis, suspiria contemplationis eliciunt? Non illos imbrés, procellosæ tempestates deponunt. Ros matutinus est de cœlestibus stillans, & quasi vinctio spiritus mentem delinens. Gemitus illos pietas excitat, & in-

*a serm. de
coena Do-
mini.*

ter
ctio
uit
lar
ag
mi
sto
eni
ritu
me
am
dix
han
ren
der
ner
niu
fedi
om
ner
Ch
& r
dur
vid
S
fusi
quo

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. ult. 385
ter diem & noctem retrò & ante se affectio intues, inter data cõdonando se diuidens, gratias agens tã vberis beneficij largitori, & se sanatam & sanctificatam agnoscens, fletibus se abluit & lachrymis se baptizat.] Hoc multo magis, Apostolorum vnusquisque expertus est. Ita enim factum decuit, iis qui primitias spiritus acceperunt, & magna innocentia mensam illam sacram participabãt. Nec ambigua coniectura est, intra se singulos dixisse, quod est apud S. Ephrem.³ [Abraham Patriarcha cœlestibus Angelis terrenos cibos apposuit, illique eos comederunt. Ingens tanè miraculum est, cernere spiritus incorporeos, in terra carniũ cibos manducantes. Sed hoc profectò omnem excedit admirationem, omnem mentem, omnẽque sermonem, quod nobis fecit vnigenitus Filius, Christus Saluator noster. Ignem quippe & spiritum manducandum atque bibendum prestetit nobis carne vestitis, corpus videlicet suum ac sanguinem.]

Solus Iudas, in summa cæterorum perfusione per diuinum rorem, exsuccus & quouis fabuleto aridior remanebat, iis

*a serm. de
non seru
tanda nat.
Dei t. 3.*

præiens, vt cum authore libri de operibus Christi cardinalibus proximè laudato pergam [qui verbo tenus, corde sicci & mente aridi, sacris interfunt, vel etiam participant donis. Lambunt quidem petrâ, sed inde nec mel sugunt, nec oleum; qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec Spiritus sancti pinguedine vegetantur, nec se iudicant, nec sacramenta diiudicant, sed sicut cibus communibus, irreuerenter sacris vtuntur muneribus, & Dominicæ mensæ, in veste lutulenta se ingerunt impudenter: quibus melius erat mola asinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota conscientia de manu Domini buccellam accipere.] Talis planè ad Christi sacram mensam accessit Iudas. Itaque non modò fructuum eius vacuus abiit, sed etiam iudicium horrendum sibi acciuit. Et huius maximè Sacramenti sacrilega vsurpatione, ludibrium Satanæ est factus, & ab eo adactus ad discessionem. Nam vt idem author præmiserat, ^a [quamdiu cibi illi qui ad diem festum erant parati, à conuenticibus Apostolis sumebantur, veteris Paschæ agebatur memoria. Nec dum Iudas

^a *ferè initio sermōnis de cœnâ Dom.*

Iudas ad veterem vitam pertinens, diabolo inuadente & occupante animum eius, egredi cogebatur: sed vbi sacrum cibum mens perfida tetigit, & sceleratam os, panis sanctificatus intrauit, paricidalis animus vim tanti sacramenti non sustinens, quasi palea de area exsufflatus est, & præceps cucurrit ad prodicionem & pretium, ad desperationem & laqueum.] S. verò Chrystostomus, ² Iudam in hoc conuiuio exhibet, vt Antrophagum, aut Polyphemum quendam, cuius in hac mensa crudelitas, satis exprimi nequeat. [Edebat cum panem eandem, (inquit) & sorbebat cum sanguine potionem. O crudele proditoris conuiuium. Rogo, quibus oculis aspiciebat, quem sub dente premebat? Parricida pariter & coniuua, vendidit argento Dominum, fecit de magistro ferale commercium. Accepit aurum & Deum: ipse autem Iudas inter epulas carnifex, inter nectareos cibos amarus, vipeream cruentat animam, & cæcum alit sub pectore vulnus.] Vides Iudæ immanitatem planè horrendam, cum immensa in eum Christi charitate, certantem. Sed vicit

*a homil. 3.
de resur.*

Domini pietas in bono malitiam, nec lutulentum porcum à diuina mensa exclusum voluit.

34. Non hîc stetit Domini benignitas. Nam tātum bonum quantum, efcæ illius participatione fenserant probi Apostoli, perpetuum in Ecclesia sua esse volens, atque adeo non tantum iis qui aderant liberis, sed nobis quoque, & omnibus posthumis filiis, quos Deo per mortem pariturus erat, prospiciens, potestatem Apostolis contulit id ipsum faciendi in patientis Christi commemorationem. Nec faciendi dumtaxat per seipfos, sed quod ad perpetuitatem necessarium erat, aliis quoque potestatem conferendi, vt præstare idem possent. Quare & Sacerdotes & Episcopos, inadæquatè, eos creauit, hoc est quantum attinet ad consecrationem corporis & sanguinis Domini: seclusa partiali potestate Sacerdotium integrante, & peculiari caractere constituta, qua fit potestas remota ad remissionem peccatorum, complenda per collationem Iurisdictionis: Cuius item conferendæ potestas amplissima post resurrectionem facta est, ad
com

complendum munus eorum Episcopale, cū missi sunt à Christo sicut ipsum miserat Pater. Quantum ergo attinet ad mediatam & immediatam potestatem in reale Christi corpus, acceperunt eam Apostoli sub communionem, verbis queis Lucas memorat mādatum illis esse, vt hoc ipsum quod à Christo factum viderant, facerent etiam ipsi in annunciationem mortis Domini donec veniat. Et hoc quoque beneficium, accepit Iudas: quem propterea Episcopatu deiiciendum prophetauit Dauid, interprete principe Apostolorum. Et ex eodem loco Episcopatum eius confirmat S. Ambrosius^a seu potius Maximus^b disertè tradens Iudam fuisse Episcopum.

Et videre erat, hac quoque in parte, longè disparem cæterorum Apostolorum & perditæ proditoris sensum. Nam reliqui diuinitus tunc edocti sunt formam ac modum sacrificij Christiani, illudque verè mysterium fidei agnouerunt, quo magnus Sacerdotum Princeps, vt loquitur Nyssenus^c [arcano sa-

*a serm. 50.
b serm. 2.
de Susanna.*

*c orat. 1.
de resur.*

etiam offert, & victimam immolat; Sacerdos simul existens & agnus Dei ille qui mundi peccatum tollit.] Agnouerunt inquam, qua ratione Christus, ut monstraret non ex Iudæorum aut Pilati violentia mortem instare, sed quia detrecto Patris ipse annueret; præuenit eorum vim ut Nyssenus supra egregiè considerat; & optimè etiam traditum est ab Hesychio * verbis illis. [Nemo illum obtulit sed nec immolare poterat, nisi semetipsum ipse ad patiendum tradidisset. Propter quod non solum dicebat, *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Sed & præueniens, semetipsum in cœna Apostolorum immolauit: quod sciunt qui mysteriorum percipiunt virtutem. Hinc Sacerdotem LXX. non solum uictum siue linitum, sed & consummatum manibus, appellauerunt: Consummatum enim est manibus, prius in mystica ecœna, accipiens panem & frangens: deinde per Crucem, quando affixus est. Hinc Sacerdotij suscipiens dignitatem, vel potius cum semper habuerit, tunc opere explens etiam, hoc quod pro nobis

bis

in
 im
 mo
 fac
 ren
 fer
 in
 Ch
 qu
 à C
 cta
 par
 mu
 ner
 ner
 let
 tion
 pro
 illu
 del
 tera
 situ
 sim
 nen
 tie

bis erat, sacrificium consummauit.]

39. Christus ergo anteuertit suam in cruce immolationem seque mysticè immolatum discipulis præbuit, & vt immolatum ipsi quoque præbere possent, facultatem fecit. Idque vt perspicerent, eos illustrauit: quod permagni referret id eos peruidere, quandoquidem in ea mystica immolatione, sacrificij Christiani ratio constituta est. Non enim quod aliqui existimant, sacrificatio quæ à Christo est instituta & Ecclesiæ relicta, consistit in ea immutatione quam panis & vinum subeunt, quatenus mutantur in Christi corpus & sanguinem. Ægrè enim qui ita sentiunt, exponere possunt quomodo Christus immoletur, habeatque in sacrificio nostro rationem victimæ, quod tamen passim produnt Patres. Nam quod immolatur, illud ipsum est quod subit mutationem destructiuam, aut physicè notabiliter alteratiuam, vi actionis in qua formaliter fitum est sacrificium. Quæ idcirco aptissima est ad diuini dominij recognitionem, & contestationem supremæ potentia Dei, tanquam vitæ & mortis autho-

ris. Quod autem in re præfenti destructiuam mutationem subit; iuxta eum modum philosophandi, est panis & vinum, non Christus, quamuis incipiat ibi esse nouo modo. Igitur vt Christus dicatur hîc sacrificari, recurrendum est ad consecrationem, quatenus per illam Christus mystico modo exhibetur occisus, dum gladio verbi Dei, Christus ex se & iure esse præhabiti hostia viuens & rationabilis, offertur Patri in statu separationis animæ à corpore, per violentam mortem & sanguinis effusionem causato. Offertur inquam, non verbaliter (vt aliqui parum aptè dixerunt) sed realiter, interuentu duplicis consecrationis, quarum vnus vi, Christi corpus ponitur seorsum à sanguine: vi autem alterius statim consequentis, ponitur sanguis seorsum à corpore, vt effusus ex eo, & mortem cauans suo effluxu. Ita enim planè fit in hoc mysterio, spectata præcisè vi verborum: quamuis ob concomitantiam naturalem, contingat Christum non constitui reipsa in statu mortis, quod est per accidens. Nam si sola vis verborum haberet locum, Christus re-
 ipsa

ipsa per eorum prolationem esset in statu immolati & occisi, quod ad rationem veri & actualis sacrificij abundè est, quia immutatio per se causanda vi verborum, nec nisi per accidens inhibita, ob adiunctam concomitantiam; illatura esset Christo destructionem physicam, quæ vi actionis re ipsa exercitæ ponitur de facto quoad debitum; cui per accidens est obfisti diuinitus.

Apostoli ergo in puncto quo creati sunt Sacerdotes, illustrati sunt à Spiritu sancto, non modò vt corpus ac sanguinem quæ specierum tectorio obducebantur, verè à se percipi agnoscerent, sed etiam vt perspicerent rationem incruenti sacrificij ad cruentum præuij; perpetuamque omnibus consecuturis ætatibus cruenti memoriam, exhibitam sibi à Christo, cum potestate idem præstandi. [Voluit enim (ait Gaudentius^a) beneficia sua permanere apud nos, animas pretioso sanguine suo semper sanctificari per imaginem propriæ passionis. Et idèò discipulis fidelibus mandat, quos primos Ecclesiæ suæ constituit Sacerdotes, vt indefinenter ista vitæ æternæ mysteria

a tract 2.
in Exod.

destructi-
cum mo-
& vinum,
at ibi esse
us dicatur
st ad con-
lam Chri-
r occisus,
us ex se &
ens & ra-
tu separa-
violentam
em causa-
baliter (vt
realiter,
onis, qua-
s ponitur
n alterius
ur sanguis
ex eo, &
Ita enim
ctata præ-
concomi-
Christum
tu mortis,
n si sola vis
hristus re-
ipsa

steria exercerent, quæ necesse est à cunctis Sacerdotibus per singulas totius orbis Ecclesias celebrari, vsquequo iterum Christus de cœlis adueniat: quò & ipsi Sacerdotes, & omnes pariter fidelium populi, exemplar passionis Christi ante oculos habentes quotidie, & gerentes in manibus, ore etiam sumentes ac pectore, redemptionis nostræ mysteria indelebili memoria teneamus, & contra venena diaboli dulcem medicinam sempiterni tutaminis consequamur.] Quæ quãta in Apostolorum pectoribus fuerit sementis piorum affectuum, imò incendij charitatis, ac propè viuicõburij spiritualis, coniectare facilius est quàm exponere. Solus Iudas maniaco similis, perinde ac si histrionem aut pantomimum super scenam ageret, nuda externa specie pietatis contentus, ac eam quoque in magno maleficij mox exequèdi æstu ægerrimè retinens, corpore non animo astantabat, nec horrenda mysteria ultra externam veluti crustam peruadebat.

36. Eo ipso actu, Christus Dominus, vt figuratum responderet figuræ, Nouum Testamentum obsignauit. Decuit enim,

Quæ
enim,
gnatu
hibiti
si, iuxta
lo, ^b A
davit
Testa
signar
priuat
non c
buerit
nus p
condi
S. Am
celler
Nullu
quod
latum
res ^c)
idone
de su
volun
ment
ctum
timè
minu
detur

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. ult. 395
enim, vt sicut Verus Testamentum ob-
signatum est interuentu sacrificij tunc ad-
hibiti, & asperisionis sanguinis tunc effu-
si, iuxta illud Exodi^a relatum ab Aposto-
lo, ^b *Hic est sanguis Testamenti quod man-*
dauit ad vos DEVS, ita nouum quoque
Testamentum interposito sacrificio ob-
signaretur. Itaque quamuis Christus vt
priuata persona, propriè Testamentum
non condiderit, cum nihil temporale ha-
buerit de quo disponderet: tamen quate-
nus persona publica & caput Ecclesiæ,
condidit Testamentum: non in cruce (vt
S. Ambrosius laxato vocis rigore, ad Ver-
cellensem Ecclesiam in calce scripsit:
Nullum quippe ibi verbum protulit,
quod condendi Testamenti gratia pro-
latum dici possit, vt latè prosequitur Sua-
res^c) sed in cœna vltima, præsentibus
idoneis testibus, coram quibus Christus
de suis bonis & hæreditate per vltimam
voluntatem disposuit: quod est Testa-
mentum condere. Et ita ab eo tunc fa-
ctum, disertè affirmat Damascenus,^d op-
timèque prosequuntur Alanus,^e Bellar-
minus,^f & Sebastianus Oxoniensis.^g Vi-
deturque S. Lucas annuere, ^h referens
dictum

a c. 24.
b Hebr. 9.

c t. 2. 3. p.
d 38. f. 3.
concl. 1.
d 4. fid. c.
14.
e l. de sa-
crif. c. 8. à
n. 5.
f l. 1. de
missa c. 8.
g l. de sa-
crif. c. 7. &
8.
h c. 22.

dictum à Christo, *hic calix, Nouum Testamentum est in meo sanguine.* Non nego, per modum codicillorum adiuncta postea fuisse aliqua post resurrectionem: vt potestatem remittendi peccata in Sacramento pœnitentiæ, institutionem capitis visibilis Ecclesiæ, & si quæ sunt alia. Tamen substantiale (vt sic dicam) Testamentum Christi, præcessit mortem, in qua iuxta Apostolum, fuit confirmatum. Non confirmaretur autem, nisi iam conditum fuisset.

Quomodò ergo affectos fuisse censebimus pios Apostolos, tantum Domini erga ipsos Ecclesiámque vniuersam, profluuium charitatis conspicientes, vt ne seipsum quidem sibi reliquum faceret, sed omnia sua, vnâque seipsum in vsu nostros expensum vellet. Dubitare non ausim, quin ipsi quoque, contestati egestatem suam, & impotentiam retribuendi tam pio Patri pro omnibus quæ immerentibus retribuere, Testamento se illi mente condito rependerent; vel potius & sua omnia & seipsos donatione inter viuos planè irreuocabili, in ius eius inflammatisissima voluntate transferrent.

De

Quæ

De Iu
enim a
ad tam
mala p
per lor
moras,
rum q
deret,

37.
licissim
pectus
mabile
ritiam.
cta, tu
& dix
ex vob
Marcu
veh, a
num fe
pronu
præfer
secutu
similis
comm
cto cer
quod
per C

De Iuda nihil attinet dicere. Perinde enim ac si truncus vel saxum esset, nihil ad tam sublimia mysteria afficiebatur, & mala pro bonis retribuere fatagens, ne per longiores in cœna tótque mysteriis moras, cohortis & ministrorum publicorum quibus condixerat opera cassâ euaderet, extimescebat.

37. Vidit Christus, hominum infœlicissimi cui robur & æs triplex circa pectus erat, obfirmationem, atque indomabilem tot mutis increpationibus duritiam. Itaque miseratione horrori adiuncta, *turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit, amen, amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.* Apud Matthæum & Marcum, additur interpositum à Christo veh, aduersùs traditorem, & quod bonum foret ei si natus non fuisset, de quo pronunciato multa c. i. Itaque insisto rei præsentis & exhoruisse Christum dico, secutus S. Cyrillum.^a Nam quamuis alias

*a l. 9. in
Ioan. c. 13.*

similis turbatio Christi, per dolorem & commiserationem exponatur; quo pacto censuerim nominatim accipiendum, quod de fremitu & turbatione sui ipsius per Christum concitata, scriptum est

Ioan.

Ioan. I I. (etiã si S. Cyrillus id referat ad fremitum & iram aduersus mortem) Tamen hoc loco, aptius omnino videtur accipi turbatio, de ira & concitatione aduersus nequitiam obfirmati in scelere cõuictoris, eiusque horrore aliquo. Nam vt ait S. Cyrillus [iure molestè ferebat scelerata illius, quia vnà cum aliis discipulis magnis affectus honoribus paruo argenti pondere amorem Christi repulit: & dum panem eius manducaret, calcaneum aduersus ipsum eleuauit: non gloriam eius, non societatis leges, non pietatem vt Deo illi debitam, non quicquam aliud mirabilem recordatus: sed detestabilem solummodò paruamque Iudæorum respiciens pecuniolam, qua suam animam vendidit, qua innocentem atque iustissimum sanguinem manibus tradidit impiorum. Quare non iniuria turbatur Dominus, & sic acriter carpit, vt ab vno duodecim discipulorum tantum scelus patratum iri affirmet.]

a chorda
74.43.

Timet autem Vigerius ^a vbi non erat timor, cum turbationem omnem quæ quidem à protestatione differat, vult à
Chri

Qu
Chri
verbi
statu
copu
que
iram
batur
nes in
Euan
lum
batio
fuisse
esse p
vt ille
ipse e
vnum
bato
men p
quam
sus tur
animi
turbat
sic (inq
in affu
testate
turbat
vult, t

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. vlt. 399

Christo exterminatam: ita vt dicat, in
verbis relatis *turbatus est spiritu, & proce-*
status est, illud &, sumendum esse non
copulatiuè, sed declaratiuè; cauendum
que esse ne cogitemus Christum per
iram aliãve animipassionem fuisse tur-
batum: cum iuxta Stoicos, perrurbationes
in virum bonum non cadât. Sed nos
Euangelio, quam Stoicis aucultare ma-
lumus. Ideoque dicimus, Christum tur-
bationis sponte excitatæ & vltro ascitæ
fuisse capacem. [Quæ turbationis causa
esse potuit, (ait Laurentius Iustinianus^a)
vt ille turbaretur de quo Apostolus ait,
ipse est pax nostra, qui fecit veraque
vnum, vt ipse qui in se dissidentes & tur-
batos reconciliat, turbari videatur? Et ta-
men prout scriptum est, turbatus est, tan-
quam verus homo, Dominus Iesus. Pro-
fus turbatus est, sed non sicut cæteri qui
animi commotione turbantur, suæque
turbationis nesciunt habere metas. Non
sic (inquam) turbatur in carne Verbum, &
in assumpto homine Dei sapientia. Po-
testate, non necessitate, aut infirmitate
turbatur. Cum vult, quando vult, de quo
vult, turbatur sapientia, sine passione ra-

^a de triū-
pho Christi
oagne. c. 5.

mē, sine impetu, & absque redargutione aliqua. Neque minus in eo laudabilis est ipsa turbatio, quàm animi illius plena tranquillitas.] Memini in hanc rem plura proferre, exponendo generatim subiectum passionum. ^a Alia item addo, tractans Christi affectus. Atque ita fatendum est, Christum proposita tantæ impietatis, & ingritudinis indignitate, meritò fuisse turbatum; & iustum sanctum, que odium in se concitasse aduersus impœnitens cor, atque duritiam impij discipuli; quem tot antiqua beneficia tot recentibus & adhuc propè calentibus exaggerata, à scelere nullomodo reuocassent.

38. Itaque ex ea ira, & horrore peccati ante quidem cogniti, sed mox exequendi, ut considerat author sermonum de cœna Domini apud Bernardum, ^b protestatus est, & dixit citra omnem ambiguitatem, vnum ex ijs qui adstabant & concœnabant, fore proditorem. Intermiscuisse lachrymas, sic tradit Chrysostomus. ^c [Dominus noster illius delictum lachrymatus est, ut ait Euangelista: *Et cum vidisset eum, turbatus est, & dixit:*

vnum

^a in moralibus
dist. 3. n.
31.

^b serm. 4.

^c homil. 1.
de prodit.

Qu
vnu
cor
dole
Et c
trad
H
ut ap
mata
cæ,
batu
missi
quit
in me
lauri,
mei a
vnus
vesci
& M
manu
trade
se fig
intinx
set ag
set, un
tis. Id
status
borum

Que circa Iudam Christ. in cœn. ult. 401
vnus ex vobis tradet me. Quanta miseri-
cordia Domini? Traditus pro traditore
dolet, proditus pro proditore turbatur.
Et cum vidisset eum, dixit: *vnus ex vobis*
tradet me.]

Habent emphasim eadem verba pro-
ut apud Lucam leguntur, post consum-
matam descriptionem cœnæ Eucharisti-
cæ, & porrectionis calicis, quo contine-
batur sanguis mox effundendus in re-
missionem peccatorum. *Verumtamen* (in-
quit) *ecce manus tradentis me, mecum est*
in mensa. q. d. En ego tot vos bonis cumu-
laui, & nunc tot & tanta amoris in vos
mei argumenta edidi. Pro his omnibus
vnus ex vobis qui hîc astatis, & mecum
vescimini, tradet me. Apud Matthæum
& Marcum dicitur; *qui intingit mecum*
manum in paropside, (aut catino) hic me
tradet. Quod Chrysostomus ^a putat fuis-
se signum Iudæ, qui cum Christo solus
intinxit. Sed si ita esset, planè ab aliis fuis-
set agnitus. Itaque idem fuit, ac si dixis-
set, *vnus ex vobis qui mecum hîc manduca-*
tis. Idque tanta vultus maiestate conte-
stus est, vt ad huiusmodi fulmina ver-
borum, inspicerent se inuicem discipuli,

^a homil. x.
de prodit.

hæsitantes de quo diceret. Et contristati valdè (vt addit Matthæus) interrogarent singuli, an ipsi essent in quos tam horrifica procella detonaret. Certi enim de verborum Christi veritate, quamuis innoxij, & nihil tale mentem subiisse securij; tamen Domini verbis, (vt ait S. Basiliius^a) maiorem quàm conscientiæ suæ auctoritatem tribuentes, pro humana fragilitate & instabilitate sibi timebant, & tam horrendum malum ne incurrerent formidabant [ô Beati Apostoli (exclamat Chrysostomus^b) sceleris vestra innocentia contristata est, quàm pœnalis Iudæ audacia, quæ non est confusa. Cùm enim noueritis nihil tale vos contra Dominum cogitasse, extimescentes tamen & propriæ fragilitatis conscij, tristes Dominum interrogatis de peccato, quod in conscientia non habetis: & plus creditis magistro, quàm vobis. Nam in illo vos conuiuio, iudiciariam parimini quæstionem, & Iudas non vult sentire compunctionem. Terret vos talis auditus, & illum non terret tanti sceleris cogitatus.]

^a Reg. 301.
bien.

^b homil. 1.
de prodit.

39. Iudas ferreo ore, & fronte perfricta,

Qu
frict
re, si
quo
thæ
do,
tope
ne r
Chr
[Inte
pian
tate.
audi
da, l
cæte
cred
est à
tia, f
de,
audi
lit qu
char
tem
Chry
prie
velu
scien
reun

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. ult. 403
 fricta, non auerso in his omnibus furo-
 re, simulandum nunc quoque ratus, idem
 quod alij interrogauit, vt notat S. Mat-
 thæus. Nimirum nolebat prorsus tacen-
 do, videri reus criminis, quod alios tan-
 toperè exhorrescere, & præ sollicitudi-
 ne in barathrum illud casuri essent,
 Christum interrogare conspiciatur.
 [Interrogatio hæc (ait Laurentius Iusti-
 nianus^a) hypocrisi plena est, & maligni-
 tate. Non vt ex ore veritatis veritatem
 audiret sciscitatus est proditor, homici-
 da, latro fraudulentus & cupidus; sed ne
 cæteris interrogantibus, si taceret, ipse
 crederetur reus. Repercussus tamen
 est à lumine veritatis, & à verbo sapien-
 tiæ, foris nemine intelligente, ipse in cor-
 de, atque in conscientiæ penetralibus
 audiuit, *Tu dicis.*] Responsum ergo retru-
 lit quo Christus suam æquè in perfidum
 charitatem prodidit, ac illius malignita-
 tem redarguit. Nam vt benè expendit
 Chrysostomus,^b [Ascendit Christus pro-
 priæ deitatis tribunal, & illud conuiuium
 velut catastam ante se constituens, con-
 scientiæ tormento confiteri compulsi-
 reum: vt in auctionem, conceptum pos-

*a de triū-
 ph. Christi
 agone c. 5.*

*b homil.
 illa 1.*

fet reuocare peccatum. Turbatur discipulorum omnium sensus: & licet nosset propriam conscientiam, timuerunt tamen Christi sententiam. Iudas tamen impudenti fiducia, ausus est interrogare Saluatorem, quò implere possit euidentissimum traditorem. Verecunda Christi sententia, ostendit suam maiestatem, nec refugit passionem mira patientia. Petrus condemnat Ananiam mentientem: Saluator, Iudam patienter sustinet traditorem.]

a apolog. 3.
post me-
dixm.

Rogati ergo, *nunquid ego sum Rabbi*, illud tantum reposuit, *Tu dixisti*. Hoc Ioannes Cātaacusenus, ^a dissoluēs illud aduersus Christi Deitatem Musulmannorum sophisma, quod petebatur ex eo responso Christi, cum de diuinitate sua rogaretur, *vos hoc dicitis*, omninò dictum contendit assertiuè. [Cum Christus (inquit) à Pilato interrogatus dixit, *tu dixisti*. Nō negationis formula est, sed affirmationis, & confessionis, qua etiam ad Iudam vsus est. Cum enim cum discipulis suis discubisset, dixit ad eos, *vnus vestrum prodet me*. Et dixerunt singuli de sese, *num ego sum Domine?* Et alius, *num ego sum?* dixit

tan

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. ult. 405
randem & Iudas, *num ego sum?* Dicit
Christus, *tu dixisti.* Hæc sanè non ne-
gandi figura, sed affirmandi erat, qua ea-
dem Pilato respondit. Formula enim
erat illi genti peculiaris, qua etiam ceu
vulgari & vsitata Christus vsus est. Quæ-
admodum etiam apud Musulmānos fre-
quenter in vsu est. Si enim quis dicat al-
terum consulendo, *faciemus ne hoc aut*
illud? Tunc pro eo quod alter dicere de-
bebat, *fiat:* dicit: *Tu nouisti.* Neque hæc
negandi, sed assentiendi formula est. Ita
& Christus hac illis vsitata formula, *tu*
dixisti, vsus est.]

40. Nihilominus indubitatum exi-
stimo, Christum respondentem Iudæ, *tu*
dixisti, noluisse asserere, ipsum reuera es-
se qui tantum scelus concepisset, & mox
esset pariturus. Sic enim ab aliis Apосто-
lis, & nominatim à Petro (vt Euthymius
notat) fuisset laceratus: Nec latuisset eos
ad finem vsque, scelestæ Iudæ voluntas,
vt reuera omnes præter Ioannem latuit:
vsque adeò vt exeunte Iuda, & abacto
per Christum, nescirent discipuli quò
Christi verba & Iudæ exitus pertineret,
[Sollicitudinem Domini considera (in-

a homil. de
consu-
stant. tom.
3. Græcol.

b hom. 82.
in Matth.

quit Chrysoſtomus^a) non dixit, Iudas me tradit, ne editis evidentibus criminis indicibus impudentiorem illum redderet. Cùm autem ille, ſtimulante ipſum conſcientia, dixiſſet. *Nunquid ego ſum Domine?* ait illi, *tu dixiſti*, & ne tum quidem adduci potuit, vt eũ accuſaret: ſed ipſum, indicem criminis ſui conſtituit.] Et alibi.^b Quanquam dicere potuiſſet, ſceleſte, atque ſordide tam longo tempore hoc malum parturiens, & nunc diabolicis factis conciliis argentum ex pacto habiturus, audes redargutus quaſi nullius tibi rei conſcius, interrogare? Nihil tamen horum dicere voluit. Sed quid? *Tu dixiſti*. Ita terminos nobis, ac regulas obliuionis fixit iniuriarum.]

c Matth.
26.

Itaque reſponſo illo *tu dixiſti*, nec apertè negauit, nec apertè affirmauit id de quo quærebat. Ita enim fert apud Hebræos ea loquendi formula, vt Montanus^c aduertit: notans perinde fuiſſe ex uſu Hebræici Idiotiſmi, reſpondere *tu dixiſti*, ac ſi reſponſum à Chriſto fuiſſet, *benè habet, ſatis eſt, nihil ultra de eare agamus*. Quam ipſam vim cenſenda eſt habuiſſe eadè loquendi formula Matth

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. vlt. 407
26. vbi Christus interrogatus à Pontifi-
ce, an esset Filius Dei, respondit, *tu dixi-*
sti. Et si ex verbis quæ ibidem coniun-
guntur, & clariùs apud S. Marcum, con-
stet, Christum Pōrifici præterea respon-
disse explicatè, & conceptis verbis, se ef-
se vnigenitum Dei. Quare eo responso
Christus vt S. Leonis verbis vtar^a [a serm. 7.
de pass. no-
tam sibi traditoris ac proditoris con-
scientiam demonstrauit: non aspera, nec
aperta impium increpatione confun-
dēs, sed leni ac tacita admonitione con-
ueniens: vt faciliùs corrigeret pœnitudo,
quem nulla reformasset abiectio.] Pergo
cum eodem S. Pontifice. [Cur infœlix
Iuda tanta benignitate non vteris? Ecce
parcit ausibus tuis Dominus, & nulli te
nisi tibi, indicat Christus: nec nomen
tuum, nec persona detegitur, sed verita-
tis, & misericordiæ verbo, cordis tantùm
tui arcana tanguntur. Non Apostolici
ordinis honor, non sacramentorum tibi
cōmunio denegatur. Redi in integrum,
& deposito furore resipisce. Clementia
inuitat, salus pulsat, ad vitam vita te re-
uocat. Ecce immaculati & innocentes
condiscipuli tui, ad significationem fa-

cinoris expauescunt, & omnes sibi, non edito impietatis auctore, formidant. Contristati enim sunt, non de conscientia reatu, sed de humana mutabilitatis incerto: timentes ne minus verum esset quod in se quisque nouerat, quam quod ipsa veritas praeuidebat. Tu autem in hac trepidatione sanctorum, abuteris Domini patientia, & abscondi te tua credis audacia.]

41. Ita planè. Nam ex^o proposito Christi ad Iudam responso non satis perspicuo, non est planè discipulis reliquis excussus metus. Itaque Petrus conscius familiaritatis quæ Christo cum Ioanne intercedebat, Ioanni in Christi sinu recumbenti, nutu significat, vt exquirat de Christo proditorem. Cui Christus reposuit, illum esse cui videret abs se intinctum panem porrigi: simulque panis frustum in paropsidem intingit, & Iudæ porrigit, ea benevolentia tessera designans quis ille esset, à quo per benevolentia notas esset prodendus. Panem porrectum dico, & ita intelligo quam Ioannes^a vocat buccellam: quia idemet paulò ante, appellat eam, *intinctum panem*,
refe

Que
refere
terro
cui ego
addit
disse
post b
atque
longè
quid è
ra, ^a &
bertus
prauar
dinem
tinctar
cætera
stum,
discipu
stri pro
ius fac
Porro
tradit
emerfi
scripta
teat co
cendit
forsitan
illum,

referens illud Christi responsum ad interrogacionem secretam Ioannis; *ille est cui ego intinctum panem porrexo.* Moxque addit Christum intinxisse panem, & dedisse Iudæ, in quem Satanas introierit post buccellam; utique à Christo datam, atque adeò post panem intinctū; quem longè alium fuisse ab Eucharistia quicquid è contra censeat Anastasius Sinaïta, ^a & S. Cyrillus, ^b probat fusè Hildebertus Cœnom. ^c disputans aduersum pravam cuiusdam monasterij consuetudinem, non dandi Eucharistiam nisi intinctam. [Intinctum panem (ait præter cætera Hildebertus) aliis præbuisse Christum, non legimus, excepto tantum illo discipulo, quem intincta buccella, magistri proditorem ostendit, non quòd huius sacramenti institutionem signaret. Porrò si quis dicat ex intincto pane què traditori Christus porrexit, præfatam emerfisse cõsuetudinem; tanquam præscripta fuerit in eo forma qua tradi oporteat communicaturis, panem qui descendit de cœlo, & dat vitam mundo: forsitan credendum putarem, si panem illum, Christi corpus fuisse, vel Euangelium,

a orat. de Synaxi.

b 9. in Ioan.

c epist. 64. ex Augu- stino tract.

62. in Ioan.

lium, vel plena fidei reliquisset authoritas. Cæterum vel tenuiter scienti manifestum est, aliud fuisse Christi corpus, & aliud buccellam panis intinctam: Iudam, que prius ad mortem signatum corpore quod erat traditurus; quam buccella panis proderet traditorem. De qua buccella sic Augustinus super Ioannem scribens, ait: *non autem, ut patant quidam negligenter legentes, tunc Iudas corpus Christi accepit. Intelligendum est enim quod iam eis omnibus distribuerat Dominus sacramentum corporis & sanguinis sui, ubi & ipse Iudas erat, sicut S. Lucas evidentissimè narrat: at deinde ad hoc ventum est, ubi secundum narrationem Ioannis apertissimè dominus per buccellam tinctam atque porrectam, suum exprimit traditorem, fortassis per panis tinctionem, illius significans fictionem.*] Apertissimè ergo & Augustinus, & Hildebertus, imo quantum video, Euangelista, buccellam Iudæ porrectam, panem fuisse pronunciant, non Christi corpus, aut aliud aliquid à pane.

^a Abra.
mici ad
Nonni pa-
raphr. in c.
13. om.

Quare non potui non mirari, recentiorem quendam, ^a buccellam à Christo porrectam ⁱⁿ interpretari offam: Hanc

Qu
Hanc
stin
lum
apud
feri. N
quod
cepra
stum
bucc
tè cor
ctus p
hibet
idem
ciens
quæ p
nium
sterio
dieru
mens
à lege
co em
sibus
In que
gebat
que c
famil
tus ha

Quæ circa Iudam Christ. in cœn. ult. 411

Hanc autē addere, non vt vulgi fert existimatio, iusculum esse; sed carnis frustillum modicatis frugibus conditam, vt est apud Poëtam. ^a Hoc dico non rectè asseri. Nam si huiusmodi offa, id ipsum est quod buccella, per Iudam à Christo accepta, necesse omnino erit fateri, Christum non panem intinctum, sed carnis buccellam Iudæ dedisse, quod est apertè contra textum Ioannis ^b quo intinctus panis à Christo Iudæ porrectus perhibetur. Nec satis considerasse videtur idem Author, offam eo loco carneam faciens, id apertè pugnare cum verbis illis quæ profert ex Hebræo rituali per Baronium laudato. [In Paschali conuiuio posterior quæ esset mensa, non vt in aliis dierum festorum secundis cœnarum mensis bellaria apponuntur, sed tantum à lege statutus cibus, nimirum primo loco embamma ex intybis & lactucis agrestibus factum, aliis que rebus conditum: Inque eum primùm paterfamilias intingebat offam azymam, mox cæteri, sicque consumebatur. Deinde idem paterfamilias tortam azymam, (seu vt alij textus habent, *dimidiam*) sub mappa hactenus

a in 6.

b citato capis.

nus seruatum, in frustra frangebatur in tot particulas illam diuidens, quot essent in cœna discumbentes, sicque diuisam singulis porrigebat: Quo factò ipse poculum degustatum tradebat proximo, ille secundo, donec poculum per totum conuiuium, circumferretur.] En offam azymam. An caro *azyma* diceretur? Itaque panem intinctum, partem tortæ azymæ fuisse, dicendum est.

42. Sollicitat porrò aliquos, circa hanc panis intincti porrectionem à Christo Iudæ factam, scrupulus ex detecto Iudæ scelere. Cùm enim tanti esse debeat apud probum quemque aliena fama, vt occultum proximi facinus, cùm ad illud auertendum inùtilis est euulgatio, nolit euulgatum, & ad id iustitiæ leges astringant, vt grauissimè prosequitur S. Chrysoströmus: ^a qua ratione Christus, iustitiæ tenacissimus, famam Iudæ integram adhuc & indemnem, propalatione tam tetri sceleris temerarit. Ago autem de detectione Ioanni facta. Nam quamuis Christus publicè professus esset, *qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet*: Tamen Iudas idcirco, non in-

a *tomò 5.*
Gracol.
serm. 57.

notue

Quæ
notue
verbo
& in
vescit
essent
Christi
parop
termini
scelus
publici
ctio,
ex S. I.
Amen
tradit
proditi
non a
tione
monit
geret
set ab
Quæ
Molin
vt dice
præfer
mo ve
ciaffe
rus era

notuerat. Sensus enim illorum Christi verborum erat, qui mecum conuiuatur, & in eadem mensa iisdem mecum cibis vescitur, is me prodet. Itaque cum multi essent Christi conuiuæ, & omnes cum Christo in ea cœna misissent manum in paropside, Christi prædictio nullum determinatè designabat: atque ita Iudæ scelus manebat occultum, Christo illi publicè parcente, vt facilius esset correctio, iuxta illud iam supra adductum ex S. Leone ^a [Dicens itaque Dominus, *Amen dico vobis, quod vnus vestrum me traditurus est,* notam sibi traditoris ac proditoris conscientiam demonstrauit: non aspera, nec aperta impium increpatione confundens, sed leni ac tacita admonitione conueniens, vt facilius corripere poenitudo, quem nulla reformatet abiectio.]

Quare frustra Soto, ^b & Adrianus, ^c & Molina, ^d eò recurrendum censuerunt, vt dicerent, Christum non denunciaſſe præſens tunc Iudæ peccatum quod animo verſabat, ſed propheticè prænuſſe peccatum quod poſtea admiſſurus erat, & publicum ac notum omnibus erat

a ſerm. 7.
de paſſ.
cap. 2.

b detegen-
do ſecreto
memb. 2. q.
2. ad 1.
c quodl.
11. q. 1. ad
1. princi-
pale.
d tr. 4. d. 6.
ad 2.

erat futurum, vt monstraret se tradi præscium, & posse si vellet declinare prodicionem quam præuidebat. Quo ferè reuoluitur quod Soto adducit ex S. Thoma, nempe Christum vt Deum habuisse iam tunc publicum peccatum Iudæ, & idcirco potuisse statim illud patefacere. Hæc dico non esse necessaria ad extricandam difficultatem quatenus spectat alios discipulos: quibus perperam supponitur innotuisse Iudæ scelus ex generalibus illis Christi verbis. Quantum verò ad Ioannem spectat, etiam si verum est Christum propriè & directè euulgasse propheticè peccatum eius, futurum potius quàm præsens, (quanquam & hoc quoque insinuat): tamen peccatum postea admittendum, quandiu occultum est, non minus ex lege iustitiæ premendum est ei quem contigerit illud rescire diuinitus, quàm peccatum præsens, quia æquè prodigitur fama proximi. Itaque si aliud non addatur, Christi innocentia non satis patebit in ea euulgatione.

43. Dicendum igitur est, Christum non modò vt Deum, sed etiam vt hominem

Q
nem,
quæ p
iuria
rerat
sto no
lunta
præn
poter
Deus
ante,
tò &
ficult
tur.
esse,
quæ c
facto
euulg
Dom
legibi
ctanti
se loc
inurã
gation
propo
nis pr
bilis.
dam

Quæ circa Iudam Christum in coen. vlt. 415
 nem, fuisse Dominum famæ Iudæ: ideo-
 que potuisse scelus Iudæ absque eius in-
 iuria detegere: præsertim quia ita inte-
 rerat ad ingenerandâ debitam de Chri-
 sto notitiam, vt scilicet agnosceretur vo-
 luntariè passus; quippe qui traditionem
 prænouerat, & auertere vel declinare
 poterat: ac etiam vt agnosceretur verus
 Deus, quippe futurorum præsciens multo
 ante, non ex coniectura tantum, sed cer-
 tò & determinatè. Ad eum modum, dif-
 ficultas proposita nullo negotio dissolui-
 tur. Potèstque etiam ea responsio vsui
 esse, ad aliam difficultatem elidendam,
 quæ duci videtur ex prætermissa in hoc
 facto monitione secreta, ante peccati
 euulgationem. Christus enim cum esset
 Dominus famæ Iudæ, non arctabatur iis
 legibus circa famam alienam, quibus ar-
 ctantur alij ad priuatim monendum per
 se loquendo, priusquam alienæ famæ
 inurât maculam per occulti probri euul-
 gationem. Præterquam quod in euentu
 proposito, exciderat Iudas iure monitio-
 nis priuatæ, cum agnosceretur incorrigi-
 bilis. Qua ratione excusant hunc mo-
 dum Durandus^a & Valentia.^b

*a in 4. disp.
 19. q. 4. ad
 2.
 b 2. 2. disp.
 39. 10. p. 5.
 §. 1. circa
 sextum
 casum.*

Buccella accepta, id est, non consecra-
 ti panis frustulo intincto, & præuio Pe-
 tri ad Ioannem nutu, & alloquio Ioan-
 nis cum Christo, móxque subsecuta pa-
 nis intincti porrectione, veritus Iudas se
 detectum, vt semper præuia præsumit
 noxia conscientia, actus in rabiem, & to-
 tus Satanæ patens, exiuit continuò, vt ad
 Christi hostes cõuolaret. Exiuit inquam
 ante actas gratias, quæ causa est cur S.
 Chrysostr. ^a exeuntes è mensa nõ actis
 gratiis, vel è sacro ante tẽpus se proripiẽ-
 tes componat cum Iuda, foras exeunte,
 conculcata in Magistrum optimum cha-
 ritate [ô quale bonum despiciamus (excla-
 mat S. Ephrem. ^b) ô quantis bonis, quan-
 toque gaudio destituimur, charitatis ex-
 pertes. Hanc Iudas spernens, ex medio
 Apostolorum choro discessit, lucem ve-
 ram, suum ipsius præceptorem deferens;
 proprios fratres odio habens, in tenebris
 ambulauit. Quamobrẽ & Princeps Apo-
 stolorum Petrus ait: *prauaricatus est Iu-
 das, abiens in locum suum.* Et rursus Ioan-
 nes Theologus: *qui odit fratrem suum, in-
 quit, in tenebris est, & in tenebris ambulat
 & nescit quovadat, quia tenebra obcaarũ*

a r. i. hom.
 24.

b opusc. de
 charit.

Qu
 oculos
 præsi
 nota

44.

das,
 Hiero
 sacri
 cessit

ctam e

Quod

hoc qu

discip

di fam

rati mu

spectar

nihil p

nuncia

ad Chr

pecori

gnitate

giè An

erat. m

quod p

palam

sed len

sti quo

auerfus

Quæ circa Iudam Christ. in cæn. vlt. 417
oculos eius.] Hoc, nox qua exiuit Iudas
præsignabat, vt quoque Gregorius an-
notauit.^a

44. Sic ergo luce diuina priuatus Iu-
das, [per auaritiæ viam (vt loquitur S.
Hieronymus^b) venit ad patricidium, imò
sacrilegium auaritiæ copulatum.] Et ac-
cessit abigentis Christi ac ouem conta-
ctam ex caula sua excludentis, vox illa,
Quod facis fac citius. Quanquam neque
hoc quò reuera pertineret, intellexerunt
discipuli: tanta fuit Christo cura parcen-
di famæ adhuc integræ proditoris: sed
rati munus ei aliquòd ad procurationem
spectans fuisse verbis illis demandatum,
nihil præterea de Iuda citò abeunte pro-
nunciarunt, etiam apud semetipsos. Hoc
ad Christi mansuetudinem, & brutissimi
pecoris stuporem, imò diabolicam mali-
gnitatem suspiciendam, considerat egre-
giè Anselmus verbis illis. [Hoc quoque
erat mansuetudinis tuæ Domine Iesu,
quòd perfidum illum in coetu fratrum
palàm detegere & confundere noluisti,
sed leniter admonitum accelerare iussi-
sti quod parabat. In omnibus his non est
auerfus furor eius à te, sed egressus foras

fatagebat circa frequens maleficiū. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris? In delitiis paradisi gloriosus apparuisti: ciuium cœli socius & Verbi diuini coniuua. Quomodo ergo reputatus es inter filios tenebrarum? Qui nutritiebaris in croceis, quomodo amplexatus es stercora? Tunc clarificata est familia tua Christe, in modum societatis Angelicæ. Tunc demum diuinissimi eloquij vberissima inundatione, fœlix conuentus ille sacer, ex ore tuo potatus est. Siquidem corruptus ille verè foras missus fuerat, quem huius limpidissimi liquoris infusione sciebas indignum.]

45. Sed est in postremis illi Christi ad Iudam dictis, & ea miseri per Satanam occupatione, quæ illum ad exitum perpulit, difficultas non exigua, quam proximo capite excutiemus. Nunc obsignemus hoc caput piissima S. Gregorij oratione^a [Verè dignū & iustum est, equum & salutare. Nos tibi semper & vbi que gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per Christum Dominum nostrum: Quem in hac nocte inter sacras epulas increpantem,

mens

^a in l. sacrament.
 feria 5. in
 cenam
 Domini in
 prefatione.

mens sibi conscia traditoris ferre non potuit: sed Apostolorum relicto consortio, sanguinis pretium à Iudæis accepit, vt vitam perderet quam distraxit. Cœnauit igitur hodie proditor mortem suam; & cruentis manibus panem de manu Saluatoris exiturus accepit, vt sagnatum cibo maior pœna constringeret, quem nec sacrati cibi collatio ab scelere reuocaret. Patitur itaque Dominus noster Iesus Christus, Filius tuus, cum hoste nouissimum participare conuiuium, à quo se nouerat continuò esse tradendum, vt exemplum innocentiam mundo relinqueret, & passionem suam pro sæculi redemptione suppleret. Patitur mitis Dominus, imitem Iudam, & sustinet pius crudelem conuiuiam, qui merito laqueo suo periturus erat, quia de Magistri sanguine cogitarat. O Dominum per omnia patientem! O Agnum inter suas epulas mitem! Cibum enim Iudas in ore ferebat, & quibus eum traderet persecutores aduocabat. Sed Filius tuus Dominus noster tanquam pia hostia, & immolari se tibi pro nobis patienter permisit, & peccatum, quod mundus commi-

ferat, relaxauit. Quæsumus igitur, vt, qui pro salute nostra se tradi permisit, ipse nos suæ gratiæ dono locupletet: Et qui per buccellam panis, suum prodidit traditorem, ipse nos sui panis perceptione, faciat sibi inhære: quique discipulorum pedes eluere dignatus est hodie, ipse nos ab omnibus delictis emaculet, & cœtui fidelium discipulorum associet.]

Quæ sceleris per Iudam concepti & editi, efficiens causa fuisse, sit censenda.

CAPVT X.

ADMONET hic locus, priusquam ad educationem sceleris per Iudam concepti progrediamur, vt hic in meditullio circa eius conceptum & partum constituti, de causa tantæ iniquitatis, Iudæ interuentu positæ, aliquid dicamus; tum ad illustranda nonnulla Scripturæ loca, præsertim proximè tacta, quæ quibusdam in hac re difficulta

ficul
quæ
qui
iusto
Non
ris I
que
lant
diab
gula

D
tion
tum
vel
ne c
trad
conf
cant
fert
& or
feci
volu
brof
giè c
go in
2.
luet
stobh

ficultatem fecerunt, tum ad portenta quædam sententiarum circa Iudæ iniquitatem, proximè ad eam accedentia, iusto examine libranda & damnanda. Non potest autem vlla alia causa sceleris Iudæ excogitari, aut cum colore aliquo scripturarum specie tenus astipulantium inuehi, præter Deum, Christum, diabolum, & ipsum Iudam. Attingo singulas.

Deum authorem Iudæ fuisse prodii-
tionis, ex altero, aut vtróque duorū capi-
tum, dubitatum aut assertum est: nempe
vel ratione diuinæ præscientiæ, vel ratio-
ne diuini decreti ferentis ac sancientis
tradi Christum. Nam quòd alij idem
confirmarunt ex mala & necessariò pec-
cante natura à Deo Iudæ indita, vt re-
fert S. Hieronymus^a: impium planè est
& omnino exhibilandum, cum omnia
fecerit Deus bona valdè: nec natura sed
voluntate peccasse Iudam supra ex Am-
brosio monstraauerimus, idemque egre-
giè confirmet S. Cyrillus. Hæreamus er-
go in propositis duobus capitibus.

2. Necessitatem ex prænotione in-
uectã, videri possint sonare verba Chri-

sti agentis, de Iudæ prodicione apud
 Matthæum & Marcum: *Filius hominis
 vadit, sicut scriptum est de illo.* Nam Scri-
 ptura continet Dei voces, quæ subse-
 quuntur prænotionem: ac proinde ne-
 cessitas consequens ex eo quod aliquid
 sit conscriptum Dei nomine, supponit
 diuinam prænotionem, & in eam reuol-
 uitur. Clarius, Scripturæ, atque adeo vo-
 ci & prænotioni diuinæ, necessitatem
 proditi per Iudam Christi, videtur tri-
 buere Ioannes, sic scribens de Iuda à
 Christo dictum. *Ego scio quos elegerim,
 sed ut adimpleatur scriptura, qui mandu-
 cat mecum panem, leuabit contra me calca-
 neum suum.* Necessitatem verò ex diuino
 decreto Iudæ iniectam, insinuare vide-
 tur Honorius Augustod. ^a Et eandem
 ferre videntur illa apud Lucam. ^b *Filius
 hominis, secundum quod definitum est, va-
 dit.* Certè si Deus definiuit prodicionem
 Christi, quis fuit Iudas ut contra Dei fi-
 xam sententiam niteretur? *Dominus exer-
 cituum decreuit, & quis poterit infirmare?*
 Non rarò item in Scripturis legimus,
 Christum à Patre traditum pro nobis
 omnibus. Quod videtur referendum ad
 decre

^a dialog. de
 predest. &
 libero ar-
 bitrio sub
 finem.
^b cap. 22.

decretū diuinum de eo per Iudam tradē.
do. Et Actor. 4. quæcūque in Christum à
Pilato & Iudæis, (vtique administro Iu-
da) sunt facta, dicuntur manu Dei & con-
silio decreta fieri. Et ex hoc maximè ca-
pitate, ortus videtur spurcus ille ructus aut
vomitus de Germanica ganea seculo su-
periore emissus; quo non aërem modò
qui eum excepit, & chartas quibus illitus
est, contaminatas existimo, sed ipsum
quoque Tartarum nihil vnquam tetrius
aut graueolentius expuisse: *DEVS est a-*
quæ author proditionis Iudæ, ac vocationis
Pauli. Ita ructasse Lutherum ac Melan-
cthonem, scribit eorum equalis, & quon-
dam partiarius Federicus Staphylus; ^a *in apo-*
addens, Melancthonem quidem id po-
stea retractasse in vltima locorum com-
munium editione, sed Lutherum persti-
tisse in errore, eique Lutheranos omnes
rigidos, Illyricum, Amsdorffium, Gal-
lum, aliòsque adhæsisse. Eandem recan-
tationem ex posterioribus eiusdem Phi-
lippi commentariis in epistolam ad Ro-
manos notauit Prateolus. ^b Si vera essent
quæ de Raymundi Lulli hæresibus à
Bzouio produntur, ^c non dissimilis error

*leg. Luth-
ranorum
concordia.*

^b *verbo
Melanctho-
nici num.*

^c *anna
1372. n.
14.*

Raymundo tribuendus esset. Refert enim Bzouius ex articulis Raymundi, *Tantum placet Deo, voluntate beneplaciti, Iudæ desperatione, quantum Petri contritio.* Sed quia Bzouius non nisi ex Emerico, ^a confirmat quæ dicit; Emericus autem in causa Lulli, vel falsarius, vel inidoneus testis est, vt Nitela Franciscanæ Religionis conuincit, nihil tale ei affingo, & sisto in Germanis prædictis.

a 2. dire-
torij in-
quisit.

b serm. 16.
de pass.

3. Has Tartari emissitias, vno hoc S. Leonis^b euerriculo, expurgatum eo. [Nunquid iniquitas persequentiū Christum ex Dei est orta consilio? & illud facinus quod omni maius est crimine, manus diuinæ præparationis armavit. Non hoc planè de summa iustitia sentiendum est: quia multum diuersum, multumque contrarium est id quod in malignitate Iudæorum est præcognitum, & quod in Christi est passione dispositum. Non inde processit voluntas interficiendi, vnde moriendi: nec de vno extitit spiritu, atrocitas sceleris, & tolerãtia Redemptoris. Non enim impias furentium manus, immisit in se Dominus, sed admisit. Nec præsciendo quod faciendum esset, coë-

git

git vt fieret, cùm tamẽ ad hoc carnẽ suscepisset vt fieret.] Et mox [quod itaque Dominus Iesus Christus, furorẽ fremetiũ pati voluit, in nullo auctor eorum criminum fuit. Nec egit, vt hæc vellent, sed cessit vt possent, & sic vsus est obcæcaturæ plebis infania, quomodò & perfidia traditoris, quem ab immanitate concepti sceleris, & beneficiis est reuocare dignatus & verbis : assumendo in discipulum, prouehendo in Apostolum, monendo signis, consecrando mysteriis vt cui nihil beneuolentiæ deesset ad correctionem, nihil occasionis superesset ad crimen.]

Attingit generatim S. Leo rationes optimas, cur neque præscientia, neque diuinum decretum, obtendi possit facinori Iudæ aut Iudæorum ; Præscientia quidem, quia Deus præsciendo quod faciendum erat, non coëgit vt fieret. Decretum verò, quia Deus iustus est, nec inde procedit iniustitia vnde iustitia: atque ita Deus, omnino exfors sceleris per Iudam patrati est statuendus. Vnde quamuis Deus præsciuit scelus à Iudæ voluntate manaturum, & ea præscientia
suppo

a l. 1. doct.
c. 30. n. 8.

supposita æternum ei supplicium decre-
uit: Tamen liberum erat Iudæ, aliud fa-
cere si voluisset: Tantumque, certò non
fuit facturus aliud: Alioquin vt optimè
disputat Thomas Valdensis, ^a non fuif-
set Iudas dictus à Christo *filius perditio-
nis certæ*: sed, *filius perditionis omnimoda.*
Sed dicamus de vtroque capite, nonnul-
la distinctius.

b 4 de Ge-
nes. ad lit.
cap. 32.

4. Prænotio diuina de scelere per
Iudam admittèdo, idcirco non fuit cau-
sa vt admitteretur, quia est tantum præ-
notio. Id est, non est notitia practica quæ
ad obiectum suum causaliter & antece-
denter præsupponitur, illudque efficit
sed est notitia speculatiua, quæ prius ra-
tione supponit obiectum suum, & ad il-
lud vt ratione præexistens terminatur.
Valet enim de hac notitia quod à S. Au-
gustino scriptum est. ^b [Cognitio fieri
non potest nisi cognoscèda præcedant.]
Itaque non idcirco res est futura quia
præcognoscitur, sed potius idcirco præ-
cognoscitur, quia est futura. Quod toti-
dem verbis scriptum est apud Iustinum, ^c
circa hanc ipsam difficultatem de Iudæ
scelere per præscientiam causato. Sic
enim

c 9. 58. ad
Ortkod.

enim
[Pro-
xit p
eius
erat,
notia
tura
nos
Chri-
tio
Qu
noti
ra, p
nem
vide
fetu
& re
sign
præ-
min
tam
act
mul
I
null
tem
est
Qu

enim de eius prodicione ibi habetur. [Proditionem futuram sciens Deus, prædixit per literas: Nec est prænotio causa eius quod futurum erat, sed quod futurum erat, causa est prænotionis. Non enim prænotionem sequitur res futura, sed res futuram prænotio: Nec vlllo pacto qui prænotoscit, causa est rei futuræ. Itaque non Christus causa est prodicionis, sed prodicio causa est prænotionis Domini.] Quod ait rem futuram esse causam prænotionis, non eò pertinet, quasi res futura, physicè efficiat diuinam prænotionem. Quod tam absurdum est, vt mirum videatur Abulensem^a & Palacium,^b asser-
a in c. 11
Iosue 9.
ferum eo sensu à quibusdam censuisse,
14.
b in 7. dist.
& reiecisse. Eò igitur tantum pertinet, vt
38. dist. 2.
significetur rem futuram esse causam præscientiæ, per modum obiecti ac termini quem præscientia respicit: secluso tamen illius obiecti influxu in diuinum actum, quod Valdensis^c alique bene
c r. 1. doct. r.
l. 1. c. 26. n.
multi quos^d alibi refero, aduerterunt.

Itaque perspicuum est, præscientiam
d in na-
tur. Thea-
lo. d. 8. n.
11.
nulla ratione inferre obiecto necessitatem, neque causam à qua proditurum est, adigi ab ea vt tale obiectum ponat. Quamuis supposita eius futuritione, &

positione per causam suam, præscientia quam nihil verum potest subterfugere, non possit illud obiectum non percipere. Nec eius certitudo & infallibilitas vacillat ob obiecti contingentiam & mobilitatem, cum sit partus causæ liberæ, quæ ita operatura est, ut posset non operari. Non inquam idcirco diuina præscientia, incerta redditur & falsitati obnoxia: quasi si homo nollet operari (ut sanè posset nolle) falsitas in prænotionem esset refundenda. Nam res futura, ut optime attigit S. Athanasius ^a ex suppositione quod sit futura, induit necessitatem. Neque enim fieri potest, ut res posito quod sit futura, futuritionem non sortiatur. Prænotio autem non tendit in obiectum futurum, nisi ex suppositione quod sit futurum. Atque ita obiecti futuritio certa, & ex suppositione necessaria, obstat quominus timendum sit falsitati prænotionis, non tendentis in obiectum nisi prout certò futurum; quamuis per ordinem ad causam suam ita sit futurum certò, ut tamen priusquam eius futuritio supponatur, possit non esse. Quod est esse contingenter, quamuis certò & infallibili

*a serm. de
pass. &
cruce Do-
min.*

Quilibet
quàm
ter &
hac e
nibus
culam
lem;
tione
volun

5.
magis
est eiu
tres,
scriptu
nis luc
casse I
prum e
gnitun
erat p
Addo

Isid
lum [N
tem an
eximie
men la
rius pr
abdito

libiliter futurum. Estque longè aliud
quàm esse futurum necessariò, simplici-
ter & absolutè. Theodoretus ^a ait, Deum ^{a in 9. 26.}
hac ex causa plerumque prænunciatio- ^{lora.}
nibus prophetis, curasse adiungi parti-
culam ambiguitatis *fortè*, aliàmve simi-
lem; vt constaret, non obstante præno-
tione diuina infallibili, liberam manere
voluntatis vertibilitatem.

5. Hæc quæ vniuersè valent, eò
magis in Iudæa valere debent, quò tetrus
est eius facinus. Itaque constanter Pa-
tres, quoties præcognitæ à Deo, & in
scripturis tanto ante expressæ proditio-
nis Iudæ meminerunt: non idcirco pec-
casse Iudæ, quia præcognitum aut scri-
ptum erat eum peccaturum, sed præco-
gnitum & scriptum fuisse dicunt, quia
erat peccaturus vt iam ex Iustino retuli.
Addo paucos alios.

Isidorus Pelusiota ^b scribens ad Ni- ^{b l. 1. epist.}
lum [Non quia Dominus Iudæ volunta- ^{56.}
tem animique institutum præuidit, vir
eximie, idcirco ille in proditionis cri-
men lapsus est. Verùm quia homo nefar-
ius proditionem parturiebat, idè is, qui
abditos & occultos pectoris motus cer-
nebat

nebat, futura tanquam praesentia, praemonstrauit.]

a hares. 38.
qua est.
Casanoii

Epiphanius² [Tamen si dicat scriptura, Christum voluisse cruci tradi, aut etiam si dicat diuina Scriptura, absurditates in extremis diebus per nos perficiendas: non tamen omnino aliquis ex nobis qui iniqua facimus, excusationem inuenerit, Scripturae testimonium producens, vaticinantis haec futura esse. Non enim quia dixit Scriptura facimus, sed quia facturi eramus, scriptura praedixit, propter Dei praenotionem.] Et mox [Non quia dixit diuina scriptura facimus, sed quia facturi eramus, scriptura praedixit propter Dei praenotionem: & vt Deus qui bonus est ira autem contra peccantes infert, non suspensus fiat, velut qui affectibus obnoxius sit, ira enim Dei aduersus singulos peccantes, non ab affectu proficiscitur: affectus enim expers est numen, infert autem iram contra hominem non affatu indignationis correptum, neque ira superatum. Ostendit autem affectus exortem se Deus, praenatiuatus futurum iudicium, ac iustum supplicium fore, quo Deitatem affectus exortem ostendat.

Prædi

Præ
gnit
vt
bilen
ex e
cont
facie
quæ
& de
Non
ptura
Iuda
quod
in cru
teri
Euan
quan
S.
remi
tione
guita
tem
ipsum
cum
pro
xix D
bat. C
Te

Prædixit itaque Scriptura iuxta præcognitionem nos præmunens ac docens, ut ne incidamus in iram Dei immedicabilem, non ex affectu decretam, neque ex eo quod ab affectibus superatus sit contingentem, sed hominibus peccatum facientibus iustissime præparatam ex his quæ commiserunt, nec expiarunt. Idem & de crucis supplicio cogitare debemus. Non enim propterea quod ita fore scriptura prædixit, Christus aut in crucem à Iudæis est actus, aut à Iuda proditus: sed quod & proditurus eum Iudas esset, & in crucem acturi Iudæi, ob id tam in Veteri Testamento Scriptura, quàm in Euangelio Dominus ipse futurum aliquando prænunciauit.]

S. Chrysoſtomus^a tractans illud Hieremiæ 36. *forte audient* præter aliam rationem additæ particulæ sonantis ambiguitatem, addit. [Ne vim ac necessitatem aliquam ad non parendum, afferre ipsius præscientia putaretur, propterea cum dubitatione quadam hæc verba protulit, ne fortè dicerent aliqui; *Prædixit Deus, & omnino ut inueniret oportebat.* Quod de Iuda solent dicere: *Prædi-*

*a homil. 1.
de propheta.
obscuri.*

xit (inquit) *eum proditorem futurum,*
 & *idcirco proditor factus est.* O demen-
 tiam! ô impudentiam! Neque enim præ-
 scientia malitiæ causa fuit, mi homo, ab-
 sit: Non enim rebus futuris affert neces-
 sitatem, sed præuidet tantum. Non quia
 prædixit Christus, factus est proditor il-
 le, sed quia proditor futurus erat, Chri-
 stus idcirco prædixit.]

a homil de
 virtutibus
 & viiis.

Idem S. Chrysostomus luculenter alio
 loco^a præfatus Iudæ improbitatem ex eo
 vno manasse. [Necessè quidem exoriri
 scādala, inquit, salutare verbum Dei, ve-
 rum tamen væ homini illi per quæ scan-
 dala nascentur, quid igitur? præfatum
 esse forsitan scandalum inducit? non
 quod præfatum fuerit, apage inquā, nec
 quia prædixerit, ob id scādala nascitur,
 sed quia omnia futura erant idcirco præ-
 dixit. Ita qui scādala tulerunt, siquidem
 mali esse nolissent, exorta nunquā scan-
 dala fuissent, quod si futura non erāt nū-
 quam prædiceret, sed quia perperam illi
 fecerunt, & iā corrupti pertinaciter erāt,
 idcirco scādala venerunt, & quod futurū
 erat prædixit. Quod si illi emendari pate-
 rentur, inquit, vt qui scādala sereret peni-
 tus

tus
 de
 qua
 emē
 qua
 dala
 pte g
 cō it
 S.
 dixer
 sed v
 mecu
 suum
 nem
 tur, n
 sed I
 vacan
 dat in
 circō
 tum v
 Nam
 vitupe
 stri,
 nec d
 acti fe
 ram n
 retur

tus nō fuisset: nōne verbū illud mendax
deprehensum iri oportebat? minimè in-
quam, neque enim dixisset. Nā si omnes
emēdari posse cerneret, id profectò nun-
quam prædiceret, necesse quidem scan-
dala exoriri: sed quia præuiderat eos tuo-
pte genio haud emendabiles fore, idcir-
cò ita præfatur.]

S. Cyrillus, ^a tractans quod de Iudæ al. 9. in
dixerat Christus. *Ego scio quos elegerim: loan c 10.*
sed ut impleatur Scriptura, qui manducat
mecum panē, leuabit contra me calcaneum
suum; proponit in contrarium obiectio-
nem; quasi ex his verbis inferri videat-
ur, non fuisse Iudam sui sceleris causam,
sed Deum impellentem, vt Scriptura
vacaret falsitate. Eam difficultatem eno-
dat in hunc modum. [Nemo putet id-
circò quæ à Prophetis dicta sunt, in exi-
tum venire vt adimpleatur Scriptura.
Nam si sic esset, laudari potius, quam
vituperari tanquam Scripturarum mini-
stri, nequam homines possent: quippe
nec deliquisse omnino viderentur, si co-
acti fecissent. Nam si adimplere Scriptu-
ram necesse esset: illi per quos adimple-
retur, nullo crimine profectò teneren-

tur. Præterea in Scripturæ auctorem, culpa redundare videretur: siquidem, ut adimpleretur Scriptura, ut quædam mala commiserint. Sed quis adeò rationis ac mentis inops erit, ut Scripturam sancti Spiritus, peccandi causam attulisse hominibus unquam credere possit? Non ergo ut adimpleatur Scriptura, nec ista de causa facta sunt à quibusdam quæ Scriptura prædixit, sed contra: quoniam ita nonnulli sponte facturi erant, idcirco præsciens Spiritus sanctus futura prædixit.] Rursusque alibi agens item de Iuda. [Non quia scriptum de illo est, quod periturus esset, propterea eò nequitie processit, ut paucis argenteis preciosum Christi sanguinem traderet. Verùm quoniam malignitate sua periturus omnino erat, idcirco id omnino futurum Scriptura prædixit, quam falsò quicquam dicere impossibile est.]

7. Dignus est qui agmen claudat Origenes, nam planè insigniter in hanc rem philosophatur apud Eusebiū. ^b [Quem admodum si quis temeritatem hominis alicuius perspexerit, & quia ignorantem eum

al. i. l. c.
21.

b l. 6. de
prepar. e.
9.

eum
eius
age
serè
rium
vni
perp
rac. N
fa. no
quæ
(dic
tan v
est v
Nō
futu
hæc
rū al
cessè
mus.
das p
dere
ab h
tupe
let e
ta de
pup
facer

eum cognouerit, propter temeritatem eius nō dubitet periculosa eū ac lubrica aggressurum itinera, in quibus lapsus miserē iacebit, nō effecit hinc ipse temerarium illi homini lapsum. Sic Deus cum vniuscuiusque voluntatē praeuideat, hūc perperam, illum rectē acturum, nō ignorat. Non ergo praecognitio futurorū causa, nec enim vllō pacto ad peccādū Deus quēquam impellit, aut mouet, sed cōtra; (dicam enim etiā si absurdē multis forsitan videatur;) Id quod futurum est, causa est vt Deus euenturum illud praeuideat. Nō ergo ideō fit, quia praescitur: sed quia futurū erat praescitur. Distinctione autem haec res indiget. Nā si quis quando futurū aliquid dicimus, sic accipit, quasi necesse sit omnino fore, minimē ei id dabimus. Nō enim dicimus quia proditor Iudas praesciebatur, necesse fuisse ipsū prodere: Si sic enim esset, non vituperaretur ab his qui proditorem praeuiderunt. Vituperatur autē nimirum, quoniā potuisset etiā non prodere. Audi quid Propheeta de ipso dicit: *Nec sit qui misceatur pupillis eius, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam, & persecutus est ho-*

minem inopem & mendicum, & cōpunctum
 corde mortificare & dilexit maledictionē,
 & venit ei, & voluit benedictionē, & elon-
 gabitur ab eo. Si quis autem ita futurū ac-
 cipit, quasi euenturum sit; posset autem
 etiā aliter fieri, hoc ipsum est quod dici-
 mus: Præscientiam enim Dei, veram non
 esse, impossibile simpliciter est. Quæ verò
 contingentia sunt, quæq; accidere & nō
 accidere possunt, ea vel euentura, vel non
 euentura Deus certò præuidit. Eo liqui-
 dius forsan hoc modo diceretur: Si con-
 tinget Iudā prodere, præsciuit hoc Deus:
 si non continget, similiter Deus præsci-
 uit. Cū ergo duo hæc contingētia sint, &
 potestas sit in Iuda, Deus præscientia sua
 præuidit quod à Iuda eligeretur: Nec præ-
 scientiā Dei, ex contingenti, necessaria
 fiet proditio. Si enim ponamus Deum se-
 cum loqui, possibile est Iudā proditorem
 fore, sed cōtrarium quoque possibile est.
 Quamuis ergo contingens vtrumq; sit:
 ego tamen video proditurum. Nō enim
 similiter istud accipiendū est, quæ admo-
 dum si diceres, præuidere Deū hunc ho-
 minē nūquam volaturū. Nulla enim vo-
 landi potētia inest homini, sed delinquē-
 di

Q
 di &
 ergo
 obt
 ratio
 pare
 scho
 tius
 quod
 mile
 8
 iecta
 præf
 amb
 Qua
 vere
 & ta
 nece
 ctum
 tis m
 tis oc
 git ac
 bile
 tūs p
 ram
 non
 præc
 mini

di & nõ delinquendi potētia ineft. Cum ergo vtrumq; possibile fit, qui rationi nõ obtemperat, is peiora sequitur. Qui verò ratione cūcta idcirco inquit, vt rationi pareat, is virtuti adhæret.] Si terminos scholasticos addas, nihil in hęc rē luculētius & illustrius proferre queas. Breuiter quoque sed optimè, quoad Adamum, similem difficultatem extricat Rupertus.^a

*a l 1. in
Genes. c.
17. initio.*

8. Maneat igitur non plus Iudæ iniectam esse peccandi necessitatem ex præscientia, quàm iniiciatur necessitas ambulandi ei quem ambulātem intueor. Quamuis enim impossibile fit, eū quem verè ambulātem video non ambulāre, & tamen non ego sum qui illi ambulādi necessitatem iniicio, sed ipse potius obiectum visui meo offert, quod actū facultatis meæ expeditæ terminat, meque apertis oculis & attento animo astantē, adigit ad contuendum: Ita quamuis impossibile fuerit, Iudæ iniquitatem, quæ diuinitus præsciebatur futura, non esse futuram; Tamen ea futuritionis necessitas non oriebatur ex præsciētia, sed ad eam præcedebat per modum obiecti ac termini, quem in rerum natura existentem

pro aliqua temporis differentia, impossibile erat non perspici ab oculo semper vigili, semperque expedito ad omnia vera contuenda, quorum vnum est futuritio illa vera.

Illustrant ea similitudine hoc negotiū Faustus Rhegiensis, ^aBoëtius, ^b& Beda, ^ccuius doctrina est in hanc rem insignis. [Quæ sunt apud nos præterita, (inquit) vel futura, à conspectu Dei numquam transeunt, sed semper præsentia sunt. Vnde & Dominus in Euangelio dicit: *Cælum & terra transibunt, verba autem meæ non transibunt.* Si autem verba quæ apud nos in momento transeunt apud Deum semper manent, quis dubitet quin in conspectu Dei sint permanentia, quæ apud nos transitoria? Si ergo in conspectu eius, semper & præsentia nos videt, quales aut ipso, non ex nobis futuri essemus in bonum, aut non ex ipso sed ex nobis futuri essemus in malum, non inconueniens fecit; sic enim diuersa videris merita, diuersa etiam nobis tribui præmia. Prauitas, nostra ab æterno mala, in conspectu Dei ex sua nequitia præsentauit. Deus illam ad mortem destinauit. Quid ergo? Coëgit nos Deus vt mali

a 2. de
grat. & li-
ber arbit.

c. 3.

b 5. de cõ-
sol. psa. 6.

c 9. 3. ex
variis.

fibi
pot
vid
cess
deo
vide
aut
fert
se d
hil e
præ
vt i
tatis
præ
trus
tu m
dit,
Aut
dixi
Iud
trus
neg
bis
face
per
erat
esse
pro

fibi videremur ab æterno? Absit. Nam potius nos cogimus eum, vt nos malos videret. v.g. Si video iacere aliquem, necesse est vt ille iaceat, quem iacere video, aut falsum est quod ego eum iacere video. Illa ergo necessitas à iacente est, aut à vidente? Vtique non à vidente infertur necessitas vt iaceat, sed ab ipso qui se deposuit vt iaceret. Deus igitur, cui nihil est futurum aut præteritum, nos sibi præsentis semper, malos esse videt: non vt iustis ille necessitatem inferret prauitatis, sed quia prauitas illa latere nequit præsentiam Iudicis. Nunquid autem Petrus Deum negauit, quia Dominus dixit, *tu me negabis?* Aut nunquid Iudas tradidit, quia Dominus dixit, *tu me trades?* Aut numquid Lazarus mortuus est, quia dixit Deus, *Lazarus dormit?* Iudas autem Iudæos iam de traditione cõuenerat. Petrus cum de negatione atidisset, se non negaturum, iurabat. Nec tamen ex verbis Domini, magis coactus est Petrus vt faceret quod nolebat, quam Iudas vt perficeret quod volebat. Sed impossibile erat, scientem omnia, nescire quæ istis essent euentura.]Nihil puto in hanc rem proferri posse luculentius; quòque cui-

dentiùs monstretur, prænotione nullam iniici necessitatem operandi quod præcognoscitur. 7

9. Scripturæ quæ in contrarium vrgebantur, reuera nihil euincunt, vt ex Patribus môstrauit. Tantum enim enunciant, quod ponendum erat per liberam Iudæ voluntatem: vt autem per eam poneretur, nihil planè contulerunt. Id quod æquè dicendum est de loco Ioannis 13. quo dicitur vt adimpleatur Scriptura, Iudam leuasse calcaneum. Illud enim vt, eo loco sumitur consecutiue non causa liter vt Ioan. 12. vbi dicitur Iudæorū primores nō credidisse in Christum, vt Scriptura impleretur, & aliis locis sexcentis. Id est, non est sensus, finem in quem Iudas leuauit calcaneum, esse Scripturæ adimpletionem. Sic enim Deus Iudæ ad operis in Scriptura prænunciati adimpletionem perpulisse dicendus esset, vt sua Scripturæ prænunciandi veritas constaret: nec Scriptura prænunciasset Iudam proditione inquinandū, quia per se ipsū ritas facta esset, Iudas fuisset inquinatus; inquinandus erat; sed vt Scripturæ vequod vidisti Patres refugere. Sensus igitur dicti illius est, Iudā leuasse calcaneū,

Quæ sceleris Iudæ, effeōtrix causa. 441
indēque cōsecutum esse vt Scriptura quę
id futurum prænuñciarat, vera prodere-
tur. Quod S. Cyrillus, & alij Patres alle-
gati, disertè statuunt. Nec placet quod
non nemo^a S. Cyrillum refellens conten-
dit; illud *vt* in proposito Ioannis loco,
causaliter nõ consecutiue sumendū: eo
quod Christus Iudæ elegerit in eū finem,
vt Patris voluntati per scripturā expressę
satisficeret. Sicut Christus vt impleretur
Scriptura, dixit *sitio*, & vt impleretur Scri-
pturæ Prophetarū, iuit in Ægyptū: qui-
bus locis, particula *vt*, videtur sumi cau-
saliter, & designare finem actionis per
Christū elicite: Eodēmq; modo sumen-
da dicitur in proposito Ioannis loco. Sed
vt dixi, non placet interpretatio. Neque
enim Christus ait se Iudæ elegisse, vt Scri-
ptura impleretur, quo pacto fieri posset
interpretatio illa. Quia ea electio vacaret
labe, nec Christum dedeceret: Sed ait, vt
Scriptura impleatur, conuictorē & men-
sæ participem, magnificaturū supplantationem,
& leuaturū calcaneū: quod dici
non potest factum in eū finē vt Scriptura
impleretur. De eo loco quo Christus à
Patre dictus est traditus, & quàm diuer-
fa

*a Toletus
in c. 15.
Ioan an-
not. 20.*

ac. 14.

sa ratione sit peracta ea per Patrem ac per Iudam traditio, dicam infra.

10. Iam quod neque diuinū decretū Iudā adegerit ad peccandum, quod erat alterum caput, penes quod DEVS Iudæ scelerū insimulabatur, difficile ostēditur ab iis qui malitiā quidem ipsam formale quam priuatione constitui supponunt, à Deo vetari volunt. Nihilominus tamen affirmāt, Deū ab æterno, antequam vllō modo, ac ne conditionaliter quidē, præsciat actus positiuos quibus malitia conferta est futuros esse, prædefinire illos, & vt suo tēpore ponantur, edicere antecedenter ac incōsultis nutibus humane voluntatis cuius fœtus sunt actus illi. Hęc sentētia posita, aio difficile omnino ostēdi, quomodò Deus non sit causa sceleris per Iudā admissi. Supposita enim ea diuina volitione ferrea, & per Iudæ nisū ineluctabili, impossibile fuit Iudæ nō ponere eū actū positiuū, de quo ponendi diuinū illud decretū antecessisse supponitur, & ad cuius firmitatem tuendā, potentia diuina exequens, quā humana voluntas nequit excutere, applicabitur in tēpore. Atque ita Iudas, nō peccarit in positione
illius

illius
eo q
das
bera
Deu
re, n
ante
obie
sibil
gern
posi
prog
disti
rē in
posi
tion
actu
ut fu
simi
sten
ficio
nē,
pec
cau
mo
refu
lati
qui

illius actus positiui: quia nemo peccat in eo quod nequit omittere. Imò nō ipse Iudas actū illū posuerit in ratione causæ liberæ, ac se mouentis ad operandum; sed Deus, cuius antecedēti decreto obistere, non fuit in Iudæ potestate sitū. Posito autem liberè actu illo positiuo circa tale obiectū, & in talibus circūstantiis, impossibile fuit, etiā vi diuina, impediri ne progerminaret malitia, siue sit priuatio, siue positiua formalitas connotatiua. Vnde progerminatio malitiæ, nullū est peccatū distinctū, ab eo quo actus positiuus liberè in his circūstantiis circa tale obiectum positus est. Nec causa illius progerminationis alia est, quàm quæ fuit causa libera actus in talibus circūstantiis positi, & prout fundātis malitiā. Sicut progerminatio similitudinis ex duorum alborum coëxistentia, nō esset peccatū distinctum à positione extremorū fundātiuum similitudine, si ea positio extremorū, supponeretur peccatū aliquod continere: nec eius alia causa assignari potest, quàm quæ extremorum illorū causa fuerit. Nimirū quia resultantia physica aut metaphysica relationis, per se & inimpedibiliter consequitur positionem extremorum. Igitur

Deus, quem iuxta sententiam propostam vidimus esse solum liberū autorem actus positiui, cum quo malitia operis Iudæ in talibus circumstantiis fuit impræcificabiliter connexa; solus inquam Deus, esset causa malitiæ, quæ Iudæ malam volitionem & proditionem inquinauit. Quod vel audire, aures exhorrent.

Nec video quomodò ea sententiã supposita, verè non sequatur, & Iudã, & alios quorū actus similiter decerni à Deo dicatur, prædestinari ad malū diuinã potestate: quod cū omni detestatione reicit Synodus Arausic. 2.^a & à Prospero^b ac Fulgētio^c potētissimè eueritur. Mihi itē fateor esse inexplicabile, quomodò prima origo sceleris Iudæ nō sit in Deū referēda, innoxio planè Iuda. Nā iuxta eos quibus placitū quod excutimus, arridet, diuina intentio efficax est prima radix actus illius interni, quo Iudas voluit Christū proderi: quandoquidē dicunt, Deum ex se & antecedēter ad quācunq̃e prauisionē, intendisse efficaciter, & ab æterno edixisse, illā entitatē in his & illis circumstantiis eliciendā. Atqui actus ille internus sic elicitus, fuit semen totius progressus proditionis à Iuda patrata; neque

^a canonice

25

^b ad 15. capitul.

Gallo &

I de 70

cat. Gent.

c 30.

c toto lib.

I. ad Mo-

nimum.

Qu
ab ea
elicit
inqui
vel cō
prima
Iudan
vrgeri
diuinu
dens,
latum
substr
I I
nis de
punct
se, &
huma
ter pra
cerner
tuum
sito, p
cretū,
Itaque
non in
datic
Id est,
nita p
tatē h
set erū

ab ea volitione in talibus circumstantiis elicita, seiungi potuit deformitas culpæ inquinantis proditiōē. Igitur, quod est vel cōmemoratu horrendum, Deus esset prima origo & radix sceleris admissi per Iudam. Hæc est difficultas, qua dicebam vrgeri sententiam eorum, qui admittunt diuinum decretum causaliter antecedens, & inconsulta humana voluntate latum, de actu positivo, malitiæ peccati substrato, in tempore ponendo.

II. Iuxta eā verò sententiã de diuinis decretis cui adhæreo, nulla est in hoc puncto difficultas. Censeo enim, Deū ex se, & antecedenter ac decretū liberum humanæ voluntatis saltem conditionaliter præuisum, nulla ratione velle aut discernere materiale peccati, siue illū posituum actū ex quo his circumstantiisposito, progerminat malitia. Tale enim decretū, à diuina sanctitate planè abhorret. Itaque Deus ab æterno, ex se tātūm vult non impedire actionē illam malitiæ fundatricē, si humana voluntas de ea sciscat. Id est, si diuinus intellectus, qua est infinita perspicacitate, obiiciat Deo voluntatē humanā ita affectā, vt si se sola posset erūpere in actum illū, veller erumpe.

re; quæ & conditionalis prænotio actus prædicti: quod aliis verbis, sensu autem planè eodem, dicitur, Deum decernere ut non stet per ipsum, quominus volūtas humana prodeat in actū, in quē prænosciuntur proditura, si nō stet per ipsum Deū. Hoc si prænoscat Deus, omnino fixum habet, voluntatē creatā cui habenas motuum suorum concessit, non impedire. Atqui impediret, nisi vellet voluntati creatæ sic operabundæ, assistere cooperando. Nā causa secunda nisi prima cooperetur, obstipa iaceat necesse est. Itaq; ut maneant libertati creatæ iura sua, decreuit Deus eidem cōcursum deposcenti nō negare. Agnoscit autē deposcentē, nō perspecto in ea actu aliquo elicito, qui diuina itē cooperatione egeret: sed perspecta exhibitione obiectiua suæ indigentia, & determinationis virtualis, qua prædet in talē actū ex formali determinatione exerēdū, si diuinę suppetiæ ad operandū necessariæ nō desint: vel quod idē est, si in his agnoscat circūstantiis, quibus videat Deus, acturā volūtatē, si se sola posset agere. Atq; ita cū primū obicitur diuino intellectui ea volūtatē creatę

decer

dece
sum
gi
exi
de d
tece
quō
Junt
mē
caus
tialit
quo
non
sed t
se co
Anse
rariu
posit
impla
tribu
decre
fatur
dame
I 2.
ration
de ex
nunc
Tor

Que sceleris Jude, effectrix causa. 447
determinatio radicalis, DEVS concur-
sum illi suum & cooperationem adiun-
gi decernit, vt possit à voluntate creata
existere operatio malitiæ fundatrix. Vn-
de dici non potest, quòd ea operatio, an-
tecedenter & ex se sit à Deo; sed tantum
quòd habeat à Deo, vt possit esse à vo-
luntate creata. Id quod Deus honestissi-
mè præstat, & consentaneè ad munus
causæ primæ, cui omnes secundæ essen-
tialiter subiunguntur. Et quia modus sub
quo operatio positiva fundat malitiam,
non est is quo dixi eam à Deo prodire,
sed tantum is quo creatura diuinum ad
se concursum rapiens, (vt loquitur S.
Anselmus^a) Deum sui illius actus coope-
rarium asciscit: propterea & ipse actus
positivus liber malitiam fundans, & ei
implantata malitia, soli causæ secundæ
tribuendus est, non autem Deo, cuiusve
decreto, à quo physicè tantum concan-
satur, non autem prout est malitiæ fun-
damentum.

12. Vellit hinc mihi, aurè non nemo, &
rationem explicandi diuinum decretum
de exhibendo nobis concursu, quam
nunc attingi veriùs quàm exposui, con-

firmaui autem iam pridem variis locis, ne probabilem quidem esse denunciatur. Mōrulam tantulam, ad streperam hanc, nullo licet subnixam fundamēto, planēque vanam intercessionem depellendam, exorabo vt spero à benigno lectore non grauatē. Si quem huius excursionis fastidium capiat, facile erit binas ternasve pagellas transilire, & fastidio eximi.

Aiunt ergo nonnulli, decretum diuinum quo concursus agentibus liberis decernitur, non posse statui absolute antecedens & determinatum, inconsulta voluntate creata latum, quod supponunt pessundaturum libertatem, etiam si diceretur subsequi scientiam conditionerum, vt aliquos fingunt asserere. Et sanē inconsequenter philosophantur qui id asserunt, si tamē sunt aliqui. Quorsum enim dicant, decretum præuia & dirigente conditionali scientia latum esse, si est absolutum antecedenter, ac prædeterminans, ac proinde non cōceptum ad solam creatæ voluntatis exigentiam, in cuius exploratione, vniuersus scientiæ conditionerum vsus est situs? Hoc igitur meritò explodunt ij quos referebam
· primo

prim
tum
com
quasi
con
& op
iectu
Id en
puta
indiu
profe
quia
velle
quod
Deo a
tum i
men f
ne vol
luntas
re, si
dicas,
nem,
Deo &
agnos
tas, si
scit De
set bos

Quae sceleris Iudae, effectrix causa. 449

primo loco : adduntque insuper , decretum diuinum de quo agimus , non concomitari determinationem voluntatis : quasi scilicet , Deus decernat nobiscum concurrere , quia videt determinationem & operationem nostram , & ab ea obiectiuè determinatur ad cooperandum. Id enim ineluctabili difficultate premi putant , quia cum nostra actio , sit eadem indiuisibiliter entitas cum actione Dei , profectò si Deus vult & decernit agere , quia videt nos agere , sequeretur Deum velle actionem suam poni , quia ponitur , quod est nugax & ridiculum decretum Deo affingere. Quod si dicas , hoc decretum ita esse reipsa concomitans , vt tamen sit ratione posterius determinatione voluntatis ad vnam partem , quam voluntas præuidetur se sola elicitura fore , si se sola posset agere : Hoc inquam si dicas , opponunt , implicare contradictionem , vt voluntas creata , possit absque Deo & sola agere. Impossibile igitur est agnosci à Deo quid actura esset voluntas , si se sola posset agere. Sicut nõ agnoscit Deus quid homo esset acturus , si esset bos. aut asinus. Certum ergo putant ,

huiusmodi prænotionem, non posse Deo concursum nobis decernenti, præ-
 lucere. Idque inde maximè confirmant,
 quod nequeat Deus chymæricam illam
 voluntatis creatæ determinationē agno-
 scere in essentia sua, quæ nec formaliter,
 nec eminenter, huiusmodi chymæras
 continet: sed neque in decreto suo, quod
 item ad chymæras & impossibilia non
 tendit: Nec denique in ipsamet tali de-
 terminatione, quæ mera chymæra est, &
 nullam obiectiuam veritatem diuinæ no-
 titiæ terminatiuam continet. Veritates
 enim quæ conditione aut suppositione
 impossibili nituntur, sunt tantum verita-
 tes iudicij nostri, seu formalis illationis,
 & consequentiæ ex suppositione quæ
 nullam dicit cum rei natura connexionem.
 Quare concludunt, decretum quo
 Deus statuit agentibus liberis cooperari
 esse decretum antecedens indifferens,
 terminatum ad hunc vel ad illum actum
 sub disiunctione: alioqui enim voluntas
 creatæ, in puncto in quo agit, non esset li-
 bera quoad speciem, nec posset contra-
 rium actum elicere, nisi æquinum con-
 cursum ad utramque partem paratum
 habe

haberet per decretum indifferens quale propositum est. Hunc aiunt esse fœtum ingenij, nec tenuiter sibi de huiusmodi inuento abblandiuntur.

023. Mihi in hac verborum profusione, vix aliquid sententiæ à me positæ aduersans occurrit, præter chymeras ad nau-seâ ingeminatas. Quæ verò tanquã legitima diuini decreti expositio obtruditur, inepta prorsus est, ac ne probabilis quidẽ: nec tam eximius ingenij fœtus quã fungus, cui quia per institutum præsens insistente diu nõ licet, obiter hanc vnã soleam inlido. Causa indifferens & indeterminata, quandiu ad agendum non determinatur, nihil agit. Hoc vel pueri rudimentarij, si notiones vocum peruadant, verissimum esse fateantur. Nam agere aliquid certum & determinatum, non est causæ quæ ad agendum vel non agendum indeterminata perstet, sed causæ ad id agendum determinatæ, vnde cuique determinatio proueniat. Atqui decretum diuinum quod terminatur ad disiunctum, potestque ferri ad hoc aut illud, quamdiu vt tale spectatur, est indifferens & indeterminatum. Igitur diuina

nobiscum cooperatio, quæ certa & determinata est, non potest ab eo diuinam potentiam applicante prodire. Ab ostio itaque aberrat, & pueriliter offensat, qui rogatus, quò decreto Deus suū nobiscōcursum determinatū velit exhibere, respondet esse decretum indifferens: nam hoc quamdiu vt tale spectatur, nihil exhibet, nec aliquid ad extra profundit. Quod autem illustribus hisce ingeniis, dum ista erisphant verius, raduntque quàm peruadunt, fucum fecit, illud est. Verè quidem dicitur, Deum vt libertatis nostræ iuribus consulat, eamque seruet illæsam, concipere ex se decretum indifferens, terminatum ad disiunctum, nec determinandum ad alterutram partem donec determinatio volūtatis creatæ per diuinum intellectum proponatur. Hoc verè & solidè à grauibus Doctoribus traditum, ita ab istis acceptum est, quasi exhibitio diuini concursus, profundatur à diuina omnipotentia, applicata per decretum, quod inter applicandum, perstet indifferens, quò nihil possit dici insulsius. Nam ex quo Deus determinationem creatæ voluntatis præ-

noscit,

noscit, diuinum decretum per quod diuina potentia applicatur ad nobis cooperandum, determinatur ad illam ipsam partem quam homo delegit, ita vt cum Deus ex se esset ad hunc illumve concursum exhibendum paratus; præcognita nostra determinatione decernat illum dumtaxat determinatum concursum exhibere, quem videt ab homine deposci, quod est decretum terminatum non ad disiunctum, sed ad vnâ partem ab homine delectam. Non laboro, an hoc decretum prout est restrictum, siue prout est causa actu applicans diuinam potentiam ad eam solum partem quam homo delegit, dicendum sit decretum nouum. Id enim ad rem præsentem non refert. Tantum itaque contendo, decretum concurrendi, etiamsi dicatur esse illudmet quod ante præuisam humanæ voluntatis determinationem erat indifferens, spectari tamen debere in alio statu, cum non sit vltra veluti pendulum & anceps, sed posita ex parte hominis, conditione in eo decreto inuoluta, verè restringatur ad vnum tantum, nec nisi ad illud applicet diuinam vim operatiuam: alioqui si ma-

neret quale prius erat, & æquè tenderet ad alterutrum, nihil determinatè ageret, contra suppositionem. Igitur decretum diuinum prout hîc à nobis spectatur, nempe prout actu applicat diuinam potentiam, nobisque concursum re ipsa suppeditat ad eam partem quem ipsi delegerimus, non est decretum indifferens, sed determinatum & absolutum. Non dico esse prædeterminans, & latum inconsulta voluntate, quale belli isti peritos agentes, imaginantur esse quodcunque decretum absolutum: sed dico esse determinatum & absolutum, quia vacat conditione apposita, quandoquidem conditio quam antea ex parte hominis præstolabatur, expleta est, agnita hominis determinatione ad vnâ partem. Admissio autem huiusmodi diuino decreto absoluto, vt planè necesse est illud admittere, recurrunt illico omnia difficultatum capita, quibus declinandis asyllum decreti indifferentis captabatur: monstrandumque superest quod in toto hoc negotio est præcipuum, tametsi ab istis prorsus intactum. Nempe cum Deus non agat cæco modo, quid sit quod videat, quamobrem nunc, non ante, vel

post
suam
quod
præ
ta, su
per i
dem
ager
phan
14
toties
dimu
doce
impe
dem
ne D
Deus
perat
nem
poner
cò vo
quia
dam
vt He
nitur
Ludic
Deus
præui

post, determinatè decernat potentiam suam applicare ad cooperandum nobis: quod aliud proferri nunquam poterat, præter actionem ipsam voluntatis creatæ, sub conditione præuisam, si videlicet per ipsum Deum non steterit, aut quod eodem recidit, si voluntas creata posset agere se sola, quæ est illa ipsa philosophandi ratio quam iniuimus.

14. Quia verò aduersus hanc, (vt toties vocant,) chymæram, magno, vt vidimus, nisu stringunt macharam, age doceamus obiter, quàm irritò ictu eam impetant. Actio (inquiunt) creaturæ, eadem indiuisibiliter entitas est cum actione Dei. Est sanè. Subsumunt. Igitur si Deus obiectiuè determinatur ad cooperandum nobis, quia prænoscit actionem nostram si per ipsum non steterit, esse ponendam, fatendum erit, Deum idcirco velle ad actionem suam concurrere, quia videt suam actionem esse ponendam. Hic est nodus ille quem obtrudunt vt Herculaniùm, quamuis prout proponitur, nullus sit scirpus, magis enodis. Ludicra quippe est illa consecutio; si Deus ab actione nostra conditionaliter præuisa mouetur ad exhibendum con-

cursum, mouetur ergo à sua actione,
 vultque suam actionem poni, quia sua
 actio ponitur. Hanc dico esse ludicram
 consecutionem. Non enim Deus à sua
 actione conditionaliter præcognita mo-
 uetur ad eam absolutè ponendam, quia
 est ipsius Dei actio, sed quia est actio à
 creata voluntate exoritura, si Deus nolit
 per se stare: ita vt entitas quidem quam
 videt, sit mea simul & ipsius, ratio tamen
 cur ad eam in rerum natura ponendam
 se applicare velit, non sit quia est actio
 ipsius, sed quia est actio mea: quando qui-
 dem ratio ob quam Deus vult in actum
 illum influere, petitur ex eo tantum,
 quod à me exoriturus prænoscat si ad-
 iuuer. Simile est, quod Deus mouetur ad
 rependendum præmium actioni bonæ
 quam nobiscum exercuit, non prout ea
 actio manauit ab ipso Deo (sic enim actio
 non est meritoria,) sed prout à nobis, ab
 ipso Deo præuentis & adiutis, est profe-
 cta. Et idem notari potest, in plerisque
 exemplis causarum partialium, ad eun-
 dem actum simul concurrentium. Actus
 enim præcisè prout vni causæ respon-
 det, mouere potest ad aliquid, ad quod
 non

non mouet prout ab altera exoritur. Nec idcirco Deo tribuimus præcisiones, quasi velimus Deum cōsiderare vnā actus rationem absque altera: Sed ita volumus omnes actus rationes obijci Deo prout re ipsa se habent, vt tamen non lateant Deum variæ habitudines quas nos præscindere possumus: probèque videat, quid cuique rationi obiectiuæ respondeat, vt cuique admetiatur quod dignum est. Hæc, argumentum prout propositum est, exinanit vique ad fundamentum in eo.

15. Ad plenam autem lucem huic negotio affundendam, & præcludenda alia quæ fortius opponi possent, distinguenda sunt varia signa rationis, in quæ, progressum diuini obtutus simplicissimi, dearticulare in hac re possumus. Primum enim Deus, quasi generatim videt creaturam in his circumstantiis si agere se sola posset, vel si per ipsum Deum non stet, determinaturam se formaliter, ad profundendam hanc vel illam operationem singularem, è pluribus æquè producibilibus, quam Deus determinauerit. Nam hoc complexum est aliquid verum

rum, & cognoscibile à Deo à quo suppono causas secundas determinari ad indiuiduum, quia neque à seipsis, neque à circumstantiis determinari possunt ad sui actus singularitatem. Deus ergo, qui cum sit causa prima, non vult per se stare quominus causa secunda operetur, postquam in primo signo præcessit prædicta cognitio determinationis causæ secundæ ad speciem & exercitium, in secundo signo edicit vt hæc indiuidua & singularis actio inter tam multas quæ æquè effici ab vtraque causa poterant, exoriatur potius quàm alia, & ad id applicat vnâ cum causa secunda concursum suum: sic quæ singularis illa actio à Deo simul & à creatura ceditur, Deo ad exhibendum re ipsa concursum, & applicandam potentiam suam ad concurrendum, excitato obiectiue per actionem creaturæ, quæ primò generatim & quasi vagè obicitur diuino intellectui, vt est expositum. Sic enim spectanda est actio illa, re ipsa quidem Dei & nostra, sed tamen à qua prout nostra, dicimus Deum excitari, vt velit potentiam suam expromere ad exhibendum nobis concursum

Q
 cursu
 dam.
 non
 cuius
 stigar
 præ
 terio
 durat
 Deo,
 natar
 cienc
 uehi
 ctissim
 luntat
 gular
 tio r
 turur
 quoa
 mina
 facto
 pluri
 uinit
 gnos
 se ex
 in D
 etum
 potu

cursum, illamque actionem fabricandam. Nam actio prout determinatè hæc, non illa, supponit diuinum decretum, cuius rationem quasi motiuam nunc vestigamus. Ea porro non nisi generalis prænotio quam nos distinguimus, & anteriorem imaginamur, quia in nulla reali duratione vel instanti, ita locum habet in Deo, ut excludat distinctam & determinatam prospectioem actus reipsa eliciendi, nullam Dei imperfectionem inuehit. Nam DEVS reipsa videt distinctissimè, quod est futurum, hoc est voluntatem elicituram certò esse hunc singularem actum diuinitus delectum. Ratio tamen cur cum actum ab illa proditurum videat, est, quia videt, voluntatem quoad speciem & exercitium se determinaturam; ac si iuuetur, elicituram de facto illum vnum singularem actum, è pluribus in quos influere æquè posset, diuinitus deligendum: In quo modo cognoscendi, nulla est imperfectio tenens se ex parte diuinæ notitiæ. Sicut nulla est in Deo imperfectio, quod videat effectum qui ab igne Babylonico prodire potuisset, si voluisset cum eo concurrere
aut

aut ipse per se ignis absque Deo agere potuisset.

16. Hoc porro postremum, nempe videre Deum quid esset operatura voluntas si se sola posset agere, non est chymericum, vt fingitur; sed veritate obiectiua foetum. Id quod facile euincitur, ex eo quod aduersarij concedunt, actum nostrum circa huiusmodi obiecta tendentem, formali veritate collucere. Nam mensura veritatis formalis actui nostro inexistens, est veritas obiecti: nec plus potest actus ferri verè in obiectum aliquod absque veritate obiectiua, quam visio attingere colorem absque visibilitate fundamentali, quod est perspicuè impossibile. Quare si iudicium nostrum de obiectis re ipsa impossibilibus, sed sub conditione futuris, pollet formali veritate; prorsus necessarium est, in iisdem obiectis veritatem fundamentalem proportionalem siue obiectiuam agnoscere; Nec contrarium absque puerili hallucinatione dici potest. Ea ergo veritas, diuinum obtutum omnia peruadentem latere nequaquam poterit. Videbitur autem in se ipsa, vt de quibusuis futuris libe-

Qu
ris, succidera
re sol
factur
nus. M
re: Mu
cùm v
des bo
Nih
uino n
ximè c
firmat
comm
profer
verò e
concu
tatem
que pa
maële
profess
turaru
(vt voc
næ, c
præde
rentes,
diuino
da sit l

ris, suo loco est demonstratum. Penè exciderat quòd aduersarios vidimus habere sollicitos, quid scilicet videat Deus facturum hominem si esset bos aut asinus. Hoc verò arduum non est coniicere: Mugiret enim ac ruderet, quod ipsum cum vacat, hodiè que faciunt quadrupes boues & asini, non sine æmulis.

Nihil igitur aduersus doctrinam de diuino nobiscum cooperandi decreto proximè constitutam, alibique à nobis latè firmatam, prolatum recens est, quod commodè depulsum non sit, inque ipsa proferentium capita retortum. Alterius verò est operæ, diuini alicuius decreti ad concursum nobis exhibendum necessitatem stabilire, quãuis sit qui in ea quoque parte nobis obstrepat: & scholæ Iſmaëles Aureolum ac Durandum sequi professus, diuinum concursum ad creaturarum actiones liberas abroget: Eaque (vt vocat) reformatione protritæ doctrinæ, conciliationem spondeat dissidij, prædeterminantes inter ac concurrentes, sic enim nominat: quasi sublato diuino concursu ad actus liberos, sopienda sit lis, quæ annis superioribus inter
duas:

duas patricias sacrae doctrinae familias efferbuit circa gratiae efficacis vim, qua earum vna creatae voluntati eluctabilem, altera ineluctabilem statuit. Huiusmodi conciliationem neutri profecto parti gratam, & placito de omnium Theologorum sententia erroneo, vel etiam haeretico subnixam; quin etiam plane vanam, & praedictae liti sedandae prorsus inutilem, amando aliò, donec parturiant montes & fulmen cuius perterricrepum tonitru iam pridem insonat intorqueatur.

17. Ex constitutis de diuino decreto, perspicue liquet quod probandum susceperam nempe diuinum decretum non esse causam sceleris teterrimi à Iuda patrati. Concludere enim solide ex dictis licet, verbis illis S. Cyrilli^a [Non diuino, inexpugnabilique iudicio, in diaboli laqueum, proditorem incidisse credendum. Nam si sic esset, nullo modo culparetur, cum iudicio Dei nemo resistere queat.] Iudicium Dei, vocat decretum causaliter antecedens, & ex Deo ipso inconsulta Iudae voluntate conceptum, eidem humanae voluntati ineluctabile

a l. II. c.
21.

ctab
Hy
qu
pra
Deu
lutis
nolu
acce
tur i
qua
desti
prob
plum
cum
tis pe
latus
vsurū
Dom
nauit
ritu sa
ris qui
pertun
Christ
mibi d
post p
traditi
fueros
Tom

stabile fatum. Optimè quoque auctor
Hypognostici^a [Quos in operibus (in- *al. c. c. s.*
quit) impietatis & mortis, præsciuit, non
præordinauit nec impulit, in quibus
Deum prouocantes ad iracundiam, sa-
lutis fidem aut prædicatam sibi accipere
nolunt, aut Deo iudice non possunt, vel
accepta malè vtuntur & ob hoc tradun-
tur in reprobum sensum, vt faciant ea
quæ non conueniunt. His pœnam præ-
destinatam esse ritè fatemur. Quod vt
probare valeamus, solū reor ad exem-
plum sufficere Iudam: hunc enim Deus,
cum præscisset in vitiis propriæ volunta-
tis pessimū fore, id est, electione discipu-
latus sui, benè à Christo cōferenda malè
vsurū, & auaritia ardētem, pretio Iudæis
Dominum traditurū, pœnā ei prædesti-
nauit ex merito dicente per Dauid Spi-
ritu sancto: *Deus laudem, meam ne tacue-
ris quia os peccatoris & dolosi super me a-
pertum est:* Id est Iudæ vel Iudæorum in
Christum. Iudæ cum dicit, *quid vultis
mibi dare, & ego vobis eum tradam?* Et
post pecuniæ sponsonem dans signum
traditionis: *quemcumque* (inquit) *osculatus
fuero, ipse est tenete eū.* Ideò *super me* (ait)

apertū est. Cū enim signum dedit, ore doloso aperuit quē tenerent.] Interponit pleraq; de prænunciatis Iudæ sceleribus: Tū addit. [Vbi ergo cōmemoratio operū eius malorū, à Sācto fit spiritu in P salmis: priusquā esset præscitus est, non factus quod talis aduersus Filium Dei futurus esset. Si enim factus esset, inculpabilis esset, & Dei opificio reputaretur, non Iudæ: Iniustè etiam in eum prolata damnatio esset. Sed absit hoc à summo bono iudice, auctore bonorum omnium Deo, damnatore verò cunctorum malorum: quia mala Iudæ (vt prædixi) præsciuit, non fecit. Et tamen in quibus præsciuit, iudicio iusto tradens eum in reprobum sensum, vt impleret permisit.]

18. Scripturas in contrarium suprà propositas, interpretari necesse est de diuino consilio & decreto, ac definitione humanæ voluntatis determinationem subsequente; id est, malum per Iudæ voluntatem prauam malè ponendum, permittere decernente. Quæ permissio siue non impediendi volitio, includit voluntatem cooperandi ad actum physicum, qui sub eo modo quo à creata voluntate prodit

prodit, fundamentum est malitiæ Iudam inquinantis. Hæc enim diuina, cooperandi & Iudam non impediendi definitio, quatenus suo tempore eruptura est in actum secundum, ex Iudæ determinatione ortum habuit; vt monstraui, ac proinde intelligenda est subsequuta Iudæ determinationem. Quomodo ergo eam inuenerit aut causauerit?

Scio nonnullos aliter eam difficultatem elidere, & definitam à Deo Iudæ proditionem asserere, non efficiendam, sed vt subeundam. Quod ipsi dicunt, definitam esse proditionem, in ratione passionis tantum, sub qua ratione non videtur per præfinitionem proditionis inueniri malitia, sed tantum eius patiens toleratio. Quomodo tamen passio, quæ ratione posterior est quàm actio, nec ab ea differt nisi per conceptum, possit præfiniri & antecedenter decerni, non decreta neque præfinita actione, non est explicatu facile. Non nego quin patiens toleratio, quæ est actus positivus virtutis patientiæ, voluntati soli inexistens, possit decerni independentem à receptione incommo- di ad quod ea patiens toleratio termina-

tur: ita ut quamuis per decretum anteceden-
dens ea volitio sit ponenda, non tamen
receptio incommodans & affligens pas-
sum. Hoc inquam clarum est, nec à me
negatum, aut difficile existimatum, sup-
posita præfinitionum aliquarum anteceden-
tium assertione. Tantum itaque di-
co, etiam dato quòd aliqua præfinitio-
nes antecedentes sint concedendæ, dif-
ficile tamen omnino videri, quomodò si
actio inferens incommodum, v. g. ada-
ctio ensis in pectus martyris, non fuit
præfinita, (quippe mala) quomodo rece-
ptio ensis in martyris pectore, præfinita
potuerit. Et idem est de actiua Iudæ tra-
ditione, quæ non video quomodò præ-
finita non fuerit antecedenter & causa-
liter, si Christum tradi, fuerat præfinitum.
Nec lenit difficultatem quòd aliqui
dicunt, generatim tantum, & in commu-
ni præfinitum fuisse, ut Christus tradere-
tur, non tamen ut ab hoc vel illo. Quasi
verò diuina decreta, quamuis à nobis de-
articulentur, & particularia aut vniuer-
salia concipiantur, à Deo tamen cum ea-
dem confusione & generalitate clarã im-
perfectionem inuehente, ferantur? De his
vberius

vberius in scholasticis disquisitionibus.

19. Nullo igitur ex capite, Deus Iudæ sceleris author fuit. Sed neque Christus, quamuis Patres vt ab eo hanc criminationem amoliantur, duo quædam diligenter excusserint: Vnde suspicio iniicitur, vertiginoso alicui ingenio, difficultatem inde factam in re præsentî. Primum est, quòd Christus iuxta Augustinum, ^{a l. de cor-} Iudam elegerit ad fundendum ^{rept. e-} suum sanguinem. Sic enim de discrimi- ^{grass. c. 7.} ne, inter Iudæ, & cæterorum Apostolorum electionem philosophatur. [Electi sunt ad regnandum cum Christo, non quomodo electus est Iudas ad opus, cui congruebat. Ab illo quippe electus est, qui nouit benè vtî, etiam malis, vt & per eius opus damnabile, illud propter quòd ipse vènerat, opus venerabile compleretur. Cùm itaque audimus, *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est;* illos debemus intelligere electos per misericordiam, illum per iudicium. Illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum, illum ad effundendum sanguinem suum.] Et verò quomodo dicatur elegisse in Apostolum, quem ruina non

subduxit; siue crepta ruendi libertate, siue in depresso gradu retentum, nec addictum procurationi loculorum, quæ ei facta est in muscipulam: insuperque non stabilitum in gradu, collatis efficacissimis auxiliis quibus in bono firmaretur, & à malo auerteretur. Alterum vnde Christus exitij Iudæ insimulatur, est quòd post buccellæ intinctæ porrectionem, Iudæ dixerit. *Quod facis fac citius.* Quibus ille verbis è cœnaculo tanquam turbine abreptus exiliuit ad maleficium. Ut proinde videatur Christus, eo aut impulsu aut mandato, factus [Iudæ author exitij, incumbens parieti, inclinato & maceræ depulsæ.

20. In hoc puncto non est quod diutius hæreamus, cum videatur per se perspicuum, nullo ex capite Christum Dominum, Iudæ defuisse, eumve implannasse, imò summoperè indoluisset ob eius exitium, de quo Eusebius^a sic philosophatur. [Saluator ac Dominus noster, veluti ob perniciem atque interitum sui familiaris dolens, mœrensque, ac multo etiam magis ob totius Iudaicæ gentis perditionem, tanquam ob suos ad

in

a 10. de-
monst. in
2.

infantiam redactos, & tanquam ob sibi
charissimos misericordia commotus,
omnem qua cum illis utebatur sermonis
consuetudinem ac doctrinam, eo quòd
illis nihil profuisset, nugationem appel-
lat dicens: *Contristatus sum in nugatione
mea & conturbatus sum à voce inimici &
à tribulatione peccatoris: quoniam decli-
nauerunt, inquit, in me iniquitates & in
ira molesti erāt mihi,*] Tantū ergo abest,
vt Christus in Iudæ scelus, aliquid cōtu-
lerit, sicque ei creauerit exitium, vt po-
tius summoperè indoluerit ea ex causa.
Et quidem quòd Iudam non elegerit ad
fundendum sanguinem suum ex inten-
tione sua, sed tantū elegerit quem
prenscebat sceleris sponte incubiturum,
docent illa Christi de omnium vniformi
electione *nō me ego vos duodecim ele-
gi?* Vnde autem electionis bonæ irritus
effectus sit exortus, statim addit, *& vnus
ex vobis diabolus est:* nempe prauitate ac
vitio suo. Similiter Christus, quòd Iudam
ruinæ nō subduxerit, extra culpā est. Vel
enim subductū oportebat Iudā, sublata
ruendi libertate, vel eo in Apostolū non
electo, aut non promotō in proceratorē.

a hom. 46.
in Ioan.

Ruendi libertas, quam Iudæ à Christo ademptā voluissent Ethnici, apud Chrysoftomum, ^a adimi non potuit, nisi temeratis communibus legibus providentiæ creaturis rationalibus debitæ, & violatis ipsius libertatis iuribus, quæ Deus facta semper & illibata vult. Itaque Patres sæpè confirmant, crassum esse errorem, arbitrari præstitisse nobis, effingi absque libertate peccandi, quàm prout re ipsa facti sumus, flexiles ac vertibiles ad bonum & malum. Videtis, Nemesium, & alios quos a libi protuli, & optimè, etiam

b l. 1. n. 88.
c c. 4
diu. nom.
sub finem
d homil. de
prodit. Iudæ.

Arnobium ^b breuiter S. Dyonisius. ^c Nominatimque circa Iudam idem sic notat S. Chrysoftomus ^d [Deus illum non traxit inuitum. Et quoniam bona atque mala in nostra Deus posuit potestate electionis liberum donauit arbitrium: & nos inuitos non retinet, sed volentes amplectitur. Nam non sponte bonus, malitiam nõ amittit. Et ideò Iudas nimix cupiditatis præcipitatus ardore, cæca quadam improuisione deceptus, suam vendidit animam, & suæ salutis mercator extitit, & ait: *quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum* ? Et vt virtutem
Chri

Chri
cùm
vob
Sed
niam
dura
tradi
nullu
non
dixer
corri
uitus
malit
te, on
rant,
respu
guent
prodi
prodi
phia
bus or
testate
uit, c
menti
bat. P
cit par
sit: Se

Christi etiam in hac parte cognoscas, cum ad capiendum eum aduenissent, vocem eius minime tolerare potuerunt: Sed omnes territi ceciderunt. Et quoniam nihilominus in sua impudētia perdurabant, ipse se vltro commisit, ipse se tradidit. Et hæc diximus, vt Christum nullus accuset, cur Iudæ cogitationem non mutauit aduersam. Sed si quis hoc dixerit, audiet: Iudas quemadmodum corrigi potuerit, sponte an inuitus? Si inuitus, nulla correctio est, nam mentis malitia, necessitate non tollitur: si sponte, omnia quæ meliorare animum poterant, audisse cognoscitur. Et si remedium respuit, non medici vitium est, sed languentis. Et vt scias eius crimen esse quòd prodidit, non magistri, sæpius Deus de proditione prædixit, & totius philosophiæ præcepto & sermone docuit, & rebus ostendit. Dederat ei dæmonum potestatem, gehennæ tormenta monstrauit, cælorum regna promisit, secreta mentis eius & prædicebat, & nō publicabat. Pedes eius cum aliis lauit, mensæ fecit participem, nihil penitus prætermisit: Sed ille in malitia sponte durauit, &

omnibus admonitionibus spretis, proditor malignus emerfit. Et vt eum posse mutari, sed corrigi noluisse cognoscas, postquam eum tradidit, iactauit triginta denarios, & ait, *Peccavi.*] Itaque perspicuum est, Christum non posse insimulari exitij Iudæ, idcirco quòd ei ruendi libertatem non ademerit.

21. Quòd verò Iudas, in gradum Ecclesiæ vniuersæ eminentissimum sit à Christo electus, tantum abest vt ad eius ruinã contulerit, quantum erat ex Christi mente ac voluntate, vt potius eo nomine, indissolubili vinculo obstrictum Christo agnoscere se Iudas debuerit, quòd homo nihili, in totius Ecclesiæ supremum ordinem, summa charitate sit allectus. Et alioqui quoties quis per incuriam vel nequitiam suam, malè vtretur aliena largitate, vertendum esset vitio largitori, quod malè & improvidè cesserit eius beneficium. Idem dico de concredita loculorum administratione, quæ tantum abest vt inflammare Iudæ cupiditatem, & ad furta inescare debuerit, vt potius quando in eius potestate ac cura statuebatur quicquid furtis suis intendere

tendere & captare poterat, videatur ea muneris commissio, accommodatissimum fuisse medium ad hominem à scelere auertendum, & firmandum in recto calle. Itaque hoc excusare, perinde esse videtur, ac obtendere culpæ, status ac beneficiorum cōcessorum eminentiam, quam ridiculè obtendi demonstrat S. Chrysostomus ^a [Iudam Deus elegit, eundemque in sacrosanctum illud cooptauit collegium, dignitate Apostolica vnà cum aliis ornatum, cui etiam maius quiddam quàm aliis dedit, pecuniarum dispensationem. Quid igitur? Num posteaquam duabus illis prærogatiuis contra quàm debuit usus est, tum eo quem prædicandum susceperat prodito, tum pecuniis (illi hoc nomine creditis, ut rectè eas administraret,) malè impensis, impietate donatus abiit? Certè hoc potissimum nomine, grauius sibi accersuit supplicium: idque perquam meritò. Neque enim prærogatiuis à Deo acceptis sic abuti decet, ut per eas Deum offendas, quinimò ut magis ac magis Deo acceptus fias. Cæterum qui hoc nomine quòd alios honore aliquo excellat pro deli

a 4. de Sacerd.

delictis pœnam commerentibus venia dignum se esse cenfet, perinde facit, vt si quis ex infidelibus Iudæis Christum audiens sic loquentem, *nisi venissem, eisque locutus fuisssem, peccatum non haberent*, ipsum Seruatorem optimè de humano genere meritum, his verbis increpet, insimulètque: Tu verò cur venisti ac loquutus es? Cur & signa fecisti, vt grauioribus in nos supplicii animaduertes? At verò dementiæ ac summæ adeò infamiæ, sunt verba hæc. Neque enim medicus, vt te magis condemnaret, curatum accessit, sed vt prorsus à morbo liberaret. Te autem vltro ipse ab illius manibus summouisti, igitur & grauius supplicium sustinebis. Nam quemadmodum si curationi paruisses, futurum erat vt à pristinis morbis peccatisque liberareris: sic quandoquidem medicum quem præsentem habuisti, anersatus es, iam non peccata illa abstergere potes. Quòd autem id nequaquam possis, propterea horum certè pœnas dabis: idque eò magis quòd medicus, quantum quidem ad te spectat, studium operamque suam perdiderit.] Nullo igitur modo in culpa est Christus,

ob

ob
Dicit
tract
ctio

2
xiliis
non
lia n
quea
retin
xilio
perq
& in
voca
bita,
lud C
uit n
eoru
re, r
quid
bono
cten
Pe
robu
quæ
set o
quib

ob non subductum ruinae proditorem. Dictum iam de his capitibus supra, inter tractandum de Iudæ vocatione & electione in Apostolum ac procuratorem.

22. Quod autem robustissimis auxiliis miserum in bono non firmaverit, non fuit Iudæ causa exitij: cum ea auxilia non sint eiusmodi, ut absque eis nequeat homo viam salutis capeffere, & retinere; sed absque eis, interuentu auxiliorum sufficientium, libertas satis superque instruatur, ut possit bene agere, & in malum non exorbitare. Nam etiam vocationem robustiorem, si fuisset exhibita, liberum illi fuisset abiicere, iuxta illud Chrysostomi^a [Iudam Christus vocavit non coëgit sanè Dei vocatio, mentem eorum, qui virtutem volunt contemneré, nullo modo violentat: sed hortatur quidem ac consulit, & omnibus modis bonos esse persuadet: si verò aliqui reluctentur, nullo modo coërcet.]

Potuisset ergo Iudas, æquè abiicere robustiora illa auxilia, & æquè cum his quæ exhibita sunt, si mens non læua fuisset operari poterat, non secus ac omnes quibus sola sufficientia auxilia exhibentur,

*a hom. 83
in Math*

tur, cuiusmodi sunt omnes qui labuntur. Esto, si ea dumtaxat suppeditentur, homo, non defectu auxilij, (quod utique est sufficiens, & entitate ac vi physica plerumque nihilo deterius efficaci, eique plane æquale,) sed vitio suo & socordia lapsurus sit infallibiliter. Nihilominus enim extra culpam est, qui mediâ idonea prouidit, quibus salus parari posset, si per hominis incûriam aut nequitiam non steterisset. Et ita planè cum Iuda à Christo factum author est S. Cyrillus, ² tractans illud Christi, abacto iam Iuda prolatum à Christo ad Patrem, (vt expendit author qq. 24. ad Orthod.) *cùm essem cū eis, ego seruabam eos, & nemo ex eis periit nisi filius perditionis.* Opponit enim sibi S. Cyrillus, si solus Iudas non est per Christum seruatus, cæteri verò seruati sunt, vnde illud discrimen? Respondet autem, salutis nostræ negotium, nec à nostro nudo studio nec à nuda Dei gratia pendere; sed vtriusque vim conferendam & iungendam esse. Itaque omnes quidem Apostolos, (Iuda etiam non excluso,) gratiæ beneficium accepisse, sed cæteros suum illi studium & cooperatio-

nem

in
1.2.1

Q
nem
abie
& i
æqua
sua
quit
anim
mus
do pe
vires
ad vo
prou
quid
largia
te ac
alium
mur?
bit?
Deum
æqua
lium
dicer
cæter
ipsum
delap
uit eu
ei præ

nem subiunxisse : Iudam non item , qui abiecto cœlesti auxilio , quod sufficiens & idoneum , ac physicè & entitatiuè æquale suppetebat habenas libertatis suæ diabolo permisit. [Necessè est (inquit S. Cyrillus) vt iugiter magnòque animo ad acquirendam salutem studeamus & opem Dei quâ protegamur , orando petamus , cuius auxilio facilè diaboli vires superabimus : nisi ei obsequamur , ad voluptates , aliòsque peccandi modos prouocati : Nisi quoque nos , nec tentati quidem , illi voluntatis nostræ habenas largiamur . Nam si ad eius laqueum , spòte ac negligentia nostra venimus ; quem alium potius quàm nos ipsos criminabimur ? Nonne hoc est quod Salomon scribit ? *Amentia viri , vias eius deuastat , & Deum incusat in corde.* Quòd si proditor æqualiter aliis discipulis Saluatoris auxilium non habuisset , frustra hæc à nobis dicerentur . Sin autem non minùs quàm cæteri , diuina gratia regebatur , sed suo ipsius iudicio in perfundum prodicionis delapsus sit , quomodo etiam non serua-uit eum Christus , qui suum patrocini-um ei præstitit , qui quantum ad ferendam opem

opem illi attinuerit, seruasset hominem, nisi vltro ille in perditionem insiliisset? Gratia igitur in aliis effulfit, seruauitque omnes qui cooperantem ei voluntatem tradiderunt: sic enim salutis nostræ modus dispositus est.]

23. Itaque iure in hanc rē ait Isidorus Pelusiota, ^a [Qui præsidem non auscultat chorus inconcinnus est: qui medico non obtemperat, miser est. At præses chori musici, & medicus, extra culpam est: Nam & illorum qui plurimum dicendo valuerunt, maximamque prudentiæ opinionem & gloriam assequuti sunt, nemo est, qui hoc effugere potuerit crimen: (si crimen appellandum est,) idque non ob suam imbecillitatem, sed ideò, quòd auditores, in sua potestate habent finem, (qui est persuasio) propter libertatem arbitrij. Quam etiam ob causam firma consistit iudicij ratio. Et quid attinet homines commemorare, cum in promptu sit ab ipso Salvatore exemplorum capere primordium? quando enim Iudæi, & horum cognominis Iudas, filii quidem infideles manebant, & Christum è medio tollere conabantur iste
verò

al' 4. epist.
205.

Quæ sceleris Judæ, effectrix causa. 472
verò eundem prodere nitebatur, tunc
æterni Patris Verbum talibus verbis ute-
batur, (tametsi apud homines ea nihil
proficerent, quæ lapidum quoque natu-
ram inflectere posse videbantur:) nunc
quidem iustitiæ rationibus eos reuocans
à facinore; nunc verò suppliciorum cō-
minatione ipsorum malitiam reprimens.
Quid igitur? num ipsis persuasit? nihil
minus. Cur ita? quia ut persuadeantur
auditores, & in sententiam aliquam per-
ducantur dicendo, vel non, ipsorum in
potestate situm esse oportet, ob eam,
quam dixi, arbitrij libertatem. Num tu
igitur, si eo tempore vixisses, accessisses
ad Deum-Verbum & culpam in eum
coniecisses, talia quædam verba ad eum
proferens? Non seruasti Iudam (quam-
quam dicendo, non seruauit eum:) sed
mea, quidem opinione omnes te habi-
turi fuissent pro demente, & accusaturi
te extremæ imperitiæ atque importuni-
tatis. Nam ad Doctoris quidem officium
pertinet, nihil eorum quæ ad persuaden-
dum facere possunt, prætermittere: pe-
nes auditores verò est, vel persuaderi, vel
non.]

a l. de triū.
pb. tristi:
ngone c. 5.

Non me latet, Laurentium Iustinianum, ^a non obscure insinuare, Iudam cum in profundum malorum venisset, desertum planè fuisse à Deo, & nullo cuiuscunque gratiæ stillicidio perfusum. Sed de ea sententia pronuntiabo infrà tractans Iudæ pœnitentiam, & ex ibi dicendis liquebit, non Christum Iudæ defuisse, nec diuinam gratiam auxiliatam: Sed eum defuisse gratiæ Dei, quæ in proditore vacua fuit; suffocata per spinas cupiditatis diuitiarum; quæ tandem Iudæ, suffocationem laquei inuexit, vt in eam sententiam notat Athanasius, ^b addens Iudã idcirco iuxta parabolam ædificasse dictam super arenam, quia *arena sterilis est*, & quantumuis de cœlo bonum semen in eius cor iaceretur, è solo infrugifero nihil germinabat. Hoc ipsum aliis verbis dixit Isidorus Pelusiota ^c respondens Athanasio Presbytero. [Mirari videris, quò factum sit, vt Christus proditorem minimè adduxerit, vt virtutem bonam esse existimaret; idque cum de virtute persæpè, imo nunquã non de ea in ipsius colloquiis audisset. Ego contra miror, quonam pacto cum liberi ar-

bitrij

b q. 49. ad
Antioch.

c lib. 2. e.
pist. 128.

bitrij legem perfectam habeas, huius rei admiratione tenearis. Neque enim vi & coactione, sed persuasione ac lenitate, hominum salus cōparatur. Vnde etiam suae quisque salutis arbitrium habet, ut & qui corona donantur, & qui suppliciis afficiuntur, iuste quod elegerint, percipiant.] Quare non implanavit Iudam Christus, nec aliquid fecit aut omisit, vnde se perditum posset proditor extulare.

24. Extrema circa Iudam calumnia, ex eo Christo impingebatur, quod in facinus mentem, ut fuisse visus sit, eo quasi mandato & impulsu, *quod facis fac citius*. Non vno modo hunc nodum expediunt Patres S. Hilarius^a Christum ad resurrectionem suam festinasse per haec verba existimavit. Sic enim habet ad illud, *Deus meus ne tardaueris*.^b [Citum auxilium ut liberetur orat, in quo nullius morationis tarditas sit: qui & ipsas passionis moras non ferens, proditori dixerit; fac quod facis cito. Memorari in se susceptae carnis infirmitatem, ut liberetur paterni numinis virtute, festinat.] Verum hinc, nodus propositus non ex-

^a Psal. 59
in fine.

^b in calce
psalmi
prae dicti.

a tract. 62.
in Ioan.

tricator, vt per se liquet. S. Augustinus^a ait, verbis illis prædixisse Christum mala Iudæ & bona nostra. Verùm si de prædictione in actu signato sit sermo, nemo non videt, quanto perè verba imperatiua à prænunciacione absint.

b l. 9. in
Ioan. c. 17.

Nec magis satisfacere videtur S. Cyrillus, qui proposita difficultate in qua versamur, nempe quòd Christus verbis propositis ruentem incitasse, & inflammatū, aggesto ligno, aut superfuso oleo, in acrius incendium coniecisse videretur, difficultatem elidit: dicens,^b verba proposita directa à Christo fuisse ad Satanam, Iudæ animam subingressum cum buccellam intinctam glutinuit, vt sint hec verba imperterriti pugilis in Satanam comminantis. [Nam quemadmodum (inquit) si vir fortis aduersus quem fremens quispiam feratur, ipse verò viribus suis fretus, casurum illum non dubitet, magna voce militans dicat: quod facis, fac citius, vt meæ dextræ vires experiaris, non properantis mori verba esse dicemus, sed præscientis potius, quiâ cadet aduersarius: sic Dominus noster Iesus Christus, velocius currere diabolum ad

ea quæ præparauit iubet, vt citius victus atque vinctus, à tyrannide sua orbem dimittat:] Itaque hac paraphrasi, verba Christi proposita illustrat S. Cyrillus.

Quod facis, fac citius, [id est, tuum opus, quod semper facere tibi cordi est, facies citius ô diabole: prophetas occidisti, Iudæorum animos ingressus. Lapidibus eos petiisti, qui salutarem Iudæis doctrinam ministrabant. Nemini qui à Deo missus esset pepercisti, magna in omnes atrocitate vsus fuisti. Veni post illos ego, vt errantes reducam; à tenebris in lucem reuocem; vt quisnam sit natura Deus, omnibus aperiam. Nec ignoro, nequaquam te quiescere posse. Quare quod solitus es facere, nunc quoque facito.]

Sub dubio idem dixerat Origenes.^a Cæterum ex contextu, & verbis antecedentibus ac proximè subiunctis, liquere perspicuè videtur, verba proposita fuisse ad Iudam directæ, vt mirer huic responsioni recentiorum quempiam astipulatum.

25. Caïetanus^f vt extricet difficultatem, distinguit in negotio proditiōis Iudæ, bonum à malo morali. Bonum ait interuenisse triplex. Primò secundum ef-

^a in hunc
Ioan. locū.

^b Bened.
Fernan-
dus in c.
13. Genes.
n. 4.
^c Pēt. ac. 6.
q. 31. dub.
2.



fectum, qui fuit passio Christi: ratione cuius boni, proposita Christi ad Iudam verba, interpretatur optatiue vt sensus sit, *quod tu facis, desidero celerius pati*. Secundum fuit bonum naturæ actionum Iudæ. Et quoad hoc ait verba Christi proposita fuisse præceptiua, & significasse ordinem diuinæ prouidentia ad accelerandum actiones Iudæ, vt tempore statuto à diuina prædestinatione, adimpleretur passio Christi. Additque Caietanus, vt non est malum Deo, cooperari actionibus peccatorum, quantum ad bonitatem naturæ, ita malum non esse illas præcipere. Tertium bonum fuit bonum ordinis, quod Deus malo Iudæ in adificauit. Et quoad hoc, ait Caietanus, verba Christi proposita, fuisse ordinantis, & volentis eum ordinem adimpleri, vtendo iniquitate Iudæ ad bonum. Iam verò quoad malitiam actionum Iudæ, ait Caietanus, verba Christi proposita non fuisse nisi permissiua, aut significatiua notitia quæ Christo distinctissime inerat, de peruersa Iudæ voluntate. Concludit ergo Caietanus, cum in Iudæ actione ad Christum relata, multiplex bonum desiderabi

derabile occurreret, Christum rationabiliter Iudam impulisse, ad faciendum opus ex quo tanta bona exitura erant, relinquendo Iudæ curam suæ culpæ.

Verum in hac Caietani doctrina, quædam incommodè quædam absurdè dicta videntur, vè proinde vsui nobis esse non possit, ad leniendam difficultatem propositam. Incongruum enim est, verba Christi optatiuè aut significatiuè interpretari, vt in primo & vltimo propositorum responforum, à Caietano factum. Ea quippe interpretatio nullomodo quadrat cortici verborum. Absurdum verò est, existimare actionem cum malitia in talibus circumstantiis necessariò connexam mandari à Deo. Sic enim Deus peccatum simul præciperet. Nec si potest exigentibus nobis, ac rapientibus (vt S. Anselmus dixit) concursum non negare, potest etiam actum præcipere: quod antecedens est, & Dei ex se propensionem ad actum sapit. Castigat latè hac in parte Caietanum, censor eius Catharinus.^a Mollire autem conatur Didacus Ruis.^b

a l. 3. contra.

b disp. 39. de volunt. Dei sect. 3.

26. Quare alteruter è duplici pro-

positorum Christi verborum sensus, aut certe vtrique, eligendus est. Prior negat ea verba esse imperij, vel cohortationis ad facinus accelerandum; sed ea exponit de permissione Iudæ data, à Christo contestante expromptionem animi sui, ac præparationis ad excipiendam omnem illam malorum molem, quam in Magistri caput deuocatura erat discipuli perfidia. Quæ est illa ipsa responsio quam S. Cyrillus tradebat, sed ad Iudam aptata, non ad Satanam, ad quem S. Cyrillus verba proposita incommodè referebat. Itaque conscius Christus, maximorum bonorum quæ nobis obuentura erant per Iudæ traditionem, & necem consequentem, proposito sibi eo gaudio, paratum se ad eam pugnam nec cestamen detrectaturum profiteretur. Et ne maleficij machinator deluderetur, existimans Christum timore mortis aut malitiam eius veritum tot officiis demulcere voluisse barbarum pectus; potestatem illi amplissimam facit, exequendi concepti sceleris. Adiret audacter, si luberet, & quàm celerrimè adiret Iudæos, cohortem & ministros aduocaturus, vti condixerat

dixerat: Se quidem in gradu fore, nec vel nunc obstare, quominus iniquum factum seminante diabolo conceptum, pariat: vel postmodum saluti humanæ cui ea ratione aperiretur aditus, remorā iniecturum: Qua contestatione & potestate Iudæ facta, si benè penetraretur, Christus in actu exercito prodebat fructum orbi vniuerso ex traditione Iudæ exiturum. Simile est quod Matth. 23. legitur à Christo prolatum in Iudæos, ædificantes monumenta Prophetarum, quos patres istorum neci dederant: [Et vos (inquit ad eos Christus) implete mensuram patrum vestrorū; quibus verbis continetur Christi prædictio de mox patrando per Iudæos in Sanctum sanctorum immanissimo scelere: nec nuda tantum prædictio, sed iuncta permissioni; ita vt significet Christus, se probè conscium machinationum Iudaicarum, eas nihili facere, & vt perficiant non obstare. Idem igitur est de loco in quo versamur.

Ad eum huius loci sensum, respexisse videtur S. Augustinus, cum illum dixit prædictionem continere. Ita enim scribit. [Non præcepit facinus, sed prædixit

Iudæ malum, nobis bonum. Quid enim Iudæ peius, & quid nobis melius quam traditus Christus, ab illo aduersus illum, pro nobis præter illum? *Quod facis fac citius.* O verbum libentiùs parati ad passionem, quàm irati ad vindictam. O verbum non tam pœnam exprimens venditoris, quàm mercem significans Redemptoris: Dixit enim, *quod facis fac citius*, non tam in perniciem perfidi faciundo, quam ad salutem fidelium festinando, quia traditus est propter delicta nostra, & dilexit Ecclesiam & semetipsum tradidit pro ea: vnde & de seipso dicit Apostolus, *qui dilexit me & tradidit seipsum pro me.* Nisi ergo se traderet Christus, nemo tradet Christum. Quid habet Iudas nisi peccatû? Neq; enim in tradendo Christo salutem nostram cogitavit, propter quã traditus est Christus, sed cogitavit pecuniæ lucrû, & inuenit animæ detrimentû: accepit mercedem quam voluit, sed nolenti est data quam meruit. Tradidit Iudas Christum, tradidit Christus seipsum: ille agebat negotium suæ venditionis, iste nostræ redemptionis. *Quod facis, fac citius*, non quia tu potes, sed quia hoc

hoc
illa
git
quit
sed
hab
oste
& si
nam
ape
lere
rent
pulo
boru
doq
ruer
cium
bitu
beb
forti
lis &
fiste
exeu
Abi
quoa
non
ent

hoc vult qui omnia potest.] Idem ferunt illa S. Leonis ^a [Videns Dominus cui flagitio Iudas esset intentus, quod facis, inquit, fac citius. Vox hæc non iubentis est, sed sinentis, nec trepidi, sed parati: qui habens omnium temporum potestatem, ostendit se moram non facere traditori, & sic ad redemptionem mundi, paternam exequi voluntatem, ut facinus, quod a persequentibus parabatur, nec impelleret, nec timeret.] Attingit eadem Laurentius Iustinianus, ^b & S. Cyprianus, ^c & pulchrè Bernardus. ^d

27. Posterior eorundem Christi verborum interpretatio, est qua Iudas quandoquidem ad tot diuina beneficia obdurerat, & illud ipsum beneuolentiæ indicium quod buccellæ porrectione exhibitum fuerat, verterat in peius, abire iubebatur, & Christi ac sanctorum confortio excedere, tanquam inemendabilis & indignus qui eo in cætu porrò subsisteret. Quasi diceret Christus: Captas exeundi occasionem, nec per te inuenis. Abi sanè, & hinc excede. (Ita ut illud quod facis, cadat in captationem abitus, non in volitionem traditionis.) Quando ergo

^a serm 7.
de pass. c.

^b de scrip.
ph. Christi
agone c. 5.
c l 3. ad
Quirinum
n 80.
^c serm 3.
in cæna
Domini.

enim
quam
us il-
od fa-
parati
etam.
imens
ficans
cis fac
di fa-
festi-
delicta
emeti-
seipso
adidit
Christi
habet
raden-
it, pro.
cogita-
na de-
voluit,
Tradit-
tus ser-
vendi-
Quod
ed quia
hoc

ergo fixum tibi est, perire, & collatis beneficiis efficeris deterior, abi sanè, & ex hoc pio coetu excede, quò te mala voluntas tulerit, ea perfecturus quæ iam pridem machinaris: Non obsto, per me licet ut efficias: quin etiam ut hinc excedas iubeo. Quanquam ea fuit vocis in Christo & affectus temperatio, ut Apostoli astantes, factam verbis illis à Christo expulsionem Iudæ non deprehenderint. Indicat hunc verborum Christi sensum, S. Dionysius. ^a Describens enim quid vnius mystici panis, & vnius calicis communio Christianos doceat, ita loquitur [Augustior illa vnius eiusdemque & panis & calicis, communis pacificaque communio, concordia illi ut fratribus vnâ educatis, diuinas statuit leges: atque cœnæ illius sacratissimæ, ex qua signa ista sumpsere principium, sacramentum memoriam tenouat: in qua & author ipse signorum, cum qui secum non pie neque concorditer sacra in cœna perciperat, à contubernaliū sorte iustissime separat: probabili simul ac diuina ratione nos admonens, ut verus ille ad sacra percipiendâ, & congruo captu firmatus accessus

2 c. 3. ec-
cles. Hier.
rar. p. 3.

acc
con
ner
fit p
qua
dar
que
ner
Id
Ch
bro
Iud
illu
ipse
exc
LES
cur
tio
rio
clu
coe
bus
nè
:
cto
& i
reli

accessus, id accedentibus tribuat, ut ex
communione diuina, ad Dei similitudi-
nem atque consortium transeant.] Allu-
sit planè S. Dionysius, ad Christi verba
quæ tractamus, neque enim aliis vllis Iu-
dam exclusit à cœtu piorum. Sentire ita-
que videtur hæc Christi verba, expulsio-
nem Iudæ velut incorrigibilis continere.
Id quod etiam apertè videtur docere S.
Chrysostomus, ^a & expressissimè S. Am-
brosius, ^b sic glossans hæc verba. [Dicit
Iudæ, IESVS, *Quod facis fac celerius. Quid*
illud? ut quia introierat in illum Satanas,
ipse abiret à Christo. Eiicitur itaque &
excluditur, eo quod iam cum Domino
IESV esse non possit, quia cœperat esse
cum Diabolo. Nulla enim communica-
tio Christi ad Belial. Vnde statim impe-
rio expulsus, abscessit.] En eiectum & ex-
clusum, ac expulsum à Christo, è suorum
cœtu, discipulum nequam, & in sceleri-
bus obfirmatum, ideóque Satanæ ple-
nè subiectum.

28. Ut possit sanè in hoc Christi fa-
cto, non malè fundari, ea incorrigibilium
& in nequitia obfirmatorum depulsio è
religiosis cœtibus, quam Sancti Patres
ratam

*abom. 71.
in Ioan.
b lib. 2. de
Cain c. 4.*

a c 23. Re-
gula.

ratam habent, & peperam plerique reprehendunt ut asperam, vel immifericordem. In re grauissima, & quam plerique ut nouam præterea criminantur, audire aliquos testes idoneos, operæpretium videtur. S. Augustinus^a agens de conuicto criminis religioso. [Conuictus secundum præpositi vel etiam presbyteri ad cuius dispensationem pertinet, arbitrium, debet emendatoriam subire vindictam, quam si ferre recusauerit, etiamsi ipse non abscesserit, de vestra societate proiciatur. Non enim & hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera, plurimos perdat.] Eadem habet epistola. 109.

b l. i. epist.
318.

Isidorus Pelus.^b agens de monacho fugituo. Si non in peccandi consuetudinem venit, sapius videlicet illata pœnitentiæ atque resipiscentiæ contumelia, obque ventris aut mentis ac voluntatis leuitatem fugam capessere didicit, nostra causa velim ipsi veniam tribuas. Sin autem is est, qui venia & indulgentia minimè melior fiat, nolim ille fructum ex literis nostris vllum capiat, verum è fratrum tranquillitate foras ablegetur,
ne

ne tu
dis &
Nam
la co
labor
29
lente
obed
plicit
est vo
dam
uius a
rem, u
nire s
grega
Et no
quisq
etiam
crimin
S. B
sapiu
recun
eundi
suam
uersus
ipius
non f

ne tumidos fluctus, ac vertigines, placidis & quietis ipsorum moribus excitet. Nam hoc quoque lex nobis sub parabolæ cortice præscribit, cum eos, qui lepra laborant, extra castra emittit.]

29. Eucherius ^a tonans contra volentes abscedere à cœtu religioso. [Non obedire, & velle discedere, hoc est dupliciter, diaboli voluntatem facere: hoc est voluntariè sibi, etiam in præsentì, damnationem inferre. Illis ipsis qui grauiùs apud nos delinquant, nullam tristior, nullam acerbior, nullam possimus inuenire sententiam, quàm vt à corpore congregationis abscissi, sine pace discedant. Et nonne amentia genus est, vt hoc quisque pro remedio expetat, quod etiam à præposito non nisi pro summo crimine possit inferri?]

S. Basilii ^b [si posteaquam admonitus sæpiùs fuerit, nihilominus tamen inue-
recundè in vitio perseverare, neque subeundis alacriter laboribus segnitiem suam emendare contendere, animaduersus sit; hunc perinde, vt ipsum suimet ipsius corruptorem (vt est in prouerbio) non sine multis quidem lachrymis lamenta

^a homil.
3. ad re-
lig. n. 4.

^b reg. fus.
disp. 28.

mentationibusque, ut membrum tamen penitus vitiatum, inutileque, medicorum more à reliquo corpore præcedere conuenit: Etenim illi, quodcumque tandem in aliquo membrum, insanabili morbo correptum inuenerint, ne vitium latius proserpat, nè ex contagio se diffundente contiguas partes corrumpat, illud secando, vrendòve, tollere funditus soliti sunt. Hanc autem eorum consuetudinem, necessario nos quoque in iis debemus imitari, qui præceptis Domini aduersantur, impedimentòque sunt. Ita enim iussit ipse, cum dixit: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te.* Quando clementia illa, qua quis aduersum istiusmodi homines vititur, stultæ illi Heli indulgentiæ & facilitati assimilis est, qua præter Dei voluntatem erga filios suos ille usus fuisse animaduertitur. Proinde veritatis proditiono, & communis noxa, & ad nullum prorsus bonorum malorumque habendum delectum assuefactio, est, hæc in speciem aduersus istos de industria peccantes homines, lenitas atque clementia: cum nec iam illud fiat, quod scriptum est,

est,
lere
cit
gat
mod
rum
lus)
ita i
teri
mat
vult,
3
quod
men
med
si ad
tionis
derit
adhib
omni
Dom
luten
nec if
vtatur
postol
rum. N
ouis m
Ton

Quæ sceleris Iudæ effectrix causa. 495

est, cur non magis luctum habuistis, ut tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit? & necessariò tandem illud contingat, quod adscriptum est, quod scilicet modicum fermentum totam massam corrumpit. Peccantes autem (inquit Apostolus) coram omnibus argue. Causamque cur ita iubeat, confestim adiungit, ut & cæteri timorem habeant.] Idem alibi confirmat, ^a & ad infirmos quoque extensum vult, ^b si animo obfirmatè sint ægri.

30. S. Benedictus. ^c [Abbas faciat quod sapiens medicus. Si exhibuit fomenta, si vnguenta adhortationum, si medicamina Scripturarum diuinarum, si ad vltimum vstionem excommunicationis, vel plagas virgarum, & iam si viderit nihil suam præualere industriam, adhibeat etiam, quod maius est, suam, & omnium fratrum pro eo orationem, ut Dominus qui omnia potest, operetur salutem circa infirmum fratrem. Quòd si nec isto modo sanatus fuerit, tunc iam vtatur Abbas ferro abscissionis, ut ait Apostolus: *auferte malum ex vobis.* Et iterum. *Infidelis si discedit, discedat, ne vna omnis morbida, omnem gregem conta-*

*a reg. fus.
47. & 61.
bren. ac
73. & 84.
b reg. 155.
bren.
c c. 19 reg.
aliàs 28.*

minet.] Idem alibi. [Præpositus si re-
 ptus fuerit vitiosus, aut elatione dece-
 ptus superbiæ, aut contemptor sanctæ
 regulæ fuerit comprobatus, admonea-
 tur verbis vsque quater: si non emenda-
 uerit, adhibeatur ei correctio disciplinæ
 regularis. Quòd si neque sic correxerit,
 tunc deijciatur de ordine præposituræ;
 & alius, qui dignus est, in loco eius sub-
 rogetur. Quòd & si postea in congrega-
 tione quietus & obediens non fuerit,
 etiam de monasterio expellatur.]

a epist. 29. Petrus Blesensis ^a agens cum Abbate
 S. Albani [Sanè præfatus Prior, quando-
 que grauer occasione eiusdem delicti
 punitus est: credebámque quòd ei vexa-
 tio dedisset intellectum. Sed adhuc ma-
 nus eius extenta est: nec à vestræ domus
 dehonestatione cessabit, donec hume-
 rus à iunctura, morbidum pecus à gre-
 ge, membrúmque putridum à corpore
 præcidatur.]

31. S. Bonaventura non semel idem
 tradit. Vnum & alterum duntaxat locum
 signo. Prior hic esto. ^b [Vbicunque ergo
 quatuor illa conueniunt, scilicet graui-
 ter, apertè peccare, & non esse spem
 corre

*b de sex
 aliis. Se
 rap. c. 7.
 § 6.*

correctionis propter obstinationem seu inueteratam mali consuetudinem, & alios infici per eius exemplum vel scandalizari, quia talia tolerantur, quid restat, nisi ut ovis morbida abiiciatur, & membrum putridum præcidatur, ne sana inde inficiantur, & corrumpantur? Unde dicit Apostolus ad Galat. 6. *Vtinam abscindantur, qui vos conturbant.* & ad Corint. 6. *auferite malū à vobismetipsis.* Quod si infidelis discedit discedat, Luc. 13. dicitur, *succide ergo illam, id est ficum infructuosam, ut quid etiam terram occupat?* & Matth. 6. *omnis arbor, quæ non fert fructum bonum, excidetur.* Et Numeror. 5. *Præcipe filiis Israël, ut eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo, ne contaminent ea, cum habitauerim vobiscum.*] Idem alibi, ^a *à eodem libro c. 3. §. 7.* [Nec tamen diligendi sunt mali, seu fouendi, sed tolerandi: maximè quorum occulta sunt mala, & alios non inficiunt, & est spes de correctione ipsorum. Vbi verò ista defecerint, ibi sine graui detrimento sustineri non possunt & ideò eliminandi sunt, ne putetur eorum prauitas bonis placere.] Ex eadem S. Francisci

a ad cap 2
reg S. i. rā
cisci.

b a: u. l.
Surium
tomo 3.

familia, idem explicatissimè tradit, Hugo.^a Factis idem comprobauit S. Pachomius, Syluanum, vicenarium Monachum, licentiæ in ueteratæ exauctoraturus & expulsurus, vt produnt^b eius acta.

En ergo astipulatos facto Christi Iudam expellentis, viros sanctissimos ac doctissimos: Proindeque immeritò non nemo, praxim adeò necessariam, inhumanitatis, aut nouitatis infimulat in Societate nostra. At nobis iugi experimento edoctis, res videtur non modò admodum utilis, sed etiam prorsus necessaria in eo quod profitemur instituto. Nec enim sanorum membrorum, atque adeò corporis vniuersi incolumitati, prospicere satis posse videmur, nisi putraminum & carcinomatum truncatione. Superque omnia esse potest, quod habeamus Christi exemplum, qui Iudam è corpore suo morali; ac prima, (vt superius attigimus,) religiosa familia, expulit, cum eum in scelere obfirmatū agnouit; quod ferunt ea quæ expendimus Christi verba, *quod facis, fac citius*, iuxta posteriorem eorum sensum è variis Patribus propositum, & inter non ita antiquos perelegan

legan
qui i
char
Quo
eund
veren
se ip
dam
tem;
exeun
3 2
bus q
posse
nihil
collat
rando
leris a
necess
sti ver
finuat
ac seue
nempo
sceler
& suo
filio ob
riëtem
Ruperi

leganter traditum à Cardinali Vigerio, ^a *a chorda.*
qui item insignem Christi in hoc dicto ^{7 cap. 43.}
charitatem erga Iudam, rectè expendit.
Quòd enim fluctuantem videret, & ab-
eundi occasionem caprantem, breuìque
verentem deprehendi, abscessurum per
se ipsum iniussu Christi, sicque vulgan-
dam eo discessu malam eius volunta-
tem; anteuertit verbis illis Christus, &
exeundi salua fama, copiam fecit.

32. Vtrumuis porrò sensum, è duo-
bus quæ verbis Christi propositis, subiici
posse diximus, eligamus, saluum manet,
nihil à Christo in Iudæ furorem fuisse
collatum: neque vel vrgendo, vel impe-
rando mandatam ei à Christo fuisse sce-
leris accelerationem. Atque ita liquet
necessariam non esse illam horum Chri-
sti verborum interpretationem quam in-
sinuat Rupertus, ^b & tenet Caietanus, ^c *ad hunc*
ac seuerè admodum notat Vigerius: ^d *locum 10*
nempe quod Christus, author quidem *annis.*
sceleris non fuerit Iudæ: volètem tamen, *c ibidem.*
& suo arbitrio in sceleris exequèdi, con- *d chorda*
silio obfirmatum, illudque iam pattu- *7 cap. 43.*
riètem ad maturandū vrserit: quod vult
Rupertus, vitio vacare; cum aliud sit di-

cere facienti , citius fac ; aliud vacanti præcipere , vt hoc vel illud faciat.

a l de prædest. 55. c. 20. & a pertius l. de grat. & libero arbitrio c. i. tem 20.

Videtur Rupertus alludere ad quandam D. Augustini doctrinam , ^a existimantis Deum interdum , voluntatem proprio vitio malam, in hoc potius quàm in illud peccatum iusto iudicio inclinare , non per physicam voluntatis inflexionem , sed per specialem prouidentiam Dei , siue immediatè , siue mediatè per Angelos malos aut per occasiones datas, excitando vt voluntas iam in malo obfirmata, minus potius malum quam maius eligat: Vel vt ex æqualibus, istud profequatur , non aliud , quod minus esset consentaneum cursui diuinæ prouidentia, & aliorum bono, aut proprio ; id est vel pœnæ vel exercitationi aliorum , vt notauit alibi idem S. Augustinus. ^b Sic Abulensis, ^c admittit, Deum mouere posse ad peccata venialia, quæ ad vitandam lethalem culpam sint necessaria ; si tamen vnquam ea necessitas datur reuera. Sic Ruben & Iudas, absque culpa, fratribus qui iam decreuerant Iosephum neci dare, persuaserunt; ille quidè vt in cisternam potiùs demitterent viuum : hic autem

b s. contra Iul. c. 4. c in c. 2. Iosue 9 30.

Qu
tem v
tra cif
malu
tium ;
nus m
est qu
super
viciofi
expres
nere ,
quàm
aieba
per p
que in
mali
dem n
diendi
natam
tam ha
Hugo
brum
ro arbi
edition
August
tiores
August
clinati

Quæ sceleris Iudæ, effectrix causa. 501
tem vt potius venderent, quàm fame in-
tra cisternam necarent. In quo modo ad
malum inclinandi, nullum apparet vi-
tium; quia est tantum excitatio ad mi-
nus malum, abiecto peiore: atque adeò
est quædam reuocatio à scelere, siue à
superpondio malitiæ, quæ foedat actum
vitiiosorem: adestque semper tacita vel
expressa conditio, si nolis potius absti-
nere, fac potius hoc quod minus est;
quàm illud quod maius. Propterea que
aiebam, hanc inclinationem non fieri
per physicam voluntatis inflexionem;
quæ inferret absolutam volitionem actus
mali, quæ in Deum ne prætextu qui-
dem maximi mali auertendi, aut impe-
diendi potest cadere; sed per conditio-
natam mali minoris propositionem. Ra-
tam habent eam Augustini doctrinam.
Hugo Victor^a & vir eruditus qui ad li-
brum illū D. Augustini de gratia & libe-
ro arbitrio notas adiunxit in Louanienſi
editione. Nec potest negari eam esse D.
Augustini mentem. Nam quòd recen-
tiores quidam vt Iustinianus,^b putant D.
Augustinum Deo tantum tribuere in-
clinationem ad exercendam actionem

*a l. 1 de sa-
cram fid.
p. 5. c. 29.*

*b inc. 1.
Iaco. ad v.
13. n. 13.*

ex se indifferentem, solo hominis vitio malè faciendam; nullomodo quadrat textui.

33. Ad hanc ergo quam dixi D. Augustini doctrinam alludens Rupertus, existimasse videtur, Christum Dominum Iudam in scelere obfirmatum vrsisse, vt quod certò postea facturus erat, citiùs efficeret. Est enim in ea morarum abruptione, imminutio aliqua malitiæ, quæ malæ voluntatis prorogatione & dilatione, apertè augetur. Atque ita Christus Iudam ad accelerandum vrgens, author ei dumtaxat fuerit; nõ producendi vlteriùs malitiam, nec diutiùs hærendi in eo cœno, vnde fœtidior semper ac tetrior efficiebatur, maioribusque pœnis obnoxius. Quidquid verò sit de hac doctrina, nego eam esse hoc loco necessariam: cum verba Christi, iis modis quos proposui, commodissimum habeant explicatum.

In hac meta, ad amoliendam planè eam insulstatem qua Iudæ exitium in Christum refunditur, nolo omittere quæ S. Ioannes Chrysofostomus^a diligenter pro more considerauit, circa curam Christi
in

^a *homil. 1.
de Lazar.*

Q
in Iu
Nih
mo
dam
quan
illam
rus e
quor
bolus
duce
nifest
pude
lis eti
cta, l
quom
sum I
verum
quò d
ter ac
fos en
tos far
astrin
neces
per h
dum i
sed v
putare

in Iudæ sanando, & reuocando à scelere. Nihil enim potest profertur potentius, ad monstrandum quomodo Christus Iudæ non implanauerit. [Vide (inquit) quanta affiduitate, quantaque sapientia illum cohibuerit. *Vnus vestrum me proditurus est.* Ac rursus: *non de omnibus vobis loquor, noui quos elegi.* Et, *vnus ex vobis diabolus est.* Sustinuit omnes in angorem inducere, ne vulgaret proditorem, ac manifesta redargutione, redderet etiam impudentiorem. Nam vt intelligas quòd illis etiam angorem iniecerint Christi dicta, licet sibi nullius mali consciis, audi quomodo quisque anxius dixit: *Num ego sum Domine?* Neque verò dictis tantum, verum & factis illum corripuit, videlicet quòd, quum humanitatē suam frequenter ac modis omnibus declarasset, leprosos emundans, dæmones abigens, a grotos sanans, mortuos excitans, dissolutos astringens; breuiter quum omnibus benefecisset, neminem tamen punit, semper habens in ore, non veni ad vocandum iustos, neque vt iudicem mundum, sed vt seruem mundum. Cæterum ne putaret Iudæ, quòd tantum nosset be-

nefacere, punire verò nequaquam, & hanc quoque docuit portionem; videlicet, quòd punire posset supplicioque afficere peccantes. Iam & illud vide, quàm sapienter, quàmque modis ipso dignis, hoc docuit. Hominem punire supplicioque afficere sustinuit neminem. Quì sic vt discipulus puniendi facultatem in eo cognosceret: Etenim si quem punisset, declarasset ipsum pugnare secum, quippe qui dixerat: *Non veni vt iudicem mundum, sed vt seruem mundum.* Rursum si neminem punisset, mansisset incorrigibilis discipulus, nisi & factis didicisset illi esse puniendi facultatem. Quid igitur? Vt simul & terreret discipulum, ne per contemptum fieret deterior, nec vllus tamen hominum afflictionem, pœnam, aut supplicium pateretur, in ficum arborem Christus hanc suam potestatem exercuit, dicens: *Ne posthac ex te fructus nascatur,* eaque mox simplici verbo exaruit. Hoc pacto factum est pariter, vt & nihil noxæ rediret ad vllum hominem, & ipse suam potentiam declararet, vindicta in arborem impacta: Discipulus autem si hæc animaduertisset, ingentem

ex

ex h
3
du
non
ipso
dij,
fuisse
stom
aliud
glad
para
cauit
quem
quen
ego v
ipsis
ad m
huc a
ceter
quari
ditur
oculo
nes h
ram.
huma
prodit
insana

ex hac vltione cœpisset vtilitatem.]

34. Sed hæc anteriora, & cùm nondum vel conceptum plenè, vel certè nondum consummatum esset scelus. In ipso æstu executionis teterrimi parricidij, nec dum Iudam abiectum à Christo fuisse, sic docet continenter S. Chrysostomus. [Non hoc tantum, verum etiam aliud, hoc multò maius effecit: Quum gladiis & fustibus armati, manus in ipsū pararent iniicere, tum illos omnes excæcavit, id enim declaravit, quum diceret: *quem queritis?* Quum enim Iudas frequenter dixisset: *quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum*: ille volens etiam ipsis Iudæis facere fidem, quod volens ad mortem iret, nec Iudæ malitia victus huc adigi potuerit, ipso proditore, cum cæteris omnibus astante, *quem* (inquit) *queritis?* Itane non nouit quem erat proditurus? Sed Dominus obcæcarat illius oculos. Nec id solum, verum etiam omnes hac voce resupinatos deiecit in terram. Vbi verò nec ea res illos reddidit humaniores, neque scelerosum illum à prodicione reuocavit, sed perseverabat insanabilis, ne sic quidem alienatus est

Domi

Dominus, quominus rursus illi tum benevolentiam, tum curam impenderet. Sed age considera, quomodo pungit, loquens verba, quæ maxime possent animæ impudenti pudorem incurrere: imò quæ vel faxeam mentem queant emolliere. Etenim simul atque Iudas icruisset ad eum osculaturus, quid ait? *Iuda, osculo filium hominis prodis?* Nec ipsa proditiōnis species, pudorem incussit homini. Hæc autem dicebat, taxans aut pungens illum, pristinaeque commonefaciens consuetudinis.] Itaque esse Christum à Iudæ scelere & exitio prorsus immunem, vel cæcus videat.

35. Postrema extrinseca causa sceleris Iudæ, videri posset diabolus, nō tantum eo generali modo quo omnes plane peccatores plerumque, ac ferè quoties peccāt, (non enim semper, incētores Satanā peccant) sed alio specialiore, quem subindicant verba illa S. Ioannis, & post
bucellam introiuit in eum Satanus. Nam quamuis S. Lucas, ^a iam ante dixisset, intrasse Satanam in cor Iudæ, & ante locum allegatum S. Ioannes, testetur Satanam immisisse in cor Iudæ. vt Dominum

Q
 num
 recte
 ra e
 lius
 ctam
 S. An
 gis re
 poste
 ante
 acce
 men
 quia
 runt:
 lium
 statu
 illud
 go fa
 tantu
 quæ f
 lus d
 enim
 videt
 enim
 omni
 re vic
 sonar

num proderet. Tamen vt S. Augustinus ^a 23. de cōf. euang. c. 1. rectè vidit, accepta buccella consummata est Iudæ nequitia : ideoque pectus illius cessit diabolo in plenam & perfectam possessionem. Nec aliud significat S. Ambrosius; ^b cùm ait, Iudam tunc magis repletum esse diabolo : ita vt sicut Apostoli (quod est S. Augustini exēplum) ante Pentecostem insufflante Christo acceperant Spiritum sanctum, quem tamen dicti sunt in Pentecoste accipere, quia tunc eius plenitudinem acceperunt: ita Iudas, iam ante Satanæ domicilium, stabilem illi in seipso possessionem statuerit. Idem habet S. Hieronymus ^c ad c in c. 4. ad Ephes. illud *nolite locum dare diabolo*. Videtur ergo factus energumenus, & non agente tantum, sed & agente dæmone fecisse quæ fecit. Et ita sentire videtur S. Cyrillus ^d 11. 9. c. 19. expendens illud, *exiuit continuo*. Sic enim scribit. [Non frustra dictum mihi videtur, continuo illum exiuisse: magnas enim diabolus ad imperandum eis, quos omnino iam cœpit, possidet vires: cogere videtur ad opus, etiam nolētes.] Idem c in psal. 128. sonant verba S. Hilarij ^e. [Omnes (inquit) humana

humanae iniuriæ quæ religiosis viris inferuntur, non eisdem habent authores quos habent ministros. Executio quidem, hominum est: sed diaboli instinctus est. Et huius nobis intelligentiæ Apostolus author est, dicens: *non enim nobis certamen est aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus potestates mundi huius, potestates harum tenebrarum, spiritualis nequitiæ, in caelestibus.* Et rursum: *secundum principem aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filiis inobedientiæ.* Operantur ergo hæc spirituales nequitiæ, in his qui inobedientes Dei legi sunt: quos voluntatis suæ tanquam operarios eligunt, in res suas alienę intercessioni & ministerio suo vsuri. Neque solum id ex Apostolicis dictis intelligimus, sed etiam ex libro Iob docemur. Cùm enim diabolus potestatem tētandi Iob postulasset, per direptionem substantiæ eius primùm desæuiturus, homines ad pastorum cædem & direptionem pecudum incitauit, eosque in hanc voluntatem latrocinij accendit. Egit ergo quod volebat per humanae operationis officium. Iudas quoque in passione Domini, ministerium diaboli fuit

Qu
fuit, &
priæ
qui in
qui
verba
fuisse
rens,
ti, qui
Leo, p
stum
Iudan
obtin
ne cri
fensio
lius sp
nisteri
mente
Denic
qui à b
sibi ve
rante i
actum
36.
plex ca
das ca
nam,
peccat

fuit, & per eum effectum voluntatis propriæ est executus, Euangelista testante qui ita: *Intrauit, inquit, Satanas in Iudam qui cognominatur Iscariotes.* Eadem verbatim habet S. Zeno, ^a Iudam aiens ^a *ferm. in psal. 118.* fuisse *diaboli ministerium.* Hincque inferens, non esse irascendum mala inferenti, quia agitur à Satana. Concinit item S. Leo, perpulchrè. ^b [comprehensura Christi ^b *ferm. 5. de pass. c.* stum turba confluit, ducem sequens] ^{3.} Iudam Iscarioth: qui privilegio perfidiæ, obtinuerat in facinore principatū. Huic ne criminis causam aliqua præberet offensio, nulla est negata dignatio. Sed illius spiritu inflammatus exarsit, cui ministerium præbuit, & qualem habuit mentem, talem inuenit & præsidem] Denique idem significat Hesychius, ^c *c. l. i. in Levit. pag. 77.* qui à bestia captum, quem Deus offerri sibi verat, interpretatur illum, qui operante in eo, diabolo, tractus est in malum actum, & profert Iudam in exemplum.

36. In hac re, discernendum est duplex caput difficultatis. Alterum an Iudas causam sceleris sui habuerit Satanam, modo diuerso ab eo quo passim peccatores à Satana aguntur in scelus ac
Dei

Dei iniuriam. Alterum an Iudas fuerit energumenus. In priore puncto statuendum est, non aliter Satanam fuisse causam sceleris per Iudam admissi, quam passim sit author scelerum in quæ præcipitat peccatores: nempe per suggestionem, & immissionem cogitationis in cor. Nam quamuis Satanus, iuxta vulgare Theologorum pronunciatum, de quo latè Syluester ^a non possit illabi in animã hominis, aut (vt loquitur Dydimus)^b penetrare ad cordis adyta, sed hæere cogatur in vestibulis; hoc est non possit immediatè, & absque interpositis sensitiuis facultatibus, cogitationem aliquam intellectui, aut aliquam volitionem voluntati imprimere, easve facultates ad operandum mouere: Tamen interuentu facultatum materialium, quas obiectorum externorum admotione, vel accommodata temperamenti variatione potest ad certam operationem fabricandam adigere; potest & intellectum, & voluntatem, vrgere ad operandum spiritaliter, prout impetus determinationis materialis, in facultatibus sensitiuis præuix, tulerit: etiamsi postea liberum sit homini

^a in rosa
aures
tract 2. in
Euang. ad
feriam
cena Do-
mini.
^b l. de Spi-
ritu san-
cto.

hom
traria
per
tui v
nem
ri. Ad
pecca
rum c
Iudas
mouit
Ita
consist
ditab
teuoc
quæd
quibu
pisset
Christ
demen
aliqui
iusticia
peccat
tiorum
37.
dus est
tanam
seruans
Tom.

Quæ sceleris Iudæ, effectrix causa. sit
homini, iudicio sic extorto, iudicia con-
traria ex veris motiuis ducta opponere,
per maturam considerationem; vel mo-
tui voluntatis ad eum modum ante om-
nem deliberationem concitato, relucta-
ri. Ad eum ergo modum, omnibus propè
peccatoribus, dæmon author est scele-
rum quæ admittunt; & eo ipso modo
Iudam ad tradendum Christum per-
mouit.

Ita planè S. Ambrosius ^a ad illud *cum* ^{a in psal.}
consisteret peccator. Sic enim scribit. [Me- ^{38.}
ditabatur Iudas Christum vendere, sed
teuocabat eum tanta Domini gratia, &
quædam paternæ delinimenta pietatis,
quibus furor eius mollebat: nec eru-
pisset in scelus, nisi se in cor eius, quia
Christum fallere se putabat, aduersarius
demersisset. Non ergo dubites, quando
aliqui tibi molesti sunt volenti seruare
iusticiam, ministros esse illius nequissimi
peccatoris, qui omnium auctor est flagi-
tiorum.]

37. In eundem sensum accipien-
dus est Didymus, ^b cum de Iuda per Sa- ^{b l. 3. de}
tanam occupato, sic philosophatur [Ob- ^{Spiritum}
seruans diabolus quibusdam motibus & ^{sancto.}

operationum signis, ad quæ potissimum Iudæ cor esset vitia procliuius, deprehendit eum patere infidiis auaritiæ, & re-
 perta cupiditatis ianua, misit in mentem eius, quomodò desideratam pecuniam acciperet, & per occasionem lucri, proditor Magistri & Saluatoris sui existeret, argentum proprietate commutans, & suscipiens pretium sceleris à Phariseis atque Iudæis. Hæc ergo cogitationis occasio, locum tribuit Satanæ: vt in core eius introiens, impleret eum pessima voluntate. Introiuit ergo non secundum substantiam, sed secundum operationem: quia introire in aliquem, increata naturæ est; eius quæ participetur à pluribus.]
 Plenius, & item optimè, in hanc rem contra Manichæos disputat idem Didymus. ^a Quod si hoc emplastrum possit item mederi loco morbofo, qui habetur apud Simeonè iuniore, ^b eo melius. Vulgatis certè Patrū locis, quæ aliud vtrumque externa specie præferunt, fit hinc medicina Nominatum quæ non aliud voluit S. Hilarius loco allegato. Nam postquam dixit, Iudam in passione Domini fuisse ministerium diaboli, id quæ ex lo-

*a l. aduersus eos t. 4.
 bibl. colon.
 d orat. 14.*

co Ioannis quæ expendimus cõfirmavit, statim subdit generaliter. [In omni igitur quã perpetimur iniuria, alterius opus, alterius instinctus est: & nõ sibi efficit, quisquis aliquid per turbulētã volūtatis impetum gerit. Non ergo his irascendũ est à quibus aliqua perpetimur; sed quoties per contumelias ad iracũdiam prouocamur, quotiescũque per conuicia ad lites excitamur, quotiescumque ad dolorẽ ad impiam damni querelam per rapinas & furta compellimur, aut in corporis voluptates blandæ adhortationis sollicitamur instinctu; agnoscendus est hostis ille, per quem hæc operum ac dictorum incentiua præbentur. Neque irascendum est hominibus alienę instigationis operariis: sed potius in his detestandi officij intercessio fœda miseranda est, quòd sint vasa diaboli, Satanæ ministerium, latrocinantium telum, & alienæ malitiæ ac nequitix paritores.] Idcirco tamen specialiter dictus est Satanus, in Iudæ cor cogitationem tradendi dominum immisisse, fuisseque tantæ nequitix autor, quia speciali studio incubuit in proditoris peruersionem; nescius quãtum sibi per eam

excidium accerferet, quanta bona orbi vniuerso curaret.

Quæ dicta sunt de quorumuis peccantium subiectione ad Satanam, æquæ valent de energumenis. Neque enim quandiu sui compotes sunt, & liberi arbitrij vsu retinent, non obscurato prorsus iudicio indifferente, adiguntur reuera à dæmone ad volendum quod placet Regi omnium filiorum superbiæ; sed tantum potenter sollicitantur ad nequitiam: ita vt nisi cœlestibus suppetiis, quæ ne illis quidem desunt, nauiter vtantur ad validum aduersarij impetum sustinendum, impares sint futuri, non defectu libertatis quæ adhuc superstes est; sed defectu firmitatis in bono, à quo libertas, tædij in resistendo subeundi perterrita, vltro resilit. Atque ita quamuis Iudas factus esset energumenus, (de quo quærebat secundo loco,) nihilominus non esset alio modo instrumentum Satanæ in Christi prodicione & concipienda & exequenda, quam prout vulgares peccatores sunt ferè semper Satanæ instrumenta, salua semper præcellentia tentationis, qua Iudas supra vulgares
pecca

pecc
plen
reni
cessit
Cyri
nec
Satan
subdi
ad op
diabo
detur
suam
de ca
Iuda
rauer
virtut
eius a
ad mo
tem a
38
cator
autho
rem h
das eu
brofio
à S. C
stantib

peccatores appetitus est : vnde exitit
plenus ille consensus nullo voluntaris
renisû imminutus , quo Iudas totaliter
cessit Satanæ. Et hoc tantum voluisse S.
Cyrillum , loco in contrarium prolato,
nec intendisse asserere illatam Iudæ à
Satana coactionem , docent hæc quæ
subdit post illa verba. [Cogere videtur
ad opus, etiam intentos. Timet vt credo
diabolus, ne morando locus pœnitentiæ
detur, & quasi à temulentia sua mentem
suam rectiùs cogitans homo eripiat, hac
de causa festinat ac impellit. Nam etiam
Iudam, quum post panem omnino sepa-
rauerit, tum moram, tum benedictionis
virtutem timens, ne scintillam in animo
eius accenderit, ac inde illuminauerit, &
ad meliora retraxerit , magna præcipi-
tem agit celeritate.]

38. Quòd aliquoties iam dico, pec-
catores ferè in omnibus operibus malis,
authorem prædicto modo, siue incento-
rem habere Satanam, eo modo quo Iu-
das eum mali authorem habuit, à S. Am-
brofio satis apertè traditur, ^a egregièque
à S. Chryfostomo expositum est. ^b Cau-
tantibus enim aliquibus, malè nobis con-

a *serm in*
psal. 118.

v. 2.

b *nom 54.*

in acta in
moral.

sultum esse, permissio diuinitus Satanæ
 in ruinam nostram studio; quòd eo po-
 sito non penes nos causa sit pereundi, &
 fatius futurum fuisse perire per nos ipsos,
 à Satana non impulsos, respòdet S Chry-
 sostomus. [Et multi etiam absque diabo-
 lo pereunt. Profectò non omnia ipse ef-
 ficat, sed multa etiam sunt à sola nostra
 ignauia. Si autem alicubi ipse author, nos
 ipitium adhibemus. Dic enim oro, cur
 diabolus tantum valuit in Iuda? quia in-
 gressus est (inquis) in illum Satanus. Sed
 audi causam. *Quia fur erat, & qua mitte-
 bantur, portabat.* Ipse dedit (inquit) latum
 ingrediendi spatium, & ita non diabolus
 initium imponit. At nos illum suscipi-
 mus, & vocamus.] Pulcherrimè porrò,
 eodem loco S. Chrysofostomus, Satanam
 in modo quo nobis fit ad malum coope-
 rarius, eundem modum tenere ait, quem
 Deus nobiscum seruat, quoad præ-
 standam nobis cooperationem in bonis
 actibus. Præcedit enim vocatio diuina, &
 sollicitatio ad bonum: qua posita, diuina
 gratia cooperans, & (vt S. Chrysofostomus
 eam sepè describere solet) compugnans,
 non accedit nisi aduocata per nostrum
 liberum consensum: simul quidem na-

tura & à nobis & à Deo cooperante prodeuntem, tamen priùs ratione à nobis diuinitùs iam excitatis manantem, quàm à Deo nobis liberè operantibus cooperante: quia ratio cur Deus adsit vt actu cooperans, est, quia nos perspexit in ea dispositione vt si soli possemus, profudissemus per nos ipsos operationem. Atque ita supposita diuina uocatione, facta in nobis sine nobis; id est nobis non libera, vt cooperatio diuinæ manus in procinctu stantis, & humanam determinationem præstolantis, ponatur de factò; aduocanda est per consensum prout à nobis priùs ratione positum: & tū demum Deus cooperatur nobiscum in actu secundo, & cuditur consensus liber. Non dissimiliter Dæmon, iuxta Chrysostomum, in malis actibus maxima ex parte malum cogitatum indit per seipsum, tanquam mali germinis semen, non liberè in fundo animæ seminatum. Vt autem semen iactum effundat plantam, exigitur soli interuentus: hoc est, cooperatio voluntatis, quæ est facultas sui iuris. Ea ni dæmoni vltro cedat, nihil efficitur; & semen immissum, abibit sterile.

Et ita Iudæ post immiffam in cor eius à Satana cogitationem accidiffe, affirmat idem Chryfoftomus.

39. Ex dictis porrò vides, ad rem præfentem de caufa ſceleris Iudæ, parum referre fuerit Iudas energumenus necne, de quo quærebatur ſecundo loco: Vtrumuis enim ea in parte ſtatuitur, caufa proxima, cui Iudæ ſcelus immediatè vitio vertendum eſt, non eſt Satanas Sicut neque Satane tribuntur peccata quæ admittuntur per energumenos. Nam eo ipſo quòd peccata ſunt, libera ſunt, atque adeò non ſunt in cauſam extrinſecam referenda.

a in 99. ad
Euang. ſe-
ria 5. in
cœna Do-
mini.

b c. 22.
c epiſt. 82.

Cæterùm ad quæſitum illud, Turres cremata, ^a admittit Iudam fuiſſe à Satana poſſeſſum; perfectiùs quidem poſt porrectam buccellam intinctã, tamen etiam aliquo modo iam ante: cùm iam ante prodat S. Lucas, ^b Satanam in eum intraffe. Fauet S. Ambroſius, ^c luculenter planè expendens illud Pfaltis, *portio mea Dominus*, & negans vllum ſcleris cuiuspiam mancipatum poſſe ea verba proferre citra mendacium, quòd reclamaturum ſit aſſertioni illi regnans in homi-
ne

ne peccatum, & hominem sibi vendicaturum. De Iuda autem specialiter hæc dixit. [Non dicit proditor, portio mea Christus: quia statim in eum irruit nequitia mali, & dicit: Fallit te Domine Iesu, meus iste. Habemus exemplum, quia cum Iudas panem à Christo accepisset, immisit se in cor eius diabolus, quasi possessionem suam vendicans, quasi portionis suæ ius retinens, quasi dicens: Non est tuus iste, sed meus, meus certè minister, tuus proditor. Meus planè iste est: Denique tecum recumbit, & mihi seruit: tecum epulatur, & mecum pascitur: à te panem accepit, à me pecuniam, tecum bibit, & mihi tuum sanguinem vendit. Quàm vera diceret, probavit. Denique Christus recessit ab eo. Ipse quoque Iudas reliquit Iesum, sequitur diabolum. Quàm multos Dominos habet, qui vnū refugerit.] Similiter ¹¹¹¹⁰⁵ tractans illud *sum ego*, ita loquitur. [Ille dicit tuus sum qui potest dicere: ecce omnia reliquimus, & secuti sumus te. Apostolorum itaque vox ista est; nec omnium tamen Apostolorum, nam & Iudas Apostolus fuit, & in conuiuio Christi inter Aposto-

*a serm. 13.
in psalm.
118. v. 6.*

los recumbebat. Dicebat & ipse, tuus sum, sed voce non corde. Venit & introiit in eum Satanas, & cœpit dicere: non est tuus Iesu, sed meus est. Denique ea quæ mea sunt, cogitat: quæ mea sunt, in pectore suo voluit: tecum epulatur, & mecum pascitur: à te panem accipit, à me pecuniam: tecum bibit: & mihi tuum sanguinem vendit: tuus est Apostolus, & meus mercenarius.] His locis, cum Ambrosius asserat dæmonem immisisse se in cor Iudæ, quasi vendicantem possessionem suam, & dæmonem habuisse Iudam inter sua; videtur omnino agnoscere Iudam fuisse à Satana possessum.

40. Sunt hæc à S. Ambrosio, eleganter æquè ac pie dicta. Inde tamen non sequitur, Iudam fuisse energumenum: cum possessio dæmonis possit censerì, aliquis non energumenus. De quibusvis enim peccatoribus, quòd sint Satanæ possessio, asserit non semel idem S. Ambrosius, itemque S. Gregorius, eodem sensu ait, cor peccatoris non esse hominis possessionem, sed dæmonis: probatque ex hoc de Iuda loco, *cum diabolus iam misisset in cor.*

al. 2. in 1.
Reg. c. 1.

Aprius

Aptius ergo pro Iudæ energumenif-
mo proferatur S. Chrysoſtomus, ^a obſeſ-
ſum primò vt loquimur, tum poſt intin-
ctam buccellam, poſſeſſum Iudam do-
cens. Ita enim ait de Satana. [Cùm in Iu-
dam infiliret, quouſque eum Chriſtus à
ſacro Apoſtolorum choro non abſcide-
rat, non auſus fuit totum eum rapere, in-
que ipſum introgredi. Itaque tum qui-
dem eum exteriùs inuaſerat, introgredi
verò in eum nondum audebat. Poſt-
quam verò cognouit eum à ſacro cœtu
auulſum, vehementiùs in ipſum infiluit,
quàm quouis ſermone dici queat, nec
priùs deſtitit, quouſque eum duplici
morte interemerit.] Anaſtaſius quoque
Sinaita, ^b Iudam conferens cum ſerpen-
te, qui primis parentibus, infidente &
agitante Satana impoſuit, eo ipſo agno-
ſcere videtur Iudam in ea vocis proprie-
tate fuiſſe à Satana poſſeſſum, qua deſi-
gnatur ſtatus energumeni.

41. Poſteſt etiam adduci in hanc
ſententiam S. Gregorius, ^b qui redar-
guens Monachos Iſauros affirmantes
diabolum in cor hominis non ingredi, &
contrarium anathemate ferientes, ait id
eſſe

*a homil. 6.
in ad Phi-
lipp.*

*b 7. Exa-
em.*

*c 6. regiſtri
epiſt. 31.
indict. 15.*

esse contra Euangelium, quòd tradit Satanam introisse in Iudam, &, *Diabolum iam se*, (ita enim legit, non exigua in rem nostram emphasi) *misisse in cor Iudæ*, vt traderet Christum [Hoc autem qui negat (ait S. Gregorius) in Pelagianam hæresim cadit.]

Potest verò vt hoc obiter non diffimulem in quo aliquos hallucinatos comperi; potest inquam difficile videri qua ratione Pelagianismi insimuletur à S. Gregorio, ea negatio: Neque enim S. Augustinus, vsquam in Pelagianis tale quid arguit. Sed dicendum est S. Gregorij censuram in eos qui negabant quòd ipse Pelagianismi notat, non ferire eos qui negabant diabolum subingredi corda peccatorum, (vt prima fronte videtur, eo quòd S. Gregorius immediate ante de subingressione illa egerit, & statim addat: *hoc autem qui negat*:) sed ferire eos qui negabant animam Adæ in peccato mortuam fuisse (quod verè Pelagianum est dogma) idque probabant ex eo quòd dæmon cor hominis non ingrediatur. In qua probatione non erant Pelagiani, sed tantum in assertione, ad quam stabilendam

dam
prob.
Cath
Iuda
vidit.
42
ction
dæm
mus.
propu
in eun
admi
energ
minu
energ
sum r
à susc
(quan
Satan
Ioann
luntat
porre
sensur
plent
posse
dicun
dæ co

dam ea probatione utebantur: Quamvis probatio quoque sit respuenda homini Catholico, quippe contra Euangelij de Iuda narrationem, vt S. Gregorius rectè vidit.

42. Ex prædicta loci Euangelici lectione, satis apertè confirmatur Iudæ per dæmonem inhabitatio & energumenismus. Nec sanè video quandoquidem proprietates verborum illorum, *introiuit in eum Satanas*, multò rigidiùs retinetur admissa vera possessione, cuiusmodi est energumenorum; nihilque obstat quominus admittatur Iudam verè fuisse energumenum; nō video inquam, quorsum refugiamus id concedere: sin minùs à suscepta Christi prodendi voluntate, (quamuis tunc quoque ingressus in eum Satanas à Luca dicatur, quod cum S. Ioanne de immissa in cor eius tali voluntate interpretari licet) at saltem cùm porrectum panem accepit. Minùs reuera sensum propositorum verborum implent, qui impietatis dumtaxat opere, possessum & occupatum à Satana Iudam dicunt, vt S. Leo.^a Et qui Satanam in Iudæ cor intrasse, exponunt intrasse in Iudam

*a serm. 7.
de pass. c. 4.*

a *chorda*
7. c. 43.

b c. 3. de
demonia
cis.

c c. suo 76.
in Lucam.

d 1. *Timo.*
2.

e *hom. 82.*
in Matth.

dam firmum propositum transgrediendū
ut Vigerius ; ^a Aut immiffam à Satana
fuisse Iudæ , vendendi Christi volunta-
tem, ut exponit Tyræus. ^b Cæterum hæc
vera Iudæ per Satanam possessio quam
admittimus, eo diuerfa fuit à vulgari in-
fessione energumenum, ut Euthymius
^c rectè aduertit, [quòd non insanire eum
faceret, aut exterius agigaret ; sed quòd
illi dominaretur , & tanquam seruo ute-
retur.] Quæ est illa captiuitas, qua aliqui,
iuxta Apostolum, ^d tenentur à diabolo
ad ipsius voluntatem. Imò etiam durior.
Nam admittendum est, Satanam respe-
ctu Iudæ ius accepisse in illam corpora-
lem agitationem, & emotionem mentis
qualem energumeni subeunt. Et ali-
quod huius iuris exercitium, quamuis
non consueto modo, affuit tamen ; iuxta
illud Chrystomi de Iuda. ^e [multo pe-
iore morbo quàm furor est captus fuit.
Quando enim tale aliquid furiosus ac
insanitus operatus est ? Non proijciebat
hic spumam in ore , sed Dominicam
cædem emittebat: non torquebat manus
sed extendebat ad vendendum ineffabi-
lis pretij sanguinem. Maior igitur hæc
insa

Q
insan
loqu
vultu
diabo
uit. S
citra
calci
dibus
pidib
quam
43
sputa
nequ
aliam
tium
sti pro
volun
sum e
non ta
fisti pe
quide
tentat
[Sorte
Platon
terius
rectè;
posita

infamia fuit quia sanus furebat. Sed non loquebatur incognita. Imò verò : *quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam*: diabolus enim certè per os illius introiit. Sed non repulit terram pedibus calcitrans. O quàm melius est furiosi pacto calcitrare quàm hoc modo rectum pedibus ambulare. Sed non cædebat se lapidibus. Et quanto melius erat, hæc quàm illa conficere.]

43. Ex omnibus toto hoc capite disputatis liquidò infertur, neque Deum, neque Christum, atque adeò, neque aliam vllam externam causam, Iudæ exitium intulisse, atque necessitatem Christi prodendi iniecisse; sed id eum libera voluntate, stimulanre avaritiâ, aggressum esse; in centore & impulsore Satanâ, non tamen inferente violentiam, cui obfisti per Iudam non posset. Nam Deus quidem, neminem implanat, & cùm intentator malorum sit neminem tentat. [Sortem vitæ eligendi (ait Arnobius^a ex *al. 1.* Platone) nulli est Deus causa: neque alterius voluntas, ascribi potest cuiquam rectè; cùm voluntatis libertas, in ipsius sit posita potestate qui voluit.] Christus autem

tem, peccatores venit saluos præstare, non peccatores facere. Diabolus denique, sollicitare & latrare potest, mordere non potest nisi volentem. [Voluntariam prædam inermis expectat] ait Eucherius^a [Ipse est incentor (ait S. Ambrosius^b) ipse accusator, ipse in Iudam introiuit, ipse eum ad prodicionem impulit, ipse misit ad laqueum. Quanti dictari sunt in illo die aduersus eum, tu nos circumuenisti, tu impulisti. Exemplum quæris? accipe dicentem Euam, præuariationis autorem fuisse serpentem: sed illum implicauit non se absoluit. Cui respondit Dominus: Non præceperam ne gustaretis de ligno solo quod est in medio Paradisi? Respondebit ergo veritas, & pluribus: Diabolum audistis suadentem noxia, me non potuistis audire vitalia mandantem?]

Summum verò hinc gaudium Satanæ, (quantum Satanæ licet gaudere) quod esset flagrantissimo eius desiderio satisfactum, per Iudam vitio suo ruentem, optimè expressit S. Hieronymus^c in hunc modum. [Semper istiusmodi Lucifer quærit ascendere super eos qui ha-

a homil. 3.
de Pasch.
b ferm. 1.
in Psalm.
118.

c Isaiæ 14.
ad illud,
qui dice-
bas.

bent

ben
in E
mo
Ecc
est;
hab
tus f
re, q
sup
verit
Si ex
syden
detr
qui c
teban
& q
quib
vestr
pit a
bie v
est di
do C
los su
pheta
44
cum
nostr
To

bent imaginem cœlestis, & qui fulgent in Ecclesia sicut astra Dei; & sedere in monte pacti siue Testamenti, id est in Ecclesia quæ in sublimibus collocata est; & de lateribus quondam Aquilonis habitatores possidet. Qui in tantum oblitus sui est, vt velit super nubes ascendere, quibus mandauit Dominus ne pluant super Israël imbrem, & ad quas peruenit veritas Domini: cui loquitur & Abdias: *Si exaltatus fueris vt Aquila: & inter sidera cœli posueris nidum tuum, inde te detrahā, dicit Dominus.* Infœlix Iudas, qui quasi nubes cum aliis Apostolis mittebatur vt plueret super Israël imbrem, & quasi stella inter cæteras stellas erat: quibus Dominus loquebatur: *luceat lumē vestrum coram hominibus:* vitio suo suscepit ascensorem diabolū: qui vt superbiæ verba compleret, etiam hoc ausus est dicere: *Ero similis altissimo:* vt quomodo Christus habet Prophetas & Apostolos suos, sic & ego habeam pseudopphetas & pseudoapostolos.]

44. Et hinc maximè eruenda est cum eodem Hieronymo^a, infirmitas ^{a epistola ad Rusticum.} nostra & miseria, qui vltro in huiusmodi

barathrum deuoluamur. [Nihil (inquit) Christiano foelicius, cui promittitur regnum caelorum, nihil laborosius qui quotidie de vita periclitatur; nihil fortius qui vincit diabolum; nihil imbecillius qui à carne superatur. Vtriusque rei exempla sunt plurima. Latro credit in cruce & statim meretur audire: *Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiso.* Iudas de Apostolatus fastigio, in proditionis Tartarum labitur, & nec familiaritate conuiuij nec intinctione buccellę, nec osculi gratia frangitur, ne quasi hominem tradat, quem Filium Dei nouerat.]

*Extrema infrunita in Iuda cupiditatis
abortio; siue proditionis executio, &
que in ea horribilia.*

CAPVT XI.

- I. **V**ENTVM est ad Tragediæ Catastrophem. Magister optimus, nequissimi & ingratißimi discipuli, Deus vniuersi opifex, figmenti sui malignitate, traditur in manus peccatorum

rum. *Terra data est in manus impij*; id est interprete Gregorio, ^a caro Christi aduentante hora potestatis tenebrarum, ^{29. mor. 6.} ^{21.} permiffa est Satanæ, eius manibus, Iudæ inquam & satellitum in eam rem ab illo aduocatorum,prehédenda. [Quid namque terræ nomine (inquit S. Gregorius) nisi caro exprimitur? Quis appellatione impij, nisi diabolus designatur? Huius impij manus fuerunt, hi qui in Redemptoris nostri morte grassati sunt. Terra itaque data est in manus impij, quia antiquus hostis, Redemptoris mentem corrumpere per se tentando non valuit; sed Iudæ mentem ad mortem carnis eius excitauit: cùmque ei cohortem atque à Pontificibus & Pharisæis ministros tradidit, nimirum iste impius manus ad terram tetendit. Huius terræ iudices, Sacerdotes, & Principes, Pilatus atque illufores milites fuerunt. Iste itaque impius vultum iudicum eius operuit, quia corda persequentium, ne authorem suum cognoscerent, malitiæ nubilo velauit.] Obductos planè Christi comprehensoribus, Iudæque in primis oculos & vultus oportuit, qui coruscantem tot mira-

bilibus, & anterioribus, & inter ipsam quoque comprehensorem patris, pium Dominum, non sunt eo quo par erat honore profecuti, sed omni indignitatis ac probri genere onerauerunt. Rei gesta feriem, quantum ad Iudam attinet, consideremus; illud vt perspicuum ex Scripturis supponentes, Christum duce Iuda comprehensum à Iudæis non esse; die tertia, vt aliquos dixisse refert Iustinus, ^a ex rerum gestarum qualitate, (vt ait) argumentatos: sed quod idem rectè ait Iustinus, manifestè aduersantes Scripturis quas ibi proponit, & omnibus sunt obuia.

2. Accepta, de Christi sacra manu, intincti panis buccella, & interposito excedendi mandato, vel saltem facta abeundi potestate, Iudas exiuit continuò. Quæ causa fuit cur fructu medullatissimæ orationis, post eius exitum pro salute discipulorum à Christo fusæ, caruerit, vt philosophatur Iustinus ^b. Exiuit autem, ait S. Ambrosius, ^c quia diabolo admissio cum Christo hæerere non poterat, & tanta eum ex dæmonis infessione mobilitas & agitatio corripuit, vt non potuerit

a 99 65 ad
gentiles

b quæst.
23. ad or-
thod.
c l. 2. de
Cain &
Abel c. 4.

tuer
irre
egre
tana
sit se
eius
rum
enin
oper
anim
odor
ris in
quie
tion
nec e
dior
pit of
mort
dem
non e
stinus
idem
fcessu
[Non
& no
bras h
Nec c

tuerit non iactari, & consistere vno loco, irrequietus nequiuerit. Quam in rem egregiè S. Ambrosius ^a exponens de Sathana, montem missum in cor maris. [*Mi-
sit se hic mons, in cor Iudæ, & mentem
eius graui tempestate turbauit, diuersarum
exagitans fluctibus passionum. Sicut enim
terrarum fertilitati fœcunda bonis operibus
& deuotionis ac fidei fructibus anima
comparatur, vt odor Iacob, sicut odor agri
pleni: ita etiam procellosi maris inquietudine
figuratur anima eius qui quietus esse non
nouit, & amaris cogitationibus excitat
graues fluctus. Denique nec osculo suo
Dominus Iesus, Iudæ proditoris amaritudinem
temperauit. Suscepit osculum proditor,
infudit venenum, mortem irrogauit: cuius
aculeum quidem Christus obtudit, sed solus
proditor non euasit.*] Quod autem exitus ille
festinus proditoris, de nocte contigerit, idem
S. Ambrosius alibi, ^b refert ad abscissum
Iudæ è conspectu Solis iustitiæ. [*Non
solùm (inquit) exiuit, sed continuò & nocte
exiit. Nec mirum si noctis tenebras habebat,
qui Christum deserebat.*] Nec dissimiliter
S. Gregorius, qui ^c ad fi-

*a in psal.
45. c. 1. 2.*

*b lib. 2. de
Cain &
Abel cap.*

4

*c 2. moral.
c. 2.*

nalem Iudæ impœnitentiam, hoc exitus eius adiunctum; sic refert. [A qualitate temporis, finis exprimitur actionis. Sicut non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam, nocte Iudas exiisse perhibetur, cum egrediente illo ab Euangelista dicitur, *erat autem nox*. Hinc enim & in quo diuiti dicitur; *hac nocte repetent animam tuam à te*. Anima quippe quæ ad tenebras ducitur, non in die repeti, sed in nocte memoratur. Hinc est quòd Salomon qui sapientiam non perseueraturus accepit, in somnis hanc, & nocte accepisse describitur. Hinc est quòd Angeli ad Abraham meridie veniunt; punituri autem Sodomam, ad eam vespere venisse memorantur.] Sed hæc mystica sunt. Illud ad literã ab Euãgelista notatum censuerim, huius adiuncti expressione, adeò inferbuisse miseri proditoris æstuũ, & agitationem à Satana, vt ne in tempestæ quidem noctis inopportunitate, exire ad maleficium sit moratus.

3. Digressus è sacro cœtu proditor, interim dum Christus authore S. Fabiano, Papa^a suos docet mysteria Sacramenti Chrismatis, quod ex Apostolica

a epist. 2.
de episc.
Orient.

tra

traditione, Fabianus, factum à Christo post cœnam vltimam refert, impigrè ad exequendum quod pridem animo verfabat maleficium, accinxit sese. Confeſtim ergo in exitu Pontifices & Phariſæos adiuit, vt Ioannes ^a testatur. Nec deſunt apud Theophilactum, ^b qui referant, Iudam in cœna hauſto Chriſti ſanguine panis ſpeciem aſſeruafſe, & ad Pontifices detuliſſe in hoc exitu, expoſtulantem de Chriſti nugacitate & impoſturis, quibus id eſſe corpus ſuum commentus fuiſſet. Quæ quàm ſolidè ſtabiliri queant, non agnoſco. An & huic fabulæ fauet Baſſamon, ^c aiens Iudam reuelafſe Iudæis myſterium? A Pontificibus miniſtros, eorùmque interuentu, è militibus præſidiariis cohortem accepit: hoc eſt decimam pedestris legionis partem, quinquaginta manipulis, in quorum quolibet viginti quinque milites erant, constantem; ita vt ſumma vniuerſa pertingeret ad mille ducetos & quinquaginta milites. Quem ferè numerum expreſſit S. Chryſoſtomus, dicens adueniſſe ad Chriſti comprehenſionem, mille viros. Vt enim vniuerſa planè cohors

a c. 18.
b *Matth.*
26.

c ad 3 re-
ſponſum
Timothei
Alexan-
drini.

a. c. 22.!

conuenerit, nihil cogit asserere. Vel minore illum numerum, sub maiore complexus est Chrysoſtomus. Conuenit ergo cohors, & Iudæorum miniſtri. Nec ipſorum Principum & Phariſæorum plerique, quamuis nocte intempeſta, præſentiam ſuam deſiderari paſſi ſunt, vt intelligitur ex Chriſti ad eos verbis quæ refert Lucas ^a ſcribens directa à Chriſto ad eos qui venerant ad ſe, Principes Sacerdotum & Magiſtratus templi, & Seniores. Tanti enim momenti hoc negotium arbitrabantur, vt eorum plerique ad animandos milites, & proditoris audaciam cõfirmandam, & ſecuram transactionem totius maleficij, præſentiam ſuam negare noluerint. Nã omnes quidem nõ affuiſſe, conſtat de ipſo Pontifice, eiùſque ſocero: ad quos Chriſtus poſt comprehensionem ductus eſt. Ij tamen qui aberant, domesticos ſuos ſubmiſerunt, vt ex Malcho intelligitur.

Mirum verò eſſet tantam multitudinem, ad vnius hominis inermis & paucis item diſcipulis inermibus ſtipati, comprehensionem conueniſſe, niſi plebem timuiſſent, qui aduocandam tantam
mul

mu
Ori
fer
etia
con
eum
mul
titu
in e
ſus e
cred
eum
ſam
quor
bub
tur e
plini
dio v
quid
quan
de ſu
tenci
mana
huma
etiam
bæ q
fuſtib

multitudinem censuerunt. Quanquam Origenes ^a aliam præterea causam profert, sic scribens. [Quæret autem aliquis ^{a tract. 35. in Matth.} etiam causam, cur multa turba fuerit congregata cum gladiis & fustibus super eum. Erat autem secundum Ioannem, multa hæc turba, quoniam propter multitudinem eorum qui iam crediderant in eum ex populo, tanti venerunt aduersus eum, timentes ne multa multitudo credentium de manibus eorum raperet eum. Ego autem existimo alteram causam congregatæ multitudinis contra eum, quoniam qui putabant eum in Beelzebub eijcere solere dæmonia; arbitrabantur eum ex quibusdam maleficis discipulis, & magicis, posse effugere de medio volentium eum tenere. Et forsitan quidam eorum audierant, quomodo aliquando cum iam præcipitandus fuisset de supercilio montis, effugit manus iam tenentium se, non fuga simplici & humana, sed alia quadam extra naturam humanam. Propter hanc etenim causam etiam apud Marcum, Iudas dicebat turbæ quæ veniebat cum ipso cum gladiis & fustibus: *quemcumque osculatus fuero, ipse*

est tenete eum, & adducite diligenter: Malignè & cum significatione videtur dixisse; tamquam si dicat, nisi diligenter eum tenentes adduxeritis, cum voluerit effugiet vos. Illi autem audientes sicut existimationem Iudæ, quasi non paterna diuinitate adiutum hoc agere vel alia multa, omnia faciebant vt diligenter eum tenerent, & custodirent.] Sed nisi Christus, humani generis vniuersi salutem curans, potentiam suam ipse frenasset, frustra conuenisset in vnum multitudo illa, aut etiam numerosior.]

Magno autem eorum malo, cessit Christus in se furentibus. Planè enim versa tunc est Iudæis, Luna in sanguinem. Quod à Propheta prænunciatum, cum ægrè quoad literam euentu comprobaretur, mysticè sic aptat Rupertus, expendens illud Ioëlis, *Sol conuertetur in tenebras & Luna in sanguinem.* [Quid significabat obtenebrati Solis prodigium, nisi illam quæ tunc facta est, & ex tunc permanet cæcitatem Iudæorum? Nam quia solem Iustitiæ sibi met extinguebant, rectè in obtenebratione Solis huius prodigium suæ cæcitatæ aspiciebant. Porro

al. 4. de o-
per. Spirit.
sanct. c. 8.

Por
tion
Lun
inq
fcel
ratu
cun
to c
niffi
cun
Lun
dæ
Pas
suu
min
com
sum
infi
Cru
sup
suū
Chr
runt
sang
cha
rum
anim

Porro Lunæ globus in illa obtenebratione, quomodocumque se habuerit, Luna illis in sanguinem versa est. Luna inquam, id est Pascha suum, prodigioso scelere totum Christi sanguine cruentatum est. Faciebant enim Pascha secundum Lunæ cursum decimoquarto die ad vesperum, quando Luna plenissima est; comedebant agnum secundum legis mandatum. Idcirco per Lunam rectè intelligimus Pascha Iudæorum. Constat autem quia quando Pascha illud celebrabant, quâ vespera suum agnum comederant, eadem Dominum nostrum verum Dei Agnum comprehenderunt, & tota nocte derisum, manè tradiderunt Pilato, multum insistentes vt suspenderetur in ligno; *Crucifige, crucifige, clamantes, sanguis eius super nos & super filios nostros.* Igitur quia suum Pascha, suum plenilunium, sanguine Christi infelices homicidæ cruentaerunt, rectè dicimus, quia Luna eorum in sanguinem versa est. Extunc enim Pascha illorum, Sabbatha, & neomenias eorum, & omnes festiuitates eorum, odiuit anima Dei, dicens: *manus enim vestre plena.*

plena sanguine sunt.] Sed rei gestæ ferriem prosequamur.

5. Interea dum adornatur turbatū & cohortis profectio, in locum quem à Christo orationis gratia adeundum nouerat Iudas, Christus Dominus conscius omnium quæ ventura erant super eum, peracta post Iudæ exitum, in ipso recubitu, parte aliqua insignis sermonis quem Ioannes copiosè descripsit; & de dilectione, ac multis rebus spectantibus ad futurum Ecclesiæ & præsentem ipsorum statum, commonefactis Apostolis; eosdè que vt meditatur author sermonum de cœna Domini apud Bernardum, ^a complexu & osculo dignatus; hymno dicto exiit in montem Oliueti, de secutura ipsorum turbatione, & infirmamanda constantia, super viam miscens colloquia. Reliquum verò sermonis à Ioanne descripti, quod capite 14. 15. & 16. continetur, vnà cum oratione quæ cap. 17. refertur, habuit partim in via ad montem Oliueti, eamque tractus illius partem, in qua erat prædium nomine Gethsemani, ad illius montis radices situm, trans torrentem Cedron, vt Hieronymus

a serm. 20.

nym
dio
cæto
tat,
dij p
ac in
quo
cum
caui
tion
cte d
re, v
ades
bend
tes, b
ficij
discr
tand
fom
inter
man
ditor
6.
hora
dian
quæ
subd

Hieronymus

nymus^a obseruauit: partim in ipso prædio, ubi relictis in anteriori eius parte cæteris, tribus dumtaxat (vt Marcus notat,) secum assumptis, in vltiorem prædij partem seu hortum, oraturus secessit: ac inter eundem, ingentem mœrorem quo ex carnis infirmitate premi voluit, cum tribus intimis discipulis communicauit, & ab iis nonnihil abiunctus, orationi se dedit: mœxque profunda iam nocte dormitabundos, & partim ex mœrore, vt Lucas testatur, partim etiam quòd adesset somni tempus, vt Chrysostomus^b benè aduertit, somnum ægrè excutientes, bis intercisa oratione reuifens, vt officij & interponendæ ad Deum in eo discrimine precationis commoneret; tandem iussos ad tempus quiescere & somnum capere, ipse interim orationi intentus, appropinquante hora qua in manus peccatorum indice discipulo proditore tradendus erat, expergefecit.

*a l de locis
Hebr.*

*b hom. 84,
in Matth.*

6. Nox erat adulta, & alta; nimirum hora circiter aut sexquihora ante mediam noctem. Id quod pensatis omnibus quæ à Christo facta sunt, non difficile subducitur. Nam Christus sub noctem, qua

qua hora comedendum erat Pascha, hoc est in crepusculo vespertino, quod est inter noctem & Solis occasum, discubuit, & peracta cœna legali, qua festinanter licet facta ex lege, tamen aliquod tempus exigebat, pedes discipulorum lauit; cœnamque vsualem adorsus est super quam instituit Eucharistiam, & discipulos instituit Sacerdotes; tum contestatione interposita, & generatim pronuntiato proditore, cœnam prorogauit aliquandiu, & panem intinctum porrigens, Iudam abegit. Mandatis deinde in illo sermone *mirabiliter stupendo, maximeque diuturno*, vt Augustinus loquitur^a ad vndecim residuos datis, ac hymno dicto, quæ omnia ternas circiter horas tenuerunt, perrexit in montem Oliueti & villam Gethsemani. Ibi prolixius orauit teste Luca. Orationem enim tertio repetiit, & nonnullum somni tempus discipulis indulgit. In quibus omnibus insumptum esse tempus quod signaui, vix dubitare licet. Imò S. Chrysostomus,^b ait, cum Christus Petri Thraasonismos contunderet, in via ad montem Oliuarum, non longè abfuisse mediam noctem: ad-

dens

a l. 4. de
consensu
Euang. c.
10.

b hom. 72.
in Ionn.

dens
quæ
hora
medi
Ced
iuisse
aded
qui e
fet, c
uenit
quale
quo C
diam

Sic
tione
indul
decu
bis,
inter
front
Perp
ducen
SYM
qui v
tis vn
tibus
ternã

dens quòd *secunda iam vigilia agebatur*,
 quæ secundum ternarum nocturnarum
 horarum complectebatur. Infra verò,^a *hom. 81.*
 media nocte Christum trans torrentem
 Cedron in prædium prædictum iter in-
 iuisse, affirmat. Quod de media nocte nõ
 adeò semota, est accipiendum. Cætero-
 qui enim cùm nondum Gallus cantaf-
 set, cùm Christus in domum Annæ per-
 uenit, perspicuum est tempus aliquod,
 quale descripsi, superfuisse à tempore
 quo Christus comprehensus est, ad me-
 diam vsque noctem.

Sic igitur procedente nocte, post ora-
 tionem tertio iteratam, & excitatos ab
 indulta quiete discipulos, qua Christum
 decuit generositate, aduentantibus tur-
 bis, obuiam aliquanto spatio processit
 interritus. Ductabat agmina Iudas, in
 fronte turmæ militum ac ministrorum.
 Perspicuè enim S. Petrus^b vocat Iudam, *b. Act. 1.*
ducem eorum qui comprehenderunt IESUM.
 Et Lucas^c disertè ait, *Ecce turba, &* *b. c. 22,*
qui vocabatur Iudas, antecedebat eos. Mul-
 tis vndique laternis & facibus collucen-
 tibus vincebatur noctis caligo. Iudæ la-
 ternâ, altitudine sesquipalmari, ex chry-
 stallinis

stallinis globulis circiter vicenis distinctam, proferūt Cimeliarchæ Regiæ Abbatix S. Dionysij, non procul Lutetia. Figmenti tamen plusquàm suspicionem (vt cætera premam) faciunt orbiculi chrySTALLINI, quos abhorret à vero, hominis ea sorte, laternam exornasse. Vbi primum in proximo Christus fuit, maturato gressu Iudas plurimam salutem perfidè & in corde ac corde dicens, de more discipulorum Christi in nouo aduentu ex via, osculum Magistro figit, vti condixerat, ne milites quorum plerisque quippe externis hominibus Christus de facie ignotus erat, iuuante errore noctis caligine, in alium aliquem impetum facerent, & ei de quo pactus erat, elabendi potestas fieret. Sic nox noctis indicauit sciētiam, iuxta Hieronymum.^a Sic enim glossat illud. Nox nocti. Nox Iudas, nocti Iudæis, *indicat scientiam*, id est, quando dixit; *quem osculatus fuero ipse est, tenete eum.*]

^a in psal.
12.

7. Non pauci, Iudam veritum referunt militum errorem, ex similitudine Iacobi minoris, quem ea ex causa fratrem Domini dictum aiunt, quòd facie Christum

Ch
te
ran
ret
qua
ipsu
dig
eo,
eo
qua
tem
cora
& r
fed
dum
ipse
secu
quan
cœle
& a
quan
ad qu
mih
hæc.
ceno
chry
Chri
To

Christū referret. S. Hieronymus ^a & ante eum Origenes, ^b affirmant, eam tesseram à Iuda datam militibus, quod vereretur ne Christus transfiguratione aliqua illis imponeret qui comprehensuri ipsum erant. Locus Origenis est notatu dignus. [Venit traditio talis (inquit) de eo, quoniam non solum duæ formæ in eo fuerunt; (vna quidem secundum quam eum omnes videbant, altera autem secundum quam transfiguratus est coram discipulis suis in monte, quando & resplenduit facies eius tanquam Sol.) sed etiam unicuique apparebat secundum quod fuerat dignus; & cum fuisset ipse, quasi non ipse omnibus videbatur secundum quod de manna est scriptum, quando Deus filiis Israël panem misit de caelo omnem delectationem habentem, & ad omnem gustum conuenientem, quando desiderio offerentis obsequens, ad quod quis voluerat, vertebatur. Et nõ mihi videtur incredibilis esse traditio hæc.] Confirmari potest, ex panno Duaceno, de quo Cantipratanus: ^c Et ex ^d vbi ^e chrystallo Lusitana, de qua Castro, ^d vbi ^e Christus eodem tempore, pro varia con-

^a in c. 26.
^b Matth.
^c tract. 36.
^d in Matth.

^c l. 2. c. 4.
^d n. 2.
^e d l 3. de
^f vnic. c. 3.

tuentium dispositione, varius apparet. Quamquam ego quidem non video, quis eo metu posito, tessaræ assignatæ vsus foret. Æquè enim vereri potuisset Iudas, sibi imponendum per Christi transfigurationem. Itaque quam proposui signi dati causam, existimo probabiliorem. Habet hîc locum egregiè Sedulij ad Iudam conclamatio,^a

a l. 5. carm.
paschali.

Tune cruenta, ferox, audax, insane, rebellis,

Perfide, crudelis, fallax, venalis, inique,

Traditor immitis, ferè proditor, impie latro,

Præuius horribiles comitaris signifer enses!

Sacrilegâmq; aciem gladiis sudibûsque minacem

Commoueas, ori ora premis, mellique venenum

Inseris, & blanda Dominum, sub imagine prodis?

Quid socium simulas, & amica, fraude salutas?

Numquam terribiles aut pax coniurat in enses,

Aut truculenta pio lupus oscula porrigis agno.

Figit

8. Figit ergo osculum Iudas, Magistrum perfidissimè prodens. [Proh dolor (exclamat Chryostomus) ^a quantam a hom. 84. in Matth. animi prauitatem suscepit? Quibus oculis tunc magistrum aspexit? Quo porro osculatus ore est? O sceleratissimam mentem! quid cogitauit? Quid ausa est? Quod signum proditionis dedit?] S. verò Ambrosius, ^b detortam ad tantum scelus b l. 6. ex. 4. em. c. 9. rem sanctissimam, & amoris significatio-
 ni, transfundendisque errantibus anima-
 bus adhiberi solitam, nempe osculi im-
 pressionem expostulat. [Quid (inquit) lo-
 quar de osculo oris, quod pietatis & cha-
 ritatis est pignus? Osculantur se & Co-
 lumbæ: Sed quid ad humani osculi ve-
 nustatem, quo amicitiae insigne huma-
 nitatisque præfulget; in quo plenæ cha-
 ritatis fidelis exprimitur effectus? Vnde
 & Dominus velut prodigij genus in pro-
 ditore condemnans ait: *Iuda, osculo filium
 hominis tradis?* Hoc est, charitatis in-
 signe conuertis ad signum proditionis,
 & infidelitatis indicium? Pacis hoc pi-
 gnore, vteris ad officium crudelitatis?
 Bestiali igitur oris obsequio, inferentem
 potius necem, quam charitatis fœdera

a l. 3. de
Spiritu
sancto c.
18.

deferentem, diuinæ arguit vocis oraculo.] Nec dissimiliter alibi^a [Et Iudas accepit osculum, sed audiuit; *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Hoc est, amoris pignore scelus implet, & pacis instrumento odia seris, & charitatis officio mortem irrogas.]

9. Execrata tantoperè est osculi huius atrocitatem prisca Ecclesia, ut cum fideles præstituto sacrificij tempore, & alibi quoque, salutare inuicem in osculo sancto consueuissent; per illud tamen tempus, quo Domini passio reolebatur, (*Pascha appellat Tertullianus*)^b osculo abstinerent, execrati feralitatem osculi Iudæ; quod notauit Berno Angrensis.^c Notauit item Hugo Victorinus.^d Quod autem recentior quidam^e nauus Ecclesiasticæ antiquitatis scrutator, negat id peculiare tempori illi fuisse, & commune statuit omnibus diebus integri ieiunij; quod eo sicut sacrificium ac communio, ita & osculum cessaret; non consentit cum vsu Christianorum priscorum, quem idem author initio capituli memorauerat; nempe oscula imprimendi extra sacrificium ac templum, domi
intra

b l. de oratione c. 14.

c l. de reb. ad missam spectantib. c. 7.

d l. 3. de off. c. 18.

e *Albasp. l. 1. obseruat. 17.*

intra priuatos parietes, ac in vicis absque
vlla ad sacrum aut communionem rela-
tione. Confirmatio item quam subdit ex
S. Chrysofomo, ^a quod scilicet osculum
esset instar symboli ac pignoris receptæ
Eucharistiæ; non probat quo die com-
munionem abstinebatur; symbolum quo-
que communionis fuisse intermissum.
Quia enim communitio omittēbatur, par
fuit eius saltem symbolum retineri; vt
quoad eulogias, quæ erant Eucharistiæ
symbola, seruatum Dominicis diebus
constat. Quare ratio intermissi osculi ab
hoc recentiore prolata, solidius firma-
mentum desiderat. Nec improbanda vi-
detur ratio illa quam tractatores Eccle-
siasticorum rituum proferunt: desitum
scilicet ab osculo quo tempore Domini
passio recolitur, in detestationem scele-
ris Iudæ, & impurissimi ac teterrimi ba-
sij, quod Magistro figere trux bestia non
exhorruit. Potuitque ab eo ieiunio, cele-
berrimo atque sanctissimo, vsus idem
diffundi ad alia ieiunia minus celebra,
in quibus osculi impressione abstinue-
rint.

Osculum impurissimis labiis pressum,

a h. m. de
prodit. iu-
da.

a epist. 75.
inicio.

Christus perfectæ nobis humilitatis exemplar in se tribuens, ait D. Hieronymus^a qua erat vel in deterrimos facilitate, non est auersatus: sed blanda primùm compellatione ad quid venisset, perinde ac si proximè astantes turmas, & multitudinem facum ac laternarum per eam caliginem collucentium, non conspicaretur, effrontissimè atque impudentissimè immurmuranti, ac mussanti veriùs quàm respondenti; illud tantùm, lenissimè reponit Christus. *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Simul facti atrocitatem, & modum teterrimum obiiciens; vt esset misero tantæ nequitix quantam admittēbat commemoratio, inuentium capessendæ salutis, ac concipiendæ de tanta sceleris atrocitate pœnitentiæ, & quod Cyrillus Hierosolym.^b pulchrè notat, confitendi delictum. [Fermè enim hoc ad ipsum dixit, admonens eum per ipsius appellationem. Iudas enim interpretatur confessio. Intellige, accepisti argentum, confitere citò.] Cæterorum verborum hanc ecphrasim habet Beda.^c [*Filium hominis tradis*, quia caro nõ diuinitas comprehenditur. Illud tamen plus confutat
ingra

b catech.
13.

c l. 6. in
Luc.

ingratum, quòd eum tradiderit, qui cum esset Dei Filius, propter nos tamen Filius hominis esse voluit. Et quasi dicat, propter te suscepi ingratis quod tradis. Interrogatiuè sanè pronuncian- dum puto, quasi amantis affectu corripiat proditorem. *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Hoc est, amoris pignore vulnus infligis, & charitatis officio sanguinem fundis, & pacis instrumento mortem irrogas, seruus Dominum, discipulus proditoris Magistrum, electus auctorem: ¶

10. His Christus prolatis, confestim relicto, aut vt Laurentius Iustinianus^a meditatur, parumper secedente proditore, qui gressum ante pone sequentes turmas non nihil accelerauerat ad Christi conspectum, procedens tantisper Christus, turmis fit obuiam, & Imperterritus accurrit. Qui enim cum ad regnum quæreretur, aufugit; quæsitus ad crucem ultro se obtulit, vt piè obseruat Petrus Damianus,^b & S. Bernardus.^c Imò tanquam potestatem habens, quem quærant interrogat. Non quod eis inuisibilem sese præstitisset, ideòque irritò facto signo per Iudam dato, ea interrogatione opus

*a de triū-
ph. Christi
agone c. 7.*

*b serm. de
S. Eleuca-
dio sub fe-
nem.*

*c serm. 4.
de aduētū.*

esset, vt agnoscerent quem captabant: sed vt alacritatem animi ad patiendum proderet, & potentia suæ luculentum specimen ederet. Nam respondentibus quærere se Iesum Nazarenum, cum reposuisset ipsum esse qui loquebatur, ad binas illas trilateras voces: *Ego sum*, vniuersa cohors atque ministri, & cum eis etiam Iudas, vt disertè notat S. Chrylостomus,^a resupinati in terram corruerunt, cum insigni consternatione: Vt rursus semel ac iterum eadem Domini interrogatio adhibenda fuerit, cui subiuncta eadem ipsorum responsione, denuoque bina illa Domini voce repetita, par omnium prostratio consecuta est. S. Hieronymus^b prostrationis causam refert in emicās ex Christi oculis quiddam sydereum. Vnde etiam extitisse censet, subitum illum Apostolorum ad primam vocantis Christi vocem, despectum rerum omnium, & Christi confectionem. Quanquam autem effluxum illum celestium veluti radiorum, in certis quibusdam euentibus ex Christi facie, non repudio; potueritque planè accidere in hoc euentu, vt in tanta quantam consequi

^a hom. 92.
in Ioan.

^b epist. ad
Principiam.

qui
tent
me
soph
fario
plici
testa
timè
iuer
hort
nunc
pum
nime
cens
cem
per
bat
mēbr
nis &
teneb
Quid
hoc
morit
que S
I I
posse
agnur

qui oportebat, infirmitate Christi, potentia eius ac virtus intermicarent: Tamen certius videmur ac solidius philosophaturi, si prostrationem illam aduersariorum ad vocem Christi, factam simpliciter à Christo dicamus, insigni contestatione potentiae suae, quod S. Leo optimè expendit ^a vt inferius referam. Præiueratque S. Augustinus, ^b qui relato cohortis casu retrorsum, exclamat. [Vbi nunc militum cohors, & ministri Principum & Phariseorum? vbi terror & munimen armorum? nempe vna vox, dicens: *Ego sum*, tantam turbam odiis ferocem armisque terribilem sine telo vlllo percussit, repulit, strauit. Deus enim latebat in carne & sempiternus dies ita mēbris occultabatur humanis, vt lateris & facibus quæreretur occidendus à tenebris, *Ego sum*, dicit, & impios deiecit. Quid iudicaturus faciet, si iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit qui moriturus hoc potuit?] Expressit vtrumque S. Gregorius. ^c

^a *serm. 1. de pass.*
^b *tract. 112. in 10. an.*

^c *17. m. c. ult.*

11. Tandem cedente Christo vt possent, facta est rabiosorum luporum in agnum innocentissimum irruptio, &

a apolog. 2.

comprehensus est Christus. [Dixit Christus (ait Cantacusenus^a) *Ego sum*. Hoc dicto, omnes prostrati sunt in terram. Num igitur qui tot ac tanta fecerat miracula, qui vna voce prostravit quærentes se, non potuit nunc efficere ne illum comprehenderent? Haud dubiè. Igiur sua sponte illis traditus est. *Tunc dixit illis Iesus: si igitur me queritis, finite hos abire*. Et dimissis discipulis ipsis, comprehenderunt Christum. Vidésne quomodo ante quidem vnico verbo prostrati ceciderint: deinde verò cum diceret illis, finite hos abire si me quæritis, solus propria sua voluntate consentiente, his traditus sit? Demonstravit itaque in se, & potentiam suam & voluntatem. Quapropter & David dixit, *traditus sum, & non declinaui*. Si enim Christus cum eua- dere posset, traditus est volens seipsum tradidit.] Erat autem, vt præmisimus, Christus in horto.

Sic in horto comprehendi oportebat secundum Adamum, vt vbi primus fuerat deceptus, secundus nouam fraudem subiens, deceptorem primum profligaret. Audi Anastasium Sinaïtam.^b [Ab esu
Ada

b l. 7. in
exim.

Adam
Christi
cœnæ
Per E
etiam
siam. E
fugit, l
conde
stus co
monte
horto
Iudæis
dante,
in hor
brôque
gnum
cratio a
propter
dicenti
est mort
mortuu
mortem
proditu
ligno cr
proditu
in hortu
tanquan

Adami passus est mortem. Quamobrem
Christus quoque, cum surrexisset ab esu
cœnæ, venit ad passionem & mortem.
Per Euam passus est Adam; similiter
etiam Christus passus est propter Ecce-
siam. Et vt paucis dicam, comedit Adam
fugit, latuit, in horto; quæsitus, inuentus,
condemnatus fuit: similiter etiam Chri-
stus comedit cœnam, voluntariè fugit in
montem Oliuarum oraturus, latuit in
horto torrentis Cedron, quæsitus est à
Iudæis & inuentus est à Iuda, signum
dante, osculum; eiectus est illinc, vinctus
in horto sicut Adam ex paradiso, pro-
bróque & ignominia est affectus, li-
gnum portans humeris, & factus exe-
cratio ac maledictum, condemnatus est
propter eum qui fuerat condemnatus,
dicentibus iis qui conuenerant, *dignus
est morte*. Et egressus extra Hierusalem,
mortuus est propter protoplastum, qui
mortem subierat. Ex horto egressus, est
proditus. Et in hortum est ingressus, & in
ligno crucifixus, propter hominem qui
proditus fuerat in horto & ingressus erat
in hortum mūdi, vt vesceretur omnibus
tanquam oleribus fœni. Fuit enim instar
bestiæ

bestiæ, & expers rationis post peccatum. Vnde hortus fuit in Caluaria vbi Adam iacebat mortuus. Illuc cū venisset Christus pendens in ligno, latroni aperuit paradysum. Noctu Christus comedit Pascha ante passionem; quoniam sic & noctu comedit Adam, & est prodirus priusquam aperti essent eius oculi.] Et infra. [Diligenter reputantes quæ in hoc die facta sunt in paradiso tempore primi Adami; & quæ facta sunt in illo sexto die, in passione secūdi Adami, inuenient sigillatim & citra defectum, omnia simili modo esse in vtrisque; Adam primum & Adam secundum, hortum paradisi, & hortum in quo versatus est Christus. Illic inobedientiam, & hîc auris amputationem; illam quidem per Protoplastum, hanc autem per eum qui tenet primam sedem. Ligna quæ sunt in paradiso, & ligna quæ in Golgotha seu Caluaria, esum in paradiso & esū in cœna mystica. Adami soporē adducentē in extasim & mētis excessum, Christi soporē in cruce: latus nudatū ad vulnerationē, nudationē post esum Adami, & nudationem post cœnā Christi, vestes enim exuit. Prodi-

tionem
per filio
in qua
& vest
Caluar
spinas
Christi
tristitia
vsque a
tum cu
mos au
obstruc
phæam
hæc fo
similitu
tem, h
hinc A
tem h
Deum
sed Cr
& hic i
quiete
ctum.]

quantu
proxim
standa

tionem per serpentem; & proditionem per filium viperæ discipulum. Vesperam in qua se abscondunt à Deo Protoplastis; & vesperam in qua Deus Adami caput Caluariæ subiectum execratur, vt ferat spinas cum tribulis & spinas in capite Christi. Tristitiam in pariendis filiis; & tristitiam conturbantem Christi animam vsque ad mortem. Sudorem pani immixtum cum labore, sudorem tanquam grumos aut guttas sanguinis. Romphæam obstruentem ingressum edem; & romphæam aperientem latus Christi. Nec hæc solum, sed etiam duorum quasdam similitudines: Illic diabolus & serpentem, hîc Pilatum & Caïpham, hinc & hinc Adamum & Euam: & blasphemantem hinc Latronem: & illinc alium Deum laudantem, & medium lignum, sed Crucis. Et indumentum illic ex ficu, & hic indumentum ex linteo. Et tunc quietem, & Sabbatismum hîc perfectum.]

12. Sed in rei gestæ narratione quantum ad hoc institutum pertinet proximè proposita, duo breuiter regu-standa sunt circa Iudam, & duo item circa

circa Christū. In Iuda, immanis quædam
 & insana iniquitatis atrocitas, ex duplici
 capite pensanda est: nēpe & ex eo quòd
 non contentus Magistrum optimum ho-
 stibus dedere, factus est dux eorum qui
 comprehenderunt IESVM: ac etiam ex
 eo quòd modus prodendi fuit insigniter
 nefarius ac detestandus. Ducatus ille
 longè alius est ab eo quem Christus Iu-
 dæ contulerat. *Ducem enim suum*, vocat
 per Psaltem, quia vt cum Hilario supra
 diximus, & Christo aduenturo præuius,
 & verbi prædicatione ac Apostolatus
 munere dux hominibus fiebat in via pa-
 cis. Quàm diuersum est, Latronum du-
 cem ad grassationem omnium nequissi-
 mam, ad agni innocentissimi per trucu-
 lentos lupos lacerationem fieri? Isidorus
 Pelusiota^a hinc petit iracundiæ excan-
 tationem. [Quid (inquit) de impio illo ac
 nefario Iuda dixeris, qui in sacrosan-
 ctum illum chorum, & in Regis colle-
 gium aggregatus fuerat, atque aduersus
 dæmones, & morbos, & mortem, pote-
 statem acceperat, & ex obscuro atque
 ignobili tam clarus & illustris extiterat?
 An non eum, qui tot bonorum ipsi cau-
 sam

a l. 3. epist.
 44.

fam p
 la bel
 qui ne
 dunt
 fatura
 tum fe
 nis ex
 aduers
 Episco
 his (v
 ignem

Res
 sus hoc
 mat Cl
 ba reci
 talibus
 ditio,
 [Imme
 neuele
 ris, in
 delis, in
 erga se,
 dum p
 non eru
 per se p
 Iustitia
 subdat.

fam præbuerat, prodidit? Effera enim illa bellua (sic enim eos appellare fas est, qui ne beneficiis quidem meliores redduntur,) Saluatoris lenitate ac patientia saturata, aduersus eum petulanter impetum fecit.] Hoc ille Christi mansuetudinis exemplo hortatur Serapionem, vt aduersus Eusebij cuiusdam, personati Episcopi insultus patientiam retineat, & his (vt ait) incantationibus, iracundiæ ignem leniat.

Res est horroris plenissima. [Quis sensus hoc sine horrore consideret? (exclamat Chrysofostomus)^a quæ aures hæc verba recipiant? quæ non præcordia dictis talibus contremiscant? Ipsa per se proditio, horrendum Iudæ facinus fuit. [Immemor namque beneficiorum, beneuolentiæ ingratus, ignarus scele- ris, insensibilis de se, de suppliciis infidelis, inhumanus in Magistrum, impius erga se, auarus de pecunia, tam horrendum proditionis facinus committere non erubuit.] Dedi colores quibus ipsam per se proditionem depinxit Laurentius Iustinianus^b qui ad eam ita cohortet vt subdat. [Cuius non horrescant nunc vis-
cera

^a homil. i.
de Iuda.

^b de triū-
ph. Christi
agone. c. 7.

cera in tam obdurata mente discipuli? Dic, ô vniuersis crudelior, quid iniuriæ, quid damni, quæve inimicitiarum præcesserit causâ, vt tantum facinus perpetreres? Magistrum ne tuum, in scelere aliquoprehendisti? An fortè tibi quicumquam defuit, vt egestate compulsus Maiestatem Dominum pretio venundares? Dic(oro)dic quæ tanti causâ delicti? Cur taces? Quare concidit vultus tuus? Quare vel post perpetratam culpam, reatum nõ confiteris tuum?] Est igitur ex his perse perspicuum, ipsam nudam proditorem, crimen fuisse immanissimum, & horrendissimum.

13. At cum additur ducatus proditorum, insana quædam nequitia exaggeratio, cum incredibili & planè horrenda impudentiæ accessione adiungitur; ostenditurque, cum iuxta S. Leonem^a priuilegio perfidiæ obtinuisse in facinore principatum.] Poterat enim Iudas, Magistrum prodere indicato loco, aut etiam persona: sed ita vt cum ad Christi conspectum veniretur, abderet sese, & Magistri quâ innocentiam, quâ anteriora erga se merita reueritus, hac eum pla-

a serm. 5.
de pass

ga

ga no
cis, p
con
astan
comp
fuit ta
Magi
mane
ret, c
cipis
tis, i
compr
gnific
hensio
obuias
das qu
quam
loci q
rat, &
memo
tus, ill
stus ast
pacta f
[magn
cogitar
tus atq
bat] &
Tom

ga non fauciaret; quod vnum è domesti-
cis, proditionis suę ac exitij administrum
contueretur: Condiscipulorum quoque
astantium vultus & ora erubescens, non
compareret. Sed ori infrunito non satis
fuit tanto se scelere impiare, quantum in
Magistri proditione admittebat; nisi im-
manem illam malitię atrocitatem adde-
ret, quam verba illa Apostolorum Prin-
cipis de Iudę misera prolapsione agen-
tis, insinuant. *Factus est dux eorum qui
comprehenderunt IESVM.* Nec aliud si-
gnificant illa Ioannis, ^a Christi compre- ac. 18.
hensionem & militares copias Christo
obuias describentis. *Stabat autem & Iu-
das qui tradebat eum, cum ipsis.* Stabat in-
quam in prima acie, nec suffundebatur
loci quem toties cum Magistro adiuue-
rat, & dulcium Magistri sermonum com-
memoratione: sed in maleficium inten-
tus, illud dumtaxat spectabat, ne Chri-
stus astu aliquo, aut casu dilaberetur, &
pacta sibi merces efflueret. Sed nimirum
[magnitudine ac impietate facinoris ex-
cogitati, (ait S. Cyrillus) ^b quasi temulen- b in Ioan-
nem l. i.
c. 32.
tus atque insanus, quò rueret non sentie-
bat] &c. Casum autem eius recte quis-

piam mirabitur, & perpetuo lachrymarum fonte dignum putabit. Nam qui modo in eadem mensa cum Christo cœnabat; qui sanctum eius panem cum aliis comedebat; qui ad pietatem exhortantem Christum audiebat; qui denique illud percepit, *vnus vestrum me tradet*: ipsa mensa exiliens, cursu ad mercedem abiit Iudæorum, non pietatis verborum recordatus, totius spei futuræ oblitus, nullam datæ à Christo Apostolis dignitatis curam gerens: ac (vt vno verbo dicam) omnibus bonis tam paruum & vile præponens argentum, rete ac laqueus diabolicus Christo, & Iudæorum impietatis eximius Princeps, factus est. | Hoc est primum quod circa Iudã, in Christi cõprehensione, regustandũ proponebam.

Iam modus prodendi, & tanti sceleris ad exitum perducendi, horrendam ipse quoque malitiæ atrocitatem exhibet. Satiuratione enim data verbis mellitis, & Magistri appellatione præmissa, appresso osculo prodicionis tessera, proditus est Dominus. Quod suis momētis æstimans Laurēt. Iustinianus^a exclamat [Quid peruersius, quid scelestius agi potuit, quàm

^a de triū-
ph. Christi
agonæ. 7.

autho

autho
dare ?
tradel
mulat
Non
auditi
horro
verba
talibus
cēs: qu
O sign
farius!
culo in
cium,
per qu
nire; p
voluit i
dicens:
eum. I
pactum
cum qu
ad crud
14.
lonis Iu
ctans ill
ita phil
ex osculo

authorem pacis sub pacis osculo venundare? Inimicus pacis, pacem simulando tradebat. Accessit utique ad IESUM & simulatione dolosa inquit, Aue Rabbi.] Non dissimiliter Chrysostomus. ^a Quid auditis fratres? Quis sensus hoc sine sui horrore consideret? & quæ aures hæc verba recipiant? quæ non præcordia dictis talibus contremiscant? dedit eis signum, dicens: *quæ osculatus fuero, ipse est tenete eum.* O signum sacrilegum: ô conuentus nefarius! ô placitum puniendum, ubi ab osculo incipitur bellum & per pacis indicium, pacis rumpitur Sacramentum: & per quod consueuerunt gentes bella finire; per hoc prophanus Iudas, bellum voluit inchoare. *Dedit eis: inquit, signum dicens: quem osculatus fuero, ipse est tenete eum.* Hoc signum Iuda tu dedisti, hoc pactum in tuo maugonio posuisti, ut cum quo faceres pacem ipse raperetur ad crudelissimam passionem.]

14. Liquet veram omnino esse Philonis Iudæi affirmationem, ^a cum tractans illud, *Filius Masæe vernacula mea,* ita philosophatur [Masæe interpretatur *ex osculo.* Differt autem ab amore oscu-

a hom. i. de Iuda.

a l. quis verum diuinarum habes.

lum. Nam ille est animarum coniunctarum per mutuam beneuolentiam: Hoc autem nudam salutationem habet, superficie tenus, in occurfu fortuito. Sicut enim in *ω α κ ω π τ ε ν* non est *κ ω π τ ε ν*, in *ε γ τ α π ν ε ν π ν ε ν*, in *μ ο σ ι π ω ρ ι π π ο ς*: sic nec in *ε γ τ α φ ι λ ε ν φ ι λ ε ν*, id est, amor in osculo, nam multi, etiam inimicis, coacti aliqua necessitate hanc officij speciem exhibent. Addendum etiam fuit, non deesse qui fraudulenter oscula figant vt Ioab & Iudas, quod acerbiter & atrociter iniuriæ auget quàm plurimum, multoque euidentius prodit, osculum non esse plerunque, nisi officij laruam, & vanam speciem ratione simulationis interuenientis, acrius pungentem.

Ipsè Christus venenatum osculum admittens, satis significauit, nihil sibi tertio eo in facto accidisse, quàm quod per impiam simulationem interposito osculo proderetur, quod illa verba planè ferunt; *Iuda! osculo Filium hominis tradis?* In quæ verba insignis est hæc S. Ambrosij glossa.^a [Illud plus confutat ingratum, quod eum tradiderit, qui cum esset Dei Filius, propter nos tamen Filius hominis esse

^a l. 10. in
Lucam.

esse
cepi
go p
puto
dior
tradis
inflig
fundi
rogas
dis M
est illu
taria
propè
perius
dæ, an
fertim
August
bus de
rem al
dæ osc
tradis?
lo quo
lo, qu
quo am
des san
dis per
merciu

esse voluisset. Quasi dicat, propter te suscepi ingratis quod tradis in hypocrisis. Ergo per interrogationem pronūciandum puto, quasi amantis affectu corripiat proditorem: Iuda osculo Filium hominis tradis? hoc est, amoris pignore vulnus infligis? & charitatis officio sanguinem fundis? & pacis instrumento mortem irrogas? Seruus Dominum, discipulus prodis Magistrum, electus auctorem? hoc est illud: *utilia vulnera amici quàm voluntaria oscula inimici*. Proditori hoc.] Hæc propè verbatim, ex Beda^a adducere superius memini. Solemne namque est Bedæ, anteriores Patres, Ambrosium præsertim ac Hieronymum, sed maximè Augustinum, tacitis plerumque nominibus deflorare. Præclare item in eandem rem alio loco idemmet Ambrosius.^b [Iuda osculanti ait, *Iuda osculo, Filiū hominis tradis?* Hoc est, venenum infundis osculo quo gratia charitatis infunditur: Osculo, quod sacre pacis insigne est, osculo quo amicitia fida firmatur, osculo quo fides sancta signatur? Hoc ergo osculo tradis periculo, quem propter osculi commercium venerari deberes? Et tradis Fi-

^a lib. 6. in
Lucam.

^b in psal.
9.

lium hominis, homo, qui propter hominum salutem descendit de cœlo. Sic enim scriptum est: *Filius hominis qui est in cœlo, ipse est qui descendit de cœlo.* Filium hominis tradis, qui te ex peccatore Apostolum fecit? Filium hominis tradis, qui venit ut in sanguine suo omnium peccata dilueret? Ego osculum non nego: Ipse videris qui violaueris osculi sanctitatem. An nō legisti, quòd *utiliora sunt vulnera amici, quàm volūtaria oscula inimici?* Nec immeritò grauiore telo tantæ dignationis percussus est Iudas, quàm si eum fulmine perculisset.] Telū fuit Iudæ hæc Christi increpatio, sed telum molle & amicum, eidem salubriter transigendo accommodatissimum. At Iudæ osculum, sagitta fuit lethifera, & telum toxico illitum. Sæuius omnibus telis osculum vocat S. Leo.^a Nec dissimiliter Rufinus in symboli expositione, ^b hæc mellita verba, hoc Iudæ osculum, ait fuisse iacula quæ Christi cor cōfixerint, iuxta illam Psaltis prænunciationem, *molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* Quæ verba de infixo prodicionis iaculo, per molle osculi blandimentum, interpretatur.

^a *serm. 1.
de pass
v circa 4.
articulum.*

Hæc

15. Hæc fuit propriè leuatio calcanei de qua Christus exoptulat Psalm. 40. vbi ita Ambrosius [Leuauit ergo & Iudas super Christum calcaneum suum, cum proderet eum, sed non leuauit impune. Adhuc Adam calcaneum leuat, quod à serpente est vulneratum. Et utique ei pedes lauerat Christus. Audierat dicentem, *qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus.* Sed quod lauit gratia, inquinauerat perfidia. Iudas ergo calcaneum leuauit ad vulnus. Verè non tenuit caput, qui calcaneum super Christum leuauit. Adam super se leuauit; hic super Christum: & ideò eum serpens grauiùs quàm cæteros vulnerauit. Leuauit calcaneum suum, qui fraudulentum osculum porrigebat, quo supplantaret auctorem. Ideòque scriptum est in Propheta: *Ampliauit super me supplantationem.* Esau quoque ait de fratre suo: *bis me iam supplantauit.* Qui supplantat dolum facit quo aduersarium elidit aut vulnerat. Ideò & Iudas supplantasse dicitur, quia osculo suo vulnus infixit quo inuadendi Saluatoris signum persecutoribus demon-

stravit. Supplantavit ergo quasi serpens, quia serpens ore venenum infundit, & vulnerat dente calcaneum. Et hic enim non diuinitatem Christi, sed corporis extremum calcaneum vulneravit. Leuauit etiam Iudas calcaneum, quasi luctator insolens & superbus quo caput percuteret Saluatoris. Sed caput Christi ferire non potuit, quia caput Christi Deus. Suum sanè caput informis laquei nodo ligauit, vt remedium sibi salutis auferret. Idem alibi optimè. ^aIniquitas calcanei nostri, præuaricatio est Adæ, per quem prolapsus est in contemptum & dissimulationem cœlestium mandatorum. Est etiam iniquitas calcanei, Iudæ hæsitanda proditio. Calcanei deò, quia scriptum est: *qui manducat mecum panem, leuabit super me calcaneum suum.* Benè & ibi *suum*, & hîc *meum* dixit. *Suum*, quia Christus sine iniquitate: Hæc autem solius iniquitas proditoris. *Meum* autem calcaneum, quasi vltimum sui corporis Iudam Christus appellat, cuius nos sumus corpus & membra: Apostoli præstantiora & actiuosa membra sunt Christi, Iudas calcaneum, quasi extrema pars

cor

^a in psal.
48.

corp
vuln
fec
toti
qui
iã n
hær
tas c
quit
Chri
dede
sum
est,
ficut
coren
quib
quiq
glori
esuri
Sed
non
sunt.
Cete
prod
stola
A
cum,

corporis, serpenti obnoxia, & patens
 vulneri. Primum ergo calcaneum Adam,
 secundum calcaneum Iudas. Ille lapsus
 totius hæreditatis, hic solius proditoris,
 qui hæreditatē implicare nō potuit, quia
 iā non carnales sumus, sed Redemptoris
 hæreditas, Scriptura dicente: *Est hæredi-
 tas credentibus in Domino.* Est & illa ini-
 quitas calcanei sui, quæ cum dedit
 Christum. *Circumdantes*, inquit, *circum-
 dederunt me, & in nomine Domini, vltus
 sum in eos.* Calcaneum eius Synagoga
 est, decor & gloria vultus eius Ecclesia:
 sicut scriptum est: *Dominus regnavit, de-
 corem induit.* Illi ergo sunt calcaneum de
 quibus dicit: *Qui confidunt in virtute sua:
 quique in abundantia diuitiarum suarum
 gloriantur.* Diuites enim eguerunt, &
 esurierunt, quod de Iudæis dictum est.
 Sed & omnes qui luxuriosè viuunt, &
 non tenent caput, calcaneum Christi
 sunt. Sed hæc generalia, quæ latè patent.
 Cæterum specialiter de Iuda locutus est
 proditore, qui sibi validus & diues, Apo-
 stolatus gloria videbatur.]

Ad hæc calcanei leuationem in ami-
 cum, accedit maximè, Sālonis per blan-

diloquium, & ficta amoris signa, proditio, quæ eò semper visa est atrocior, quò minus expectanda erat à tali persona, & tali modo.

16. Sic autem expressam à Iuda, Dalilæ in Samsonem perfidiam & malignitatem, notauit optimè Prosper^a [*Dixerunt Allophyli ad Dalilam: seduc virum tuum, & indicet tibi in quo sit virtus eius, & dabimus tibi singuli mille centum argenteos.* Ecce est illa triplex venditio. Venditur Christus in Ioseph ante legem, venditur in Sãson sub lege, venditur à Iuda Iudæis sub gratia.] Et infrà [*mittit mulier ad viros dicens: afferte argentum, iam enim mihi omnia veraciter indicauit.* Fit certa traditio, quam suppleuit Iudas percepto argento. Impleturque in Samson per figuram, quod in nostro Christo Domino actum est, etiam manifestè. Nam quod eum accipiens mulier dormire fecit in sinu suo, hoc est quod noster fortis Dominus dicit: *non expedit mori Prophetam extra Hierusalem.* Quod eum inebriauit poculo mortifero. Hoc est, quod & noster dixit: *dederunt in escam meam fel, & in siti mea*

pota

*a p. 2. de
promission.
c. 22.*

*pota
la a
eun
pice
pen
meu
Et it
capi
run
Dua
effu
pro
mei
Et it
obdo
disc
gen
cog
pier
ferr
I
furo
coho
mun
tia
bus
con*

potauerunt me aceto. Quòd verò nouacula adhibita rasit caput eius, hoc est quòd eum in loco Caluarię crucifixit. Raso capite Samson, discessit & virtus: & noster pendens in ligno, clamauit: *Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti?* Et iterum: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui me oderunt gratis.* Effoderunt inimici Samson, duos oculos eius. Duę partes, velut lumina, discipulorum effusę sunt ad tempus: Alij fugiendo, pro quibus clamat noster fortis: *Oculi mei defecerunt à sperando in Deum meum.* Et iterum: *Illumina oculos meos, ne unquã obdormiam in mortem.* Quod factum in discipulis nouimus, quando illo resurgente, aperti sunt oculus eorum, eumque cognouerunt in fractione panis. Accipientes inimici Samson, ligauerunt eum ferro. Hoc clauis indicant Crucifixi.]

17. Tacui pertinaciam maledicti furoris, quod in hoc puncto, Iudę cum cohorte vniuersa, & ministris fuerit communis: quando quidem vniuersi potentia Christi lu culenta specimina de quibus mox, in procinctu latrocinationis conspicati, perstiterunt tamen obdurati.

[Per

a de triū
pb Christi
agone c. 7.

[Perditi homines (ait Laurentius Iustinianus^a) prostrationis suæ viso miraculo, prorsus credere, confiteri, atque adorare debuerant: sed mansuetissimi pastoris vocem, quoniam de ipsius ouibus non erant, nequaquam audierunt. Rapaces erant lupi, & immaculati agni sanguinem sitiebant. [Sitiebant (inquam) & tamen nisi permisi, bibere non valebant. Expectabant ab eo licentiam ut raperent, crucifigerent, occiderent, biberent. Hæc omnia quoniam pati venerat, audierunt. *Dixi vobis, quia ego sum.*]

b in psal.
40.

Vnum præterea in Iuda, multoque magis in cohorte, obseruat S. Ambrosius; ^b Nempe Iudam Christo comprehenso insulsiisse, & siue adæptæ pecuniæ concupitæ, siue prætenſe à Magistro exacerbationis ultione, elatum; iactasse in Christum sannas Tractans Ambrosius illud Psaltis, *ampliauit supplantationem*. Sic ergo scribit. [Quid est *ampliauit*? Grecus *εὐερόλονεμ* dixit, hoc est magnificauit. Vtrumque nobis exposuit Dominus, quod mouere nos posset. Dicēs in Evangelio: *Qui manducat mecum panem, leuauit super me calcaneum*. Vnde assumptus

hic

hic sermo sit, consideremus, &c. Etego vidi aliquem puer athletam, cum elisset aduersarium, frontem ei percussisse calcaneo, quod signum fuit, quod insultauerit victo. Hoc est quod ait, *magnificauit super me supplantationem.* Quo verbo insultantis iactantiam declarauit.]

18. In Christo vt ad alterum è duobus propositis progrediar, attendenda in hoc facto est insignis cum benignitas & humilitas, tum potentia atque maiestas: quæ duo vix vsquam illustrius micant, quamuis non me latet vniuersam Christi vitam, his duobus veluti intertextam. [Respicis cunas Christi (ait Hieronymus ^a) vide pariter & coelum. Vagientem in præsepe intueris infantem: Sed ³ Angelos simul ausculta laudantes. Herodes persequitur, sed adorant Magi. Ignorant Pharisei, sed stella demonstrat. Baptizatur à seruo, sed vox desuper Dei intonantis auditur. Aquis mergitur: sed Columba descendit, imò Spiritus in Columba.] Hæc Hieronymus quæ accepit à Magistro suo Nazianzeno, ^b cõiugium illud humilitatis & maiestatis in Christi operibus propè omnibus, luculenter exhiben

^a ad Ephes

^b orat. 2.
de Theol.

a *serm. I.*
da *S. Ioan.*
Euang.

hibente. Id quod etiam speciali studio à S. Ioanne inter conscribendum Euangelium fuisse obseruatum, egregiè ad hunc modum notauit Petrus Damiani ^a tractans illud sponsæ Cantic. 5. *Venter tuus eburneus, distinctus sapphyris.* [In mēbris namque humani corporis vix aliquid ventre fragilius, siue tenerius inuenitur, ideóque per ventrem rectè fragilitas in Christo assumptę humanitatis accipitur. Ebur autem os est elephantis, quod videlicet animal fertur esse castissimum, frigidissimæque naturæ. Venter ergo sponsi eburneus est, quia suscepta Redemptoris humanitas, ab omni peccatorum contagio casta prorsus, & inuiolata permanfit. Siquidem *peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* Sapphirus autem lapis est, sereni cœli colorem habens: vnde & in visione Domini dicitur: *erat sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum, cum serenum est.* Per sapphiros ergo opera diuinitatis intelliguntur, quæ in carne Dominus ostendebat. Venter ergo sponsi distinctus erat sapphiris, quia Christi humanitas diuinis virtutibus refulgebat.

Nec

Nec
stiné
cano
nus
tur h
ex p
Nam
cifi
Mira
sed f
re, eu
hoc i
ebur
sting
obse
19
Chri
hac
hum
uit, p
aut p
S. An
rum.
confa
gari
[Ver
quan

Nec plenus sapphiris esse dicitur; sed distinctus; ita videlicet vt inter sapphiros candor eboris appareret; quia sic Dominus ex parte hominis assumpti operabatur humana, vt aliquando nihilominus ex parte Deitatis, ostenderet & diuina. Nam esurire, sitire, flere, postremò crucifigi, & mori, humanitatis erant opera: Miracula verò facere, & non solùm alios sed semetipsum etiam à mortuis suscitare, euidentissima erant diuinitatis indicia; hoc itaque modo Beatus Ioannes quasi eburneum ventrem sponsi, sapphiris distinguit.] Similia in Christi primordiis obseruat S. Maximus.^a

19. Hoc igitur quod in vniuersa Christi vita proditum est, insigniter in hac eius clausula fulsit. Infirmitatis & humilitatis fuit, quod prodi se & capi siuit, perinde ac si non posset se expedire, aut parata retia non peruidisset. Id quod S. Ambrosius^b tractans illud prouerborum, *ceruus amicitia & pullus gratiarum confabuletur tibi*, aptata ad Christum vulgari de ceruis narratione, ita expressit. [Verus Dei Filius, in semetipso naturam quam animantibus ipse donauit, expressit,

a homil. 2.
de natali
Domini, in
fine.

b initio li.
bri de in-
terpellatione Da-
uid.

fit, qui in hunc mundum tanquam ceruus aduenit, & cum his se mira simplicitate iungebat, à quibus ei parabantur infidiae. Fertur enim huiusmodi ceruorum esse simplicitas, vt cum se exagitari viderint, hi sese equitibus annectant, qui ministerio fraudis appositi, fugae specie, ac simulatione societatis inductos, ad retia vsque deducant. Ita ergo Dominus tanquam ignarus periculi atque imprudens, Iudaeis dolum sibi astruentibus admiscebatur, & societatem Iudae proditoris sibi asciuit, cuius simulatione funesta, vsque ad Crucis laqueos, & passionis retia peruenit. Vnde conuersus ad eum, dixit: *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Et hoc quidem modo venit ad synagogae retia, volensque se induit, sed non implicatus est, nec instrictus, qui omnes resoluit.]

*a in speculo
euang.
serm.*

Piissimè quoque S. Anselmus^a tantam Domini in summa humilitate & despectione benignitatem, extollit illis ad Christum verbis. [Accedentem ad osculum sanctissimi oris tui trucem bestiam, auersatus non es, sed os in quo dolus iuuentus non est, ori quod abundauit ma-
litia

litia
De
tio
tua
res,
lire
non
cen
re s
cum
trad
son.
ra ap
chio
defe
hum
uersu
te.
homi
ceru
bone
manf
star L
victin
effun
lare f
fasti;
Ton

litia, dulciter applicuisti. Innocens Agne
Dei, quid tibi, & lupo illi? Quæ conuen-
tio tui ad Belial? Sed & hoc benignitatis
tuæ Domine fuit, vt omnia illa exhibe-
res, quæ prauis cordis pertinaciam emol-
lire possent. Nam & veteris amicitia
non immemor, illum commonuisti, di-
cens: *amice, ad quid venisti?* atque horro-
re sceleris sui cor impij ferire voluisti,
cùm dixisti: *Juda, osculo Filium hominis*
tradis? Et ecce Philistæi super te Sam-
son. Non illos à te absterruit, quòd in ho-
ra apprehensionis tuæ, omnipotenti bra-
chio tuo, terræ eos allisisti, non quidem
defensionis causa; sed vt cognosceret
humana præsumptio nihil se posse ad-
uersus te, nisi quantum permetteretur à
te. Et quis audiat sine gemitu, qualiter
homicidas manus in illa hora in te inie-
cerunt, ac innocentes manus tuas, Iesu
bone, vinculis astringentes, te agnum
mansuetissimum, nihil loquentem, ad in-
star Latronis, contumeliosè traxerunt ad
victimam? Et nec tunc misericordiam
effundere super inimicos tuos, & distil-
lare fauum dulcedinis tuæ Christe ces-
fasti; ac defensoris tui zelum, à læsione

trahentium te, compeſcuisti. Maledictus furor eorum quia pertinax, quem nec maiestas miraculi, nec pietas beneficij potuit confringere.] His verbis S. Anselmus attigit intermicantium in tanta depressionis caligine radiorum maiestatis splendorem, tum ex Malchi curatione, in quo patientiam Domini vulneratam scitè dixit Tertullianus, ^a ideòque confestim, eum licèt aduersantem, nec benignitate leniendum sanauit. Tum etiam ex allisione vniuersæ cohortis & tot Iudaicorum ministrorum, idque non armis adhibitis, non legionibus Angelorum aduocatis, etiam vno discipulorum qui affectu magis quàm iudicio ductus gladium exeruerat, promptè compresso, & patientiæ admonito. Non igitur eductis armis, sed duobus dumtaxat verbis adhibitis, quibus se esse contestabatur, repulit hostes. S. item Ambrosius ^b aliunde Christi in hoc facto potentiam & virtutem demonstrat, nempe ex illis ad Iudam verbis, *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Quæ sic glossat Magna diuinæ significationis potestatis, magna disciplina virtutis. Et consilium prodicionis aperitur,

*a lib. de
patientia.*

*b l. 10. in
Lucam.*

tur, & adhuc patientia non negatur. Ostendisti Domine quem proderet dum occulta manifestas. Ostendisti etiam quem traderet, dum dicis, Filium hominis, quia caro non diuinitas comprehenditur.]

20. Non vacat autem mysterio, quod his præcise verbis, *Ego sum*, ad cohortis & ministrorum verba respondit Dominus. Audi Laurentium Iustinianum^a de hoc Christi responso agentem. a de triū-
pho Christi
ago^{nis} c. 7. [Non fugit non latitat, non se excusat, non se defendit, sed inquit, *Ego sum*, Quæ est ista confessio? quæ tam compendiosa responsio? Quid est dicere, *Ego sum*? Dixisset saltem, ego sum, quem quæritis, ego sum quem tenere desideratis; vel (quod his excellētius est) ego sum Deus, ego sum, qui creauit cælum, formaui terram, plasmaui hominem, atque vniuersa gubernō. Magnum hoc esset, verissimum, honorabilēque. Expressius tamen, profundius, ac venerabilius explicauit suæ celsitudinem maiestatis, suæque diuinitatis potētiam, simpliciter inquit, *ego sum*. Quæ namque sunt, in eo quod mirabilia sunt, in eo quod à seipsis non

sunt, in eo quòd finita sunt, eorum nul-
lum dicere potest, *ego sum*. Quomodo
dicent; ego sum, quum ab alio pendeant,
& terminatam qualitatem, virtutem,
gratiam, & circumscriptum habeant ef-
fe? Quicquid ab aliquo est, à semetipso
non est: Quod autem à semetipso non
est, sed alieno vt sit, auxilio indiget, ne-
quit veraciter dicere, ego sum. Ille itaque
solus est, qui sempiternum habet esse,
immutabile, atque beatum. Qui à nullo
est, nullius indiget, nusquam deest, qui
sine contradictione potens est, sine erro-
re sapiens, sine passionis motu iustus, sine
personarum acceptione beneuolus, sine
infirmirate patiens, sine æquiparatione
summus, sine defectu bonus, sine sui de-
rogatione misericors. Qui in eo quod es-
sentialiter est, à nullo est, sed omnibus
quæ sunt, præstat vt sint. Quæ nãque sũt
bona, ipsius bonitate facta sunt. Quæ
habent virtutẽ, ab ipso gratis acceperũt,
& quæcunque sunt, vtique ab illo facta
sunt, qui ait, *ego sum*. Ipse Dominus Iesus,
verbum Patris, Deus & homo, hominum
Mediator, & vniuersorum conditor.]

a in hunc
Ioan locũ.

b in 1 d. 8.
2 art. 3.

Eadem notauit Rupertus^a quæ illu-
strari possunt ex doctrina S. Thomæ^b de-

monstrantis posse quidem Deum de se ipso verè enunciare cuiusvis temporis verba; cum omni tempore coëxistat, & perfectiones quorumvis temporum habeat in semetipso: Maximè tamen accommodatum Deo esse, verbum præsentis temporis: eo quòd præsens quâ tale, sit purum esse, absque incluso non esse, nec successione sed actualitate contineatur. Ex qua doctrina multipliciter ibidem communita, Sylvester^a expendens similia Christi verba ad Iudæos, *antequam Abraham fieret, ego sum*, infert, quâvis Christus potuisset verissimè dicere *ego ero*; & meliùs *ego fui*; & ad huc meliùs *ego eram*, optimè tamen respondisse, *ego sum*, quòd illud verbum præsens, diuini verbi maiestatem atque potentiam, exquisitè repræsentaret. Non mirabimur tantam in binis Christi syllabis potestatem, si collatam ab eo seruis suis non dissimilem facultatem animaduertamus. Iordanem ordinis prædicatorum præfectum Generalem secundum, scribit Leander^b cum cooptasset intra ordinem, nobilem Germanum, filium vnicum potentis Dynastæ, furorem eius ad insa-

^a tract 3.
rosa aurea
q. 28.

^b lib. 2. de
viru il-
lustr. Ord.
Pradic.

niam concitasse. Armatus, & equitibus centum stipatus pater, in Italiam venit; ubi filius ordini recens adscriptus, & cooptator eius Iordanes, agebat: Spirans minarum ac cædis, cum in Iordanem incurrisset primum, æstro amissi filij percitus, quisnam Iordanes ac vbinam sit, sciscitatur. Responsum refert his quæ tractamus Christi verbis conceptum: *ego sum*. Diceres, fulmina non voces auribus eius impacta. Mox ut binas illas excepit sancti viri syllabas, equo desiliens, soluitur in lachrymas: & filij cooptationem ratam habes ultro cum comitatu quem tum diximus, sacra Palestinæ loca visere recipit: confestimque promissum exolvit. Tantam Christus responso quod quandoque ipse vsurparat, etiam in seruo suo, efficacitatem impertit.

21. Hæc porrò Christi potentia, in re de qua agimus, non modò allisione militum tam multorum, ac ministrorum, simplici verbo, prodita est, sed etiam eo allidendi modo quem Euangelista notavit, dicens, abiisse retrorsum, & resupinatos cecidisse. Eum enim prosternendi modum, vsurpatum, potius quàm alium

consuerim, quòd videatur aptior ad exprimendam prosterntis potestatem, & prostrati præ eo imbecillitatē. Quamquam non me latet expositio mystica S. Gregorij^a de hoc militum, & aliorum quorundam, in scriptura memorato, lapsu retrorsum. [Quærendum nobis est (inquit) cur Ezechiel & Paulus in faciem cadunt: & de ascensore equi, id est, de eo, qui in huius mundi gloria elatus est, dicitur: *ut cadat ascensor eius retrò*. Rursumque de persecutoribus Domini scriptum est; *abierunt retrorsum & ceciderunt in terram*. Quid est hoc quòd electi in faciem, & reprobi retrorsum cadunt, nisi quòd omnis qui post se cadit, ibi proculdubio cadit, vbi non videt: Qui verò ante se ceciderit, ibi cadit, vbi videt? Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt post se cadere dicuntur: quia ibi corruunt, vbi quid eos tunc sequatur, modò videre non possunt. Iusti verò quia in istis visibilibus semetipsos spontè deiiciunt, vt in inuisibilibus erigantur; quasi in faciē cadunt, quia timore compuncti, videntes humiliantur.] Alia item mystica expositio traditur apud S. Ambro-

a homil 9.
in Ezech.

^a in psal.
40.

fium, ^a interseriturque multiplici interpretationi circa prophetiam Iacobi de Dan cuius equus calurus prophetabatur deorsum.

^b hom. 82.
in Ioan.

Tandem Christi potentiam in iussione dimittendi discipulos, obseruat S. Chryostomus. ^b Fuitque præsertim mirum, S. Petrum, post abscissam serui Pontificis auriculam, illæsum dimitti. Sed iussio Christi Regis vrgebat. [Admirari quis posset (ait ibi Chryostomus) cur non comprehenderint etiam cum Iesu, vt verberarent, discipulos, & Petrum maximè, qui eos serui aurem abscindendo irritarat. Quid ergo eos continuit? Nemo alius quàm quæ eos retrorsum proiecerat potentia. Quod Euangelista, non eorum mentis, sed supernæ virtutis eos coërcentis fuisse significat, inquit: *vt sermo impleretur quem dixit, non perdidit ex eis quemquam.*

^c serm. 1.
de pass.

22. Itaque vt vnde occæperam, eò regrediar, manifestata est in hoc negotio, Christi infirmitas simul & potentia. Deum se simul ac hominem prodidit Christus vt optimè differit S. Leo. ^c [Quãuis ex infirmitate nostra verè passus Dominus

minus Iesus, verèque sit mortuus, non tamen ita se abstinuit à gloria sua, vt inter contumelias passionis, nihil diuinæ operationis exerceat. Nam cum impius Iudas non iam ouina pelle velatus, sed lupino furore manifestus vim sceleris per speciem pacis incipiens, signum traditionis sæuiore omnibus telis osculo præbisset, & multitudo furibunda, quæ ad comprehendendum Dominum cum armata militum cohorte confluxerat: inter faces & laternas, lumen verum, tenebris obæcata suis, non cerneret, Dominus qui expectare potiùs turbas, quàm declinare delegerat, sicut Ioannes Evangelista testatur, quem quærant, necdum inuentus, interrogat, illisque dicentibus, quòd Iesum quærent: Ego sum, inquit, quod verbum illam manum ita ex ferocissimis congregatam, quasi quodam fulmineo ictu strauit atque perculit: vt omnes illi atroces, minaces atque terribiles, retroacti corruerent, vbi fuit sæuitiæ conspiratio? vbi ardor irarum? vbi instructus armorum? Dominus dicit, ego sum, & ad vocem eius turba prosternitur impiorum. Quid iam poterit maiestas

eius iudicatura, cuius hoc potuit humilitas iudicanda?]

Haec tenus potentiae expressio de infirmitate & humilitate qua cessit furentibus, hæc subdit. [Veruntamen Dominus sciens, quid magis mysterio suscepto conueniret, in hac potestate non persistit: sed persecutores suos in facultatem dispositi sceleris redire permisit. Nam si teneri nollet, non utique teneretur. Sed quis hominum posset saluari, si ille non se sineret comprehendi.] Et mox [Dat ergo in se furentibus licentiam sæuendi, nec tamen etiam talibus dedignatur se indicare diuinitas. Aurem serui, iam ipsa sectione demortuam, & à compage viuientis corporis alienam, in sedem de honestati capitis reuocat manus Christi, reformat quod ipse formauerat: nec tardè caro sequitur eius imperium, cuius erat ipsa figmentum. Habent ergo diuinam hæc opera virtutem. Sed quod Dominus, maiestatis suæ potentiam cõpimit, & vim in se persecutoris admittit, ex illa est voluntate qua dilexit nos, & tradidit semetipsum.] Rursusque ^a [admittit ergo in se Filius Dei impias manus, & quod

quod sæuientium furore agitur, patienti potestate compleuit. Hoc enim erat illud magnæ pietatis sacramentum, quod Christus confectabatur iniuriis: quas si aperta potentia & manifesta virtute pro- pelleret, diuina tantum exerceret, non humana curaret.]

23. Traditus est ergo Christus, & vt est apud Psaltem, non est egressus: tacuit nec exiit, iuxta glossam S. Gregorij ^{a a 22. mor.} _{c. 17.} ad illud tacui nec egressus sum ostium. Sic enim hæc Christo accommodat. [Ipse tacuit, & ostium egressus non est; qui sub ipsa iam hora passionis cum humanitatis infirma pateretur, diuinitatis potentiam exercere noluit. Mediatori quippè Dei & hominum, quasi egredi ostium fuisset, si cum teneretur vt homo, maiestatis suæ potetiam voluisset ostendere: & per diuinitatis magnitudinem, susceptæ carnis infirma transire. Vt autem apertius homo mori posset, Deus mansit occultus: quia si cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Non est ergo egressus ostium, qui & requisitus à Pilato, tacuit: atque inter persecutorum manus; & corpus passio-
ni

ni obtulit, quod pro electis assumpserat, & resistentibus noluit demonstrare quod erat. Vnde etiam per Psalmistam dicitur: *Posuerunt me in abominationem sibi, traditus sum, & non egrediebar.* Cum enim despiceretur, quia homo videbatur; egressus esset, si occultam maiestatem suam ostentare voluisset. Sed quia infirmitatem prodidit, potentiam abscondit; in eo quod persecutoribus suis incognitus mansit, ad eos minimè exiit: qui tamen ad electos exit, quia diuinitatis suæ suauitatem, quærentibus aperit. Vnde ei per Prophetam dicitur: *existi in salutem populi tui, vt saluos facias Christos tuos.*]

Merces

Me


9

i.

vsqu
cùm
tant
pret
gint
num
esse
per
qui
nuè
fimi
arge
thau
perfo
inter

*Merces iniquitatis Iudæ persoluta, mox-
que ab eodem inutiliter pœnitente,
restituta; & in peregrinorum
requiem collocata.*

CAPVT XII.

I.  DVCTO Domino tamesi
profunda nocte, Iudæi mora-
ri apud se mercedem operarij
vsque manè non sustinuerunt; præsertim
cùm Iudas, qui eam vnam ob causam
tanto se scelere polluerat, operæ suæ
pretium vrgeret. Itaque constitutam tri-
ginta argenteorum summam fideliter
numerarunt. Idque per noctem factum
esse, ac mox à comprehensione, fortè
per nōnullos primariorum Sacerdotum
qui intererant, testes futuri nauatæ stre-
nuè à Iuda operæ; ex eo admodùm veri-
similiter suadetur quod manè factam
argenti restitutionem, insinuat Mat-
thæus. ^a Itaque aliquanto ante factam ^{a 6.27.}
persolutionem oportuit, vt in capedine
interiacente, locus esset despumandæ (vt
sic

psferat,
e quod
n dici-
em sibi,
Cùm
ideba-
aiesta-
ed quia
m abs-
us suis
nè exi-
a diui-
us ape-
ri: existi
facias

Merces

a l. 11. in
leam. c. 37.

fic dicam) feruentiffimæ cupiditati, & qualicunque pœnitentiæ concipiendæ, S. Cyrillus ^a insinuat perfolutam fuisse nocte ipsa, in domo Annæ, per ipsummet Annam, quem vult fuisse, qui cum Iuda pepigerat. Vtut sit, accepit Iudas summam pactam argenteorum triginta, & præda quam Magistro prætulera potitus est, vix se præ lætitia capiens.

b ipso in-
tio.

Author Dialogi de passione Domini, ^b apud Anselmum, ex persona Deiparæ ait, hos triginta argenteos Iudæ in pretium datos, fuisse [argenteos Hismaëliticos, quibus & Ioseph venditus fuit ante multos annos; & hæreditaria successione fuerant deuoluti ad illos Iudæos qui filium meum emerunt: & vnusquisque denarius, valebat triginta vsuales] Alius verò & ab ipsa origine rem repetentes alij, quos referunt Albericus ^c Matthæus de Afflictis ^d & Tiberius Decianus, ^e affirmant Thare patrem Abrahami, vrgente Nino Rege, monetam signasse post diluuium, primosque nummos ab eo cufos & signatos, fuisse triginta illos argenteos, qui in Iudæ mercedem cesserunt. Fabulam prout ex Bibliothecæ Augusti-

c T i ff. de
contrah.
empr. & in
Dictionar.
v. moneta
d in præ-
lud ad
conficitur.
Neapoli.
c tom 2.
tract l. 7.
c. 23. num.
10.

nia

nian
scrip
in q
qui l
Tha
nera
Regi
recep
hos o
pere;
diuer
narij
runt
est I
Ægy
frum
diti;
tres
dede
merc
porib
nit R
ipfos
Etter
dono
sauru
aliis
qui se

nianorum Tornacensium M. S. C. descriptam ^a legi, hîc repræsento. [Legitur in quadam historia Regum Orientalium qui Domino munera obtulerunt, quòd Thare Pater Abraham, cùm fecisset monetam seu denarios ex iussu cuiusdam Regis Mesopotamiæ, nomine Ninus, & recepisset xxx. denarios pro suo salario; hos denarios dedit Abrahæ, qui ipsos in peregrinatione in exilio consumpsit. Ad diuersas manus transeuntes iidem denarij, ad manus Ismaëlitarum deueniunt, & pro ipsis à fratribus venditus est Ioseph: & dum dominaretur in Ægypto, hi argentei à fratribus pro frumento ad manus Ioseph sunt traditi; & ipsis fratribus restituti. Fratres ipsos denuò dispensatori Ioseph dederunt, qui ipsos misit in Saba pro mercimoniis ex parte Pharaonis. Et temporibus Salomonis, dum ab Oriente venit Regina Saba audire eius sapientiam, ipsos xxx. argenteos obtulit in templo. Et temporibus Roboam, dum Nabuchodonosor Rex templum spoliauit, & thesaurum abstulit, ipsos xxx. denarios cum aliis thesauris tradidit Regi Godoliæ, qui secū erat in exercitu, & sic cum aliis

a descripsit inde, Propter Stel larius in Fundamentis Ordinum pag. 87.

thesauris Regis Godoliæ, vsque ad Natiuitatem Christi permanserunt, & tunc Regnum Godoliæ in regnum Nubiæ est translatum. Nato itaque Domino, & Melchior Rex Nubiæ, videns in stella Christum de Virgine natum, ipsos xxx. denarios (quia antiquius & nobilius aurum in thesauris suis non inuenit) Dei nutu Christo obtulit. Postea Beata Virgo Maria in Ægyptum fugiens, metu Herodis, in loco in quo nunc est hortus balsami eos amisit: quos quidam pastor reperit, & penes se xxx. annis seruauit, & cum fama creuit de Christo, idem pastor in Hierusalem se transtulit, & Iesus eum ab infirmitatibus liberauit. Et Christo in templo prædicanti & docenti, ipsos xxx. argenteos & alia Magorū munera obtulit; quos Iesus recipere renuens, sed ipsos denarios in templo offerre & omnia munera super altare ponere præcepit: quod & pastor fecit; & Iudæi ipsos xxx. argenteos in carbonā proiecerunt, & postea ipsos denarios pro traditione Iudæ dederunt. Iudæi reportatis denariis, agrū figuli pro xv. denariis emerunt, & reliquos xv. militibus sepulchrum Christi custodientibus

tibus tradiderunt: & cùm factum erat de denariis, quod erat prædestinatum, statim fuerunt diuisi, & hinc inde dispersi; sed antequàm non erat factum quod de ipsis fieri debuit, semper ipsi- mul manserunt vt audistis.]

2. Dimittamus hos fabulinos, cum tam malè confarcinatis figmentis. Hæc enim omnia tam inepta sunt, vt confutatione non egeant. Nominatim verò quod ait Pseudoanselmus de Iosepho his 30. denariis vendito, nō quadrat cū vera & probata lectione Scripturæ, exhibentis Iosephi pretiū. Scriptura enim pretiū se- cūdæ vēditionis Iosephi tacuit, vt obser- uat Rupertus, ^a hoc est eius qua per Ma- dianitas Putiphari vēditus est: primæ au- tem venditionis, qua à fratribus venditus est Madianitis, docet pretium fuisse vi- ginti argenteorum. Itaque Ioseph non est distractus eo pretio quo Iudas Chri- stum vendidit; hoc est argenteis triginta, vt S. Matthæus testatur, ^b ac pulchrè & fusè librat S. Ambrosius ^c sic Christum alloquens. [Vnum te esse cum Patre, ipse dixisti, quia hoc credidit Petrus, claues regni cœlorum accepit, & sui se-

a l. 8. in
Genes. c.
27.

b c. 26.
c l. 3. de
Spiritu
sancto c.
18.

curus peccata donauit, quia hoc nõ cre-
 didit Iudas; impietatis suæ se laqueo
 strangulauit. O dura infidelium saxa
 verborum: O informem laqueum pro-
 ditoris, sed deformius precium Iudæo-
 rum: Argentum improbum, quo aut emi-
 tur ad necem iustus aut venditur. Ioseph
 venditus, emptus Christus: alter ad ser-
 uitudinem, alter ad mortem. Detestabilis
 hæreditas, feralis auctio, quæ aut fratrem
 vendit iniuriæ, aut Dominum licitatur
 exitio, salutis omnium Redemptorem.
 Duo igitur quæ præstantiora sunt omni-
 bus, Iudæa violauit, fidem atque pieta-
 tem: sed in utroque Christum, fidei &
 pietatis authorem. Nam & in Patriar-
 cha Ioseph typus Christi fuit, & in veri-
 tate sui corporis Christus: qui non rabi-
 nam arbitratus est esse se æqualem Deo,
 sed formam serui accepit: propter lapsus
 videlicet nostros suscipiens seruitutem,
 nec refugiens passionem. Alibi viginti
 aureis emitur, alibi triginta. Quomodo
 enim poterat verum eius precium com-
 prehendi, cuius non potest meritum de-
 finiri? Erratur in precio, quia erratur in
 studio. Viginti aureis in Veteri Testa-
 mento

mento venditur, triginta in Euangelio. Preciosior enim typo veritas, largior gratia quàm disciplina. Opimior lege præsentia, quia lex promisit aduentum, legem aduentus impleuit. Viginti aureis emunt Hismaëlita, triginta Iudæi nec hïc figura mediocris; Ad sacrilegium perfidi largiores, quàm ad salutem fideles sunt. Vtriusque tamen contractus considerari conuenit qualitatem. Viginti aurei pretium seruitutis, triginta aurei crucis sunt. Quamuis enim simili modo, assumptionis & passionis sint admiranda mysteria, plenitudo tamen fidei in sacramento est passionis. Non minoris quidem æstimo sanctæ Virginis partum, sed gratiùs sumo benedicti Corporis sacramentum. Quid clementiùs quàm quòd mihi suas donauit iniurias?] Eadem alibi iterat, ^a mysticè quidem, eam pretiorum vtriusque venditionis varietatem exponens; sed agnoscens tamen; eoque tandem relabitur Augustinus; ^b è cuius longa Christum inter & Iosephum antithesi, hanc dumtaxat plagulam habe, huc facientem. [Ioseph per consilium Iudæ triginta argenteis distrahitur, & Christus

a l. de Ioseph. c. 3.

b serm. 27. de temp.

per consilium Iudæ Iscariothis, eodem numero venundatur. Quod autem in diuersis translationibus, non æquali pretio Ioseph scribitur venundatus, sed alij dixerunt viginti argenteis, alijs triginta; hoc spiritaliter significauit, quòd Christus non æqualiter ab omnibus credendus vel diligendus esset. Denique nunc etiam in Ecclesia, alij eum plus diligunt, alij minùs. Ipsi enim plus valet Christus, qui eum maiori charitate dilexerit.]

ac. 27. 3. Hos triginta argenteos, Iudæ ex pacto mercedem, S. Matthæus^a ait esse pretium de quò scriptum est à Hieremia: quem refert dicentem, *Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiauerant à filiis Israel.* Non extat quidem locus apud Ieremiam. Sed potiùs similis legitur apud Zachariam.^b Ideòque magna & peruetus rixa est, quomodo Matthæus Ieremiam loco Zachariæ allegarit. Nec dubitarunt aliqui, liberius causari Euangelistæ immemoriã, consultò à Spiritu sancto permittam, vt doceremur omnes æquè Prophe-tas vnum esse Spiritus sancti organum: ac proinde perinde esse, vnum ac alium
pro

proferre. Alij verò excufarunt librarij vitium, quod magis probat Antonius Pe-
res:^a Quidam caufati funt malignam hu-
eracionem vel certè per hæreticos quod
cenfuit Anafafius Sinaïta.^b Nonnulli di-
xerunt allegationem testimonij ex duo-
bus illis Prophetis cõcinnati, vnus dum-
taxat Prophetæ nomine factam. At alij
binomium fuiſſe Zachariam, aut nomen
Ieremiæ iam olim è margine in textum,
quo nomen dumtaxat Prophetæ ſcri-
ptum fuerat, irrepſiſſe, funt arbitrati. Nec
defuerunt nonnulli qui intercidiſſe li-
brum aliquem Ieremię, quem Matthæus
protulerit, profeſſi funt; non omnino abſ-
que fundamento, cum Hieremiæ descri-
ptiones quæ interciderunt, in libris Ma-
chabæorum^c allegentur. Tamen vt cum-
que id ſe habeat, (de quo pleniùs Mich.
Medina)^d certum eſt in prophetia per
Matthæum allegata, triginta argenteos
exprefſos eſſe: eamque ſummam iuxta
prophetiam, fuiſſe decorum pretium
quo Chriſtus à Iudæis appetiatus eſt,
perſido proditore ex conditione præuia,
ſic compenſato, vt ſolebat ſerui occiſi

*a contro-
uerſi in
euang. c.
55
b cap. 12.
ôdijæ
initio.*

c l. 2. c. 2.

*d l. 6. pa-
ren c. 8.*

vita æstimari, ex multa Exodi 21. indicta.

Quanti verò essent triginta illi argentei, quod illicò quærendum sequitur, & quot nostratis pecuniæ nummis responderent, anceps & antiqua dubitatio est, profecta ex vario variis in locis argentei vsu, & valore: Vnde factum, vt aliqui plurimum huius pretij quantitatem auerint; alij admodum imminuerint; alij medio quodam modo de eo statuerint. Auxerunt plurimum Baronius^a & Franciscus Lucas.^b Hi duo nixi auctoritate Eliæ Leuitæ, qui allegatur in Regiorum Bibliorum Dictionario Syrochaldaico, affirmant nomen *argentei*, in Pentateucho vsurpari pro siclo, in Prophetis pro libra, in hagiographis pro talento. Itaque cum Matthæus, pretium Christi per ludam diuenditi ex Propheta triginta argenteis constituisse confirmet; nomine argenteorum, libræ argenti erunt accipiendæ, quod consonat Epiphanio, qui^c definit argenteum pretio quatuor denariorum supra centum. Atque ita, cum drachma & denarius ferè æquiualeant; Centum autem drachmæ ferè æquipol-

le ant

^a anno
Christi
39.
^b Matth.
26. v. 15.

^c sub finē
libri de
ponderib.
& mensuris.

leant libræ Romanæ, efficitur argenteum libræ argenti æquipollere, aut perparum interesse. Qua ratione pretium Iudæ constitutum, ad triginta argenti libras pertingit. Hæ autem libræ, circiter centum argenti drachmis constabant. Drachmarum singulæ, Iulio Romano, aut quinque nostratibus solidis respondebant. Ex quo efficitur, triginta argenteos summam confecisse octingentarum circiter librarum Turonensium, siue Francorum, vulgaribus solidis viginti constantium; & aureorum ferè trecentorum.

4. Ea quantitate constitutum Iudæ pretium, bellè cohæret cum coëmptione agri figuli ex eo pretio. Difficile tamen creditu est, Iudæos tantam argenti vim, pro opera non tantæ difficultatis, ac perbrevis moræ, Iudæ constituisse. Vel seruum, ad cuius venditi pretium, emendo Christo constitutum, alluisse Iudæos verisimile est, tanti vanisse, licet triginta argenteis vaniret. Quod si argenteos in ea lege, quod Pentateucho sit inserta, pro siclis accipi dicas, non item apud Prophetam cum quo Euangelista concordat, obstat quod vt benè notat ^{a in appar.} Vil- ^{L. de ponder. c. 30.}

lalpandus ea argenteorum distinctio est apertè commentitia, & pugnans cum ipsa Scriptura, quod apud illum videre licet.

Alij argenteum, dimidio tantum siclo æstimant, siue duobus Iuliis, assibusque nostratibus decem. Iuxta quam æstimationem, Iudæ pretium, ad quindecim Turnenses libras pertingit; tantumque abest, ut ad trecentos ferè aureos perveniat, ut ne ad sex quidem. Qua ratione Christus per Prophetam, rectè dixerit ironicè, hoc esse decorum pretium quod à Iudæis appetiatus est. Sunt in hac sententia Budæus, ^a Ribera, ^b Cornelius, ^c Ludouicus de Tena: ^d qui nituntur distinctione illa argentei à statere, siue ut Hebræa habent, à siclo, quæ extat apud Hieremiam, ^e verbis illis: *appendi ei argētum: septem stateres & decem argenteos.* Unde inferunt, argenteum ibi sumptum pro dimidio siclo, siue decem nostratibus assibus. Eiusmodi autem fuisse argenteos quibus Christus venditus est, confirmant & ex iis nummis, quos ex Iudæ numeratis, Romæ & Parisiis asseruari ferunt; & duas atticæ drachmas, siue eam quam

a l. 5. de
asse.

b Amos
8. & Zach.
char. 11.
c Zach.

d l. 3. Isa.
gog diffie
5. f. 4.
e e. 32. v.
2.

quam dixi summam, appendere testantur.

§. Verùm hoc pretium vilius esse videtur, quàm vt eo compensata fuerit vita serui occisi, ad quã tamẽ illi ipsi qui hanc sententiam tradũt, all usum volunt in constituendo Iudæ salario, & Christi pretio. Nec distinctio argentei à siclo apud Hieremiam, quicquam probat, cum alibi in scriptura argenteus æquiualeat siclo, vt liquet ex S. Hieronymo ^a siclum & argenteum confundente. Eo autem loco Ieremiæ qui proferebatur, S. Hieronymus interpres, in commentario monet, siclos à se versos fuisse in stateres: & legendum esse stateres, siue siclos decem ac septem: vt quod ait Propheta, appensum abs se fuisse argentum, generatim dictum sit: deinde addat stateres decem & septem, eosque argenteos, à se numeratos pro agri pretio. Apud Septuaginta habetur septem siclos & decem argenti. Similiter æstimatio argenteorum qui nunc visendi exhibentur, nihil conficit. Nam triginta argentei Iudæ constituti, potuerunt continere multo plures nummos argenteos, quàm triginta similes

a Genes.
24. v. 22.
3. Reg.
10. v. 19.
iuncto 2.
Paral. 1.
v. 17. &
2. Reg. 18.
v. 10.

iis qui nunc visuntur. Quod necessario dicunt, qui hos nummos verè Iudæ numeratos agnoscunt, & tamen vniuersam summam Iudæ constitutam ad trecentos ferè aureos accedere volunt. Sanè qui nunc summam decem aureorum numeratis assibus persolueret, multo plures nummos proferret, quàm decem: neque tamen nisi debitum aureorum decem, dissoluisset.

Itaque in re incerta & quæ indefinibili valore argentei nititur, illa sententia videtur verisimilior, quæ argenteum siclo siue stateri æquat, iuxta vsus Scripturæ 2. Reg. 18. Siclus autem Sacer Hebræorum, vt rectè statuit Marianus Victorius^a v. *siclus*, conformiter ad illud Hieronymi, ^b *siclus secundum siclum sanctuarij, viginti oboli sunt*, tetradrachmo Attico respondebat, ac ferè libræ Turo-nensi, seu Franco Gallico. Vnde pretium Iudæ constitutum, fuerit circiter triginta Francorum, aut aureorum decem. Hanc sententiam latè astruit Iansenius,^c & annuit Suares; ^d quamuis vterque, secundam quoque sententiam censeat, æquè probabilem. Absolutè autem, illam sen-
ten

a indice 2.
ad Hiero-
nymum.
b l. aduer-
sus He-
luid.

cc. 128.
concordia.
d t. 2. 3 p.
d. 34. sect.
1.

tentiam quam dixi verisimiliorem, tradunt quoque Villalpandus, ^a Maldo-
natus, ^b atque Lorinus. ^c Hæc ergo sententia, quia inter extremas propositas media est, videtur approbanda. Commodè enim, pretium venditionis Christi, cum pretio serui componit; & cum valore argenteorum apud Hieremiam, quem eiusmodi pretium prænuntiasse, author est S. Matthæus. Nec obstare poterit quod opponebatur, ex ea summa non posse comparari agrum in sepulturam peregrinorum. Si enim Hieremias siclis siue argenteis septemdecim, agrum emit, quanto magis licuerit agrum aliquem loco non admodum opportuno & vili, (tametsi vt volunt, intra urbem) cõparare argenteis siclis triginta? Hoc igitur fuit decorum pretium quo se à Iudæis appreciatum pastor optimus iure exoptulat. Hac præda se potitum, perfunctus proditoris munere Iudas, gauisus est. Mysticum illud, sed pulchrum; sapientissimè à Christo fuisse prouisum, vt mercede exigua ipse constaret quod obseruauit S. Ambrosius, ^d tractans Christi ad Simonem pro Magdalena apologiã. [Tam vili

a l. de pœnitentia, c. 30.

b Matth. 26.

c Actor. 1. v. 18.

d inc. 7. Luca.

(in

a epist. 4.
ad Seue-
rum.

(inquit) auctione vult æstimari Christus, vt ab omnibus ematur, ne quis pauper deterreatur] Non ab ludam S. Paulini.^a Christus [nos magno emit non vendit. Nos enim ille vult pretiosos facere sui muneris vilitate. Ipse nobis hac pietate pretiosior quod se vili vult æstimari vt ab omnibus ematur] Stomachatur inde in Iudam, mercatorem pessimum, de tam exiguo tam pretiosæ mercis pretio exultantem.

b l de le.
gatione ad
Caium.

6. Sed non diuturnum fuit proditoris ex iniquo lucro gaudium. Manè factō, cū impij Iudæi omnem lapidem mouissent vt Christus neci adiudicaretur; exorarunt tandem, vt iniquissimis postulatis post multam tergiversationem annueret Romanus Præses, Pontius Pilatus, homo pessimus vt apud Philonem^b videre est; à quo describitur per uicaci durōque ingenio homo, rapinis, iniuriis, cladibus, tormentis, crebris cadibus indemnatorum, crudelitate fauissima infamis. Homo ea malignitate, hac tamen in parte fuit Iudæis melior & minus quàm illi peccatum habuit, quando quidem Christi innocentiam sæpè con-
testa

test
dæc
stra
fit.
Iud
dis i
bulo
rat,
rabi
ficii
affe
san d
crec
que
nata
retu
cerd
traa
A
latis
naru
amp
esse
iden
euer
ex e
dit d

testatus, ægrè tandem cessit impetui Iudæorum, & in Christi damnationem abstractus potius est, quàm sponte consensit. Cùm Christum damnatum vidisset Iudas, serò sapiens, tactus est dolore cordis intrinsecus: & discussa tantisper nebulositate, quam æstus auaritiæ offuderat, recurrentibus animo, tot Christi mirabilibus, & sanctimonia, nec non beneficiis quibus ingratisimum discipulum affecerat; mœrere cœpit ob iniuriam sancto viro ac innoxio, (filium Dei non credebat) suo ministerio irrogatam. Itaque vt S. Mattheus ait, *videns quòd damnatus esset (Christus) pœnitentiâ ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & Senioribus, dicens. peccavi, tradens sanguinem iustum.* ac. 27.

Aliqui ex hac Iudæ pœnitentia, & relatis pecuniis excusationem Iudæ adornarunt, vt S. Ambrosius refert ^b ad illud, *ampliauit super me supplantationē: quam esse friuolam excusationem in peccatis, idem S. Ambrosius rectè demonstrat, & euenta patefecerunt* Non nemo item ex eo quòd Iudas pœnituerit ex quo vidit damnatum Christum, colligit falsum b in psal. 40.
opi

opinionem fuisse proditorem, cum crederet Christum à Iudæis nequaquam dedendum morti. Ideoque cum primum id agnouit, indoluisse. Verum quod Iudas perspecta Christi damnatione doluerit, non est argumentum idoneum ad probandum, quod cum proderet, censuerit saluam fore Christi proditi vitam: sed tantum quod id attentè non considerarit cum proderet. Stimulante enim Satana, & oculos internos excœcante auaritia, non aduertebat ut par erat, quanto se scelere impiaret Christum dedens iuratis hostibus, quos probè nouerat in omnem occasionem vitæ ei eripiendæ, intentos esse. Idem verò Satanas qui mali patrandi incentor fuerat, perfecto iam opere, (uti assolet) ad malum malo cumulandum, & nequitia transactæ adiungendam desperationem, ad patrati sceleris nequitiam oculos aperiens, illam discussis anterioribus nebulis, purâ imò amplificatam & auctiorem obijcit peccatori. [Talis est diabolus (ait Euthymius^a) ante peccatum non permittit videre malum, ne sequatur resipiscentia: Postquam autem peccatum omnibus

numq

^a *in suo c. 67,
in March.*

numeris est expletum, videre permittit, ut mœrore afficiat, & in desperationem præcipitet.] Et ita respectu Iudæ fecit; quem proinde mirum non est, dici pœnitentia ductum, cum inaudisset damnatum Christum; quamvis cum proderet, non ignoraret damnandum, sed oscitanter dumtaxat id cogitaret: æstu autem peccati residente, & effusis in eo ardore nebulis iam discussis, ad se reueniens, cogitare attentius cœpit quid admisisset, quantis excidisset bonis, & quam carò lucellum illud maledictum quo antea lætabatur, vœniret. Ita omnino verba relata accepit Comestor, ^a & ante eum Origenes ^b in secunda illorum expositione: nisi quòd verba illa, *videns quod damnatus esset*, nò ad visam à Iuda Christi damnationem refert, sed ad ipsiusmet Iudæ condemnationem ob tantum facinus: argumento ducto quod tunc cum eum compunctum refert Matheus, nondum Christus esset à Pilato damnatus. Quod argumentum non vrget. Nam satis poterat Iudas præfagire exitum negotij, in tanto Iudæorum æstu, & aduersus Christum rabie.

*a in historia evangelicæ.
162.
b tract. 35.
in Matth.*

Cœpit

a in psal.
35. initio

7. Cœpit igitur intus horribiliter cruciari, & quod de Caino cum Iuda collato ait S. Ambrosius, ^a [cùm adhuc à Domino pœna cessaret; cùm inquam nondum Deus de proditore infœlicissimo pœnas fumeret, torquebat eum suorum conscientia peccatorum: latebat miser, tremens & timens, & cùm adhuc percussor deesset, ipsa sese iniusti vita cruciebat &c. Sine vlla intermissione ipse sibi suus carnifex erat, ipse percussor. Quæ pœna maior, quàm timere quod vitare non possis, nec quod timueris, euadere? Vnde præclare Dauid exprimens conuentionem grauissimam conscientia peccatoris, ait: *quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum coram me est semper.* Offunditur enim nobis vltix nostri imago peccati; Nec quietum reum suum esse permittit, inferens miseram seruitutem; atque in sua vincula trahit, vt enodare se non queat; quoniam volens ipse se vendidit, cui liberum erat delictorum æra non capere, & libertatem innocentia referuare. Itaque dum oramus, peccatum offunditur. Vbi somnus sensum corporis relaxauit

xaue
bis e
occ
tor
min
pecca
pecc
nec
nit,
delic
crim
Iustu
sui.
quasi
dam
suoru
Iudas
Quid
tenet
ore e
in ip
grau
femet
Ce
ferre
mus,
rit ini
Ton

xauerit, peccatum recurrit. Semper nobis error noster tanquam malus exactor occurrit, vel tanquam improbus fœnerator conueniens debitorem. Vnde Dominus ait: *qui facit peccatum, seruus est peccati*. Sed iustus nouit quemadmodum peccatorum suorum vincula dissoluat, nec expectat accusatorem, sed præuenit, vt confitendo suum, alleuet omne delictum, ne habeat quod aduersarius criminetur. Ideoque scriptura tibi dicit: *Iustus in principio sermonis, accusator est sui*. Vocem enim eripit aduersario, & quasi dentes quosdam paratos ad prædam criminationis infestæ, peccatorum suorum confessione constringit. Dixit Iudas Iscariothes vt delinqueret sibi. Quid dixit? *Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum*. Hoc dixit, & se ipse proprio ore egit in mortem. Quantos putamus in ipso fuisse terrores, vt sibi ipse tam grauis pœnæ exactor incumberet, & semetipse laqueo strangularet?]

Cessit conscientia lacerationi quam ferre ultra non poterat, ait Chryso-^{a hom. 87.}stomus, ^{in Matth.} ad illud, *concepit dolorem & peperit iniquitatem*. Et alibi præclare ^{in psal.} b [Fieri ^{7.} b epist. 7.

non potest (inquit) vt suæ conscientiæ iudicium effugiant, quod nec vitari, nec corrumpi potest, nec vlllo terrori cedit, nec blanditiis aut pecuniarum largitione labefactatur, nec temporis longinquitate obscuratur.] Addit exemplum fratrum Iosephi, quos tanto post conscientia laceravit. Tum addit, [ad hunc modum etiam Iudas, coarguentem conscientiam minimè sufferens ad laqueum se contulit, eoque vitam sibi ademit. Et quidem, cum impudens illud pactum inire non dubitabat, dicens: *quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* non eos, qui id audiebant, verebatur: (nempe quòd discipulus in magistrum eiusmodi scelera moliretur) nec per eos dies, qui interea fluxerunt, vlllo dolore pungebatur. Verùm ea voluptate, quam ei pecuniæ cupiditas afferebat temulentus, conscientiæ accusationem haud admodum sentiebat, at posteaquam scelus peregit, pecuniàmque sumpsit, ac lucri quidem voluptas finem accepit, criminis autem accusatio vigere incepit; tum denique nemine accusante, nemine vim afferente, nemine cohortante, spõte sua abiens, tum

tum
pro
illis
cau
enim
bat,
tura
tum
post
ctum
& ex
stet a
nifici
lanci
exige
ipsi in
8.
& inf
tanæ
mus a
dit. ^a [
traden
verba
capien
muitq
quit, I
eum fu

rum pecuniam iis, à quibus acceperat, proiecit, tum scelus suum audientibus illis confessus est, his verbis vtens, *Peccavi, tradens sanguinem iustum.* Neque enim conscientiam quæ ipsum coarguebat, ferre potuit. Ea namque peccati natura est, vt priusquàm omnino perpetratum est, hominem temulentia afficiat; posteaquàm autem expletum ac perfectum est, tunc ea voluptas sese proripiat & extinguatur, ac solus iam deinceps stet accusator; conscientia nimirum carnicis locum obtinente, ac peccatorem lancinante, ab eoque extremas pœnas exigente, ac plumbo quouis grauius ipsi incumbente.]

8. Interuenisse porrò in augenda & infigenda peccati notitia operam Satanæ vt affirmabam, idem S. Chrysostomus alibi, egregiè in hunc modum tradit. ^a [*Pœnituit Iudam: peccavi, inquit,* ^{a hom. 10 de pœnit.} *tradens sanguinem iustum.* Audiuit hæc verba diabolus, nouit in melius vitam capientem, ad salutem tendentem, timuitque mutationem. Clementem, inquit, Dominum habet, cum traditurus cum fuerat, plorauit: atque ipsum miris

prouocauit modis , num multo magis
 pœnitentem suscipiet: obstinatum & in-
 correctum allexit & vocauit: num multo
 fortius correctum , & peccatum agno-
 scientem trahet? Idcirco enim crucifi-
 gendus venit. Quid ergo fecit? exterruit
 eum, & obtenebrauit, mœroris magnitu-
 dine, effugauit, persecutus est, quo ad la-
 queum duxit, atque è præsentis duxit, vi-
 tâ, pœnitentiæque proposito priuauit.
 Quod enim si vixisset, & ipse fortè salua-
 tus foret, argumentum ex crucifixoribus
 sumitur. Si enim hos qui eum crucifixe-
 rant, saluauit; & ipse in cruce existens ro-
 gauit Patrem, indulgentiamque tantæ
 audaciæ postulauit : constat quod &
 ipsum proditorem dignè pœnitentem,
 cum mansuetudine suscepisset. Sed ille
 præseruari in medicina non tulit, mœro-
 re nimio absorptus.]

In his Chrysoſtomi verbis, vnum est
 quod interpretatione eget. Neque enim
 primus ille pœnitentiæ motus quem à
 Satana oppressum, ait Chrysoſtomus,
 veræ sinceræque pœnitentiæ fuit; vt
 significare ipse videtur. Et ita quoque
 insinuat Hilarius Diaconus, ^a verbis il-
 lis.

*a inc. 9. ad
 Rom.*

lis. [
 lus,
 uit
 num
 rura
 Non
 man
 crea
 mot
 tent
 tant
 enim
 sibi a
 tent
 lactu
 de ig
 quer
 men
 omni
 sanar
 pura
 gnu
 das a
 cum
 guine
 ueba
 maui

lis. [Iudas post mali totius admissum scelus, pœnitentia motus, laqueo vitam finivit. Non potest enim in aliquo omne bonum penitens obliterari, quippe cum natura non possit immutari, sed voluntas. Non in omnibus tamen causis, quia remanet in natura, quod testimonio sit creatori.] His inquam non obstantibus, motus à Iuda conceptus, non fuit pœnitentiæ veræ, sed spurix, & ex mundano tantum timore conceptæ. Confusionem enim apud homines, ac probrium quod sibi affricuerat ex tam tetro actu, impotenter erubuit, ut apertè tradit Theophilactus^a significantque illa S. Ambrosij,^b de igne alieno peccatum non exurente, quem mundare negat: & de igne consumente qui absterfit culpam Latronis, & omnium à peccatis mundatorum. [Illos sanavit (inquit) in quibus simplicem & puram reperit confessionem; nihil malignum, nihil fraudulentum. Denique Iudas ad remedium peruenire non potuit, cum diceret, *peccavi quòd tradiderim sanguinem Iustum.* Qui alienum ignem voluebat in pectore suo, qui eum inflamauit ad laqueum. Indignus enim reme-

^a in c. 27.
Matth fere
in initio.
^b epist. 3.

dio fuit, quia non intimo mentis conuersus ingemuit, & sedulo gessit poenitentiam. Tantæ enim pietatis est Dominus Iesus, vt & ipsi donaret veniam, si Christi expectasset misericordiam.] Hoc igitur primum est quod in Iudæ poenitentia vitio vertitur; non esse scilicet conuersum ex intimo mentis, sed ex timore tantum mundano indoluiffe de tam tetro facinore id quod etiam notauit Drogo.^a

*a de sacram.
Dom. pass.*

9. Est & aliud quod in Iudæ poenitentia improbant Sancti. Non enim ex fide processit cuiusmodi necesse est esse poenitentiam supernaturalem. Et ipsa verba quibus peccatum suum detestans Iudas, ad Principes Sacerdotum vsus est, monstrant eum de Christo non aliud sensisse, quàm de iusto & puro homine, *Peccauit (inquit) tradens sanguinem iustum.* At hoc non satis erat: cum agnoscere debuisset traditum à se sanguinem Dei, vt S. Leo acute vidit.^b Quid quod in eo etiam turpissimè lapsus est Iudas, sic poenitendo, quod per errorem pinguisimum; & aduersantem fidei, ac legi naturali, mortem sibi manibus suis illatam, pro

*b serm. 1.
de pass.*

pro
hoc
in hu
rum
se in
tis, c
angu
subue
luerit
absit
stabu
forte
tunc
stris,
Vnde
vestra
difficil
re, &
stimar
fent,
rum:
schism
detrun
postre
cos, &
nefanc
vos oc

pro expiatione fore censuit? Obseruauit hoc egregiè S. Augustinus^a exprobrans in hunc modum interfecto-
rum Donatistis, inde iactantibus staturis se in magna constantia. [Maximè stabitis, qui caminis clausis, vos in crudeles angustias coarctatis, vt & qui voluerit subuenire^b, non possit intrare, & qui voluerit euadere, non possit exire. Absit absit vt stent cum magna constantia, qui stabunt cum tam mala conscientia. Nisi fortè arbitramini propterea vobis Deum tunc posse parcere pro sceleribus vestris, quia ipsi vobis modò non parcitis. Vnde etiam quædam sanctimoniales vestræ grauidæ, per saxa se miserunt, & dissilientibus vteris homicidiorum scelere, & stuprorum scelera prodiderūt, existimantes si hoc modo in se vindicassent, nullo iam modo Deum vindicaturum: sicut & vos putatis, qui sacrilegio schismatis & hæresis, vel deprædando, detrucando, excæcando, occidendo, postremò etiam rebaptizando Catholicos, & quælibet alia potuerunt à vobis nefanda committi, isto modo posse, quia vos occiditis, expiari. Sed erratis. Hoc

a l. i. contra Gaudent. c. 36.

putauit & Iudas. An hoc etiam vultis addere documentum, quò certius no-uerimus maiores vestros potius fuisse traditores, quia mortem imitamini traditoris?]

Effectus itaque monstrauit, cuiusmodi fuisset ea pœnitentia. Nam quos verè pœnitet, tametsi admodum anguntur quod Deum offenderint; tamen spes diuinæ miserationis iudicium superexaltantis, eos fouet ac recreat. Cæteroqui enim, vt est apud Pachymerium^a [præstat non pœnitere, quàm pœnitentem desperare. Nam illud stuporis est, hoc æternæ condemnationis.] At Iudas etiã pœnitendo peccauit. Audi Bernardum^b] sit autem & fidelis confessio, vt confitearis in spe, de indulgentia penitus non diffidens, ne tuo te ore non tam iustifices quàm condemnēs. Iudas certè proditor Domini, & Caim fratricida confessi sunt, & diffisi sunt. Alter, *peccaui*, inquit, *tradens sanguinem iustum*. Alter: *Maiores est iniquitas mea, quàm vt veniam merear*. Et verax licèt, nihil eis profuit infidelis confessio.] Infidelem vocat, non fidentem, & de Dei misericordia desperantem

a l. 4. hist.

b serm. 16.
in Cantica.
ca.

tem p
que I
fuit
cata d
non c
mus;
lius sp
tus ex
qualer
& præ
prædis
tum, q
peruen
pœnit
IO.
idem
alibi:^d
catore
esse, v
nec in
à Chr
thimo
sunt ta
indulg
non pe
cui dia
sperati

tem pœnitentiam, ac confessionem. Itaque Iudas, vt est apud S. Augustinum, ^a *ai. ciu. c.*
fuit *exitiabiliter pœnitens*. Non est ædifi- ^{17.}
cata domus eius post captiuitatem, quia
non egit pœnitentiam, ait S. Hierony-
mus; ^b vtique veram & probandam. [*Il-* ^{b in psal.}
lius spiritu, (iuxta S. Leonem ^c) inflamma- ^{94.}
tus exarsit, cui ministerium præbuit, & ^{c serm. 5.}
qualem habuit mentem, talem inuenit ^{de pass.}
& præsidem. Merito sicut & Propheta
prædixerat: *Oratio eius facta est in pecca-*
tum, quoniam consummato scelere, tam
peruerfa impij conuersio fuit, vt etiam
pœnitendo peccaret.]

10. Non est omittendum, quod
idem sanctissimus Pontifex, obseruat
alibi: ^d nepe ex ignorantia diuinæ in pec- ^{d serm. 11.}
catores resipiscentes bonitatis, factum ^{de pass.}
esse, vt Iudas etiam moriendo peccaret,
nec indulgentiam omnibus hominibus
à Christo Pontifice Maximo è crucis
thimo concessam adipisceretur. Verba
sunt tanto Doctore dignissima. [Ad hanc
indulgentiam traditor Iudas peruenire
non potuit: quoniam perditionis Filius,
cui diabolus stabat à dextris prius in de-
sperationem transiit, quàm sacramen-

rum Christus generalis redemptionis impletet. Nam mortuo pro omnibus impiis Domino, potuisset etiam fortè hic consequi remedium, si non festinasset ad laqueum. Sed maligno cordi, nunc furtis fraudium dedito, nunc parricidalibus commerciis occupato, nihil unquam documentorum misericordiae Salvatoris insiderat, nec piis acceptauerat auribus Domini verba dicentis; *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* Et, *Filius hominis venit querere & saluare quod perierat.* Nec intellexerat clementiam Christi, qui non solum corporeis infirmitatibus medebatur, sed etiam vulnera debilium sanabat animarum, dicens paralytico, *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Dicens & oblatae sibi adulterae: *Nec ego te condemnabo, vade & amplius noli peccare:* vt per omnia opera sua ostenderet, in illo aduentu suo, Salvatorem mundi se venisse, non iudicem. A quo intellectu alienatus impius traditor, insurrexit in semetipsum, non iudicio poenitentis, sed furore pereuntis; vt qui vitae autorem intersectoribus vendidisset, in augmentum damnationis suae, etiam morien-

morien-
genti
plici r
speran
ac per
nunci
ponat
nunqu
diabo
tiam t
mit, a
qui C
tentiã
indulg
de illo
Iudas,
set, pe
gentes
ribus,
iustum
deris, e
sit, &
quiden
uit tra
sibi fru
peccat
didit,

moriendo peccaret.] Astipulatur S. Fulgentius ^a [Salubris conuersio (inquit) du. ^a *epist. 7. c.*]
plici ratione consistit, si nec pœnitentia
sperantem, nec spes deserat pœnitentem:
ac per hoc, si ex toto corde quisquam re-
nunciet peccato suo, & toto corde spem
ponat remissionis in Deo: Etenim non-
nunquam aut spem pœnitenti homini
diabolus adimit; aut speranti, pœniten-
tiam tollit: vnum dum onerat, comprimit,
alterum dum eleuat, deiicit. Iudas
qui Christum tradidit, peccati sui pœni-
tentiam gessit, sed salutem perdidit, quia
indulgentiam non sperauit. Denique sic
de illo Euangelista loquitur: *Tunc videns
Iudas, qui eum tradidit, quia damnatus es-
set, pœnitentiã ductus, retulit triginta ar-
genteos, Principibus Sacerdotum & Senio-
ribus, dicens: peccaui, tradens sanguinem
iustum. At illi dixerunt: quid ad nos? tu vi-
deris, & proiectis argenteis in templo, seces-
sit, & abiens, laqueo se suspendit.* Dignè
quidem pœnitentiam gessit, quia pecca-
uit tradens sanguinem iustum: sed ideò
sibi fructum pœnitentiæ denegauit, quia
peccatum traditionis suæ, ipso quem tra-
didit, diluendum sanguine non spera-
uit.

uit.] Vides quos n̄xuos, Patres, in Iudæ
pœnitentiaprehendant.

II. Sed quod dixerunt nonnulli eorum, nominatimque S. Leo proximè adductus, Iudam non potuisse ad indulgentiam Christi meritis indultam peruenire; videri possit fauere quorundam sententiæ, ac nominatim Catharini^a qui Iudam, ex quo in eum intrauit Satanas, planè à Deo desertum & induratum fuisse affirmant: & quod inde consequens est non potuisse Iudam pœnitere, peccati sui. [Non potuit vitare peccatum (ait S. Chrysostomus)^b sic enim de eo ait Spiritus sanctus, & oratio eius fiat in peccatum, ut in eo quod pœnitentię festinauit ad portum, ibi incideret, æternum, & sine reparatione naufragium.] Posteriora hæc verba ostendunt, priora verba non spectare ad peccatum admittendum; sed sensum illorū verborū esse, nō potuisse Iudā vitare peccatū, id est, non potuisse vtiliter pœnitentiā cōcipere, qua peccatū iā admissum excuteret, sed pœnitēdo peccasse. S. Ambrosius^c videtur annuere. [Plerumque (inquit) derelinquit Deus quos vult probari: Penitens autē derelinquit

a l. 2. de
eximia
Christi
prædest.
ante me-
dium.

b serm. 4.
de Iudæ.

c serm. 1.
in psalm.
118. ad v.
8.

quit q
dā: nō
patri
buit, in
dedit,
disset
Nūqu
ctus pr
tur? D
facis, f
tus, qu
Itaque
lam qu
cepit a
iuxta A
pœnite
sē trad
volui. I
cū ai
scelus c
tia desp
erat dig
fulsit lu
gentiar
sicut ill
sperand
se, suffe
suo, hoc

quit quos deserit. Dereliquit penitus Iudæ: nō dereliquit autē sanctū Iob in cuius patrimoniu. Ius tyrānidis aduersario tribuit, in cuius corpus potestatem diabolo dedit, in animā autē non dedit. Nā si dedisset animam, penitus dereliquisset eū. Nūquid nō ideō relictus est Iob¹, vt relictus probaretur; vt probatus, coronaretur? Dereliquit igitur Iudā, cui ai: *Quod facis, fac celerius.* Dereliquit enim penitus, quem sceleris sui permisit effectui.] Itaque cū Iudas ante tempus quo illam qualemcunque pœnitentiam concepit abiectus & desertus à Deo esset iuxta Ambrosium non potuit eum verè pœnitere peccati. Quod videtur expressè tradere in Psal. 39. ad illud, *Deus meus volui.* Idem videtur velle S. Augustinus, ^{a tract. de utilit. pœnit. c. 3.} cū ait. [Iudam traditorem non tam scelus quod commisit, quàm indulgentiæ desperatio fecit penitus interire. Non erat dignus misericordia, ideō ei non fulsit lumen in corde, vt ad eius indulgentiam concurreret quem tradiderat, sicut illi qui eum crucifixerant: sed desperando se occidit & laqueo suspendit se, suffocauit se: Quod fecit in corpore suo, hoc factum est in anima ipsius. Spi-

ritus enim dicitur etiam iste ventus aëris huius. Quomodo ergo qui sibi collum ligant, inde se occidunt, quia non ad eos intrat spiritus aëris huius : Sic illi qui desperant de indulgentia Dei ipsa desperatione intus se suffocant, ut eos Spiritus sanctus visitare non possit.] Eadem verbatim iterantur ^a apud eum alibi. Tandem disertè & expresissimè idem tradit Petrus Babyon, author commentariorum in Matthæum Anselmo adscriptorum; ^b exponens peccatum in Spiritum sanctum. Affirmat enim, Iudam quia à Deo desertus erat, nec pœnitentiæ actum elicere, nec humiliari potuisse, sed obstinatione fuisse detentum.

12. Hæc sententia, restricta ad impossibilitatem pœnitentiæ Iudæ, ob subtractionem auxiliorum, etiam sufficientium propter tanta demerita, ab aliquibus defenditur. Dixi, *ob subtractionem auxiliorum*; quia certum est, non posse negari possibilitatē pœnitentiæ Iudæ ob irremissibilitatem peccati tametsi adeo atrocis. Merito enim S. Chrysostom. ^c ait eam sceleris immanitatem, non excessisse vim pœnitentiæ, quamvis aliis id supra veri fidem sit visum. Quibus verbis

^a hom. 27.
ex 50.

^b in c. 12.

^c in pœn.
priori ad
Theodorū.

fortals
sui rep
pressit
tiæ loc
rantia
loquim
que ip
Deum
dij era
cum.
pœnite
bi bene
rectè vi
tiæ aut
cum si
tam ad
omnino
fuerit p
do atroc
que erro
litis pœ
iustam f
errorem
dum ver
quidem
ad pœni
accipian

fortasè tangit S. Ephrem, qui libro quo
sui reprehensionem & confessionem ex-
pressit, ait, Esau non inuenisse pœniten-
tiæ locum quia sciens ac volens, igno-
rantia & infirmitate seclusis, ac vt passim
loquimur, ex mera malitia peccarat: eâ-
que ipsa ex causa addit, Iudam quia
Deum prodidit cum quo versatus tam-
diu erat, non inuenisse pœnitentiæ lo-
cum. Verùm Esau non inuenit locum
pœnitentiæ paternæ, qua præreptam si-
bi benedictionem reddi postulabat, vt
rectè vidit Isidorus Pelusiot. ^{a 4. epist.} Pœniten-
tiæ autem de peccato, inuenisset lo-
cum si syncerè arripere voluisset obla-
tam ad pœnitendum gratiam. Et idem
omnino poterat Iudas, quantacumque
fuerit peccati eius & malitiæ in peccan-
do atrocitas. Neque puto id posse abs-
que errore negari. Negatio tamè possibi-
litate pœnitentiæ Iudæ, ob auxiliõrum
iustam subtractionem; nullum continet
errorem. Aliquos enim cum in profun-
dum venerint ita desereri, vt ne stillam
quidem diuinæ miserationis, seu gratiæ
ad pœnitentiam excitantis, ac iuuantis
accipiant, sententia est quam D. Augu-
stinus

stinus de Pharaone tradidit. Cùm ergo Iudas non minùs obdurato pectore Dei benignitatem tanto tempore respuerit quàm Pharaon; æquè dignus fuit qui omni diuinæ gratiæ rore careret, efficere-
túrque impotens ad omnia supernaturalia opera, quæ absque gratiæ suppetiis elici nequeunt.

13. Nihilominus iuxta sententiam Patrum propè omnium, quæ nulli omnino peccatori sufficientia salutis auxilia ad finem vsque vitæ negari asserit; & de diuina bonitate, toties & tam luculenter in scripturis testata piè sentiēs, neminem ab ea prorsus despici affirmat, donec cognominatur hodie, (quæ sententia vt mitior & Deo dignior, ita omnino vera mihi videtur) dicendum est, Iudam potuisse, si voluisset, pœnitentiam peccati idoneam & legitimam concipere. Id quæ apertè supponunt SS. Leo, ^a Ambrosius, ^b Gaudentius, ^c Hieronymus, ^d Fulgentius, ^e Nyssenus, ^f Chrysoctomus: ^g & quotquot Iudæ improperant quod de diuina bonitate diffusus, malè pœnitens à reste, peccati admissi remedium petierit. Aliquos infra dabo. Asterius verò apud

a *serm. 1.*

b *7. 7.*

c *16 de pass.*

d *l. 2. de*

e *pœnit. c. 5*

f *l. de pa.*

g *rad. c. 8.*

h *serm. 13.*

i *de nat. Do.*

k *mini.*

l *dialog. 3.*

m *contra*

n *Pelag.*

o *epistol. 7.*

p *ad Venant.*

q *c. 5.*

r *serat. in*

s *eos qui a-*

t *cerbius in-*

u *dicāt pec-*

v *catores.*

w *g hom. 83.*

x *in Matth.*

y *7. 69. ac*

z *80. in lo-*

aa *an.*

apud
tuisse
dem
nisi fu
dens r
niam
sequi
etiam
tiam r
pti sur

14.

pro p

illud E

li. Si

[Non

fuit hu

si quic

perinc

mei De

fecisse

sum pl

quæ ia

ctus est

anima

quam

natum

sermon

Tom

apud Photiũ, ^a disertè habet, Iudam potuisse pœnitentiam concipere. [Equidem arbitror (inquit) Iudam proditorem, nisi sui carnifex fuisset, si ad genua accedens misericordiam deprecatus esset, veniam quæ omni petenti conceditur, consequuturum fuisse. Testes sunt ij qui etiam de crucifigentibus ad pœnitentiam reuersi, & pœnitendo salutem adepti sunt.]

14. Origenes item ^b latè pugnat pro possibili vera Iudæ resipiscentia ad illud Ioannis, *aspiciebant se mutuo discipuli.* Sic enim ait de Iuda præter cætera. [Non syncerè à peccato resipuit, neque fuit huius malitia ad aliquid boni impossi- si quidem enim sincerè resipuisset, atque perinde ac Latro ille, qui dixit, *Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum;* fecisset quæ ad ipsum pertinebant, & Iesum placatum redderet ob proditorem quæ iam præcesserat, veniæ compos factus esset. Quod si omninò expulisset ab anima sua boni notionem, haudquam resipuisset videns Iesum condemnatum, imò illum accusans addidisset, sermones similes proditoni. Quinetiam

fruens, ceu argenti cupidus, argenteis triginta quos acceperat pretium appretiati, neque voluisset argenteos proiicere, neque etiam retulisset Principibus Sacerdotum, & Senioribus, neque etiam illis ipsis peccatum suum fassus fuisset, seipsum accusans, & Magistrum laudans dicendo, *peccaui, tradens sanguinem iustum.*] Sic eo loco Origenes. In eandem rem est etiam alibi apud eundem insignis locus ^a [Recipientibus (inquit) dedit eis potestatem filios Dei fieri: non recipientibus, dat adhuc spatium recipienti. A nullo enim aufertur possibilitas credendi Dei Filium, & possibilitas essendi Dei Filium. Hoc enim in arbitrio hominis, & cooperatione gratiæ constitutum est.] Sic Origenes. Apertè itaque sentit, Iudam non modò non fuisse naturæ malæ, & impotentis bonum agere, quòd latè confirmat contra Gnosticos, ^b argumenta ducens ex hac Iudæ poenitentia: sed etiam sentit, eum potuisse redire in gratiam, per veram poenitentiam supernaturalem: quæ est, vt dixi, communissima inter Patres ferè omnes sententia, de quocunque peccatore viatore.

^a hom. 2. in
diuersos.

^b tract 35.
in Matth.

Nec

15
sunt,
ra in
retul
ad de
citate
atque
uenie
niten
deser
to im
rum o
licèt
vera c
cation
quod
tantus
chium
candi
penè
cipio
Iobi d
est qui
[Omn
quid f
carcer
prema

15. Nec qui allegati in contrarium sunt, dempto Pseudoanselmo, sunt reuera in ea rigida sententia contraria quam retuli: Sed tantum eo modo locuti sunt, ad demonstrandam peccati Iudæ atrocitatem, & abyssum in quam præcepit, atque adeò difficultatem summam reueniendi ad gratiam per salubrem pœnitentiam. Alias verò quidam Patres, per desertionem Iudæ, & exeundi à peccato impotentiam, subtractionem auxiliorum omnium efficacium designât: quod licet absque auxilio efficaci dari possit vera conuersio, & pœnitentia ad iustificationem idonea per auxilium sufficiens, quod alioqui non esset sufficiens: tamen tantus sit hominis qui in illud hypobrichium ruit, languor; tanta ex inolito peccandi usu ad remeandum difficultas; ut penè videri possit impossibilitas. Sic accipio S. Gregorium^a tractantem illud *a xi. 1707.*
Iobi de Deo, si incluserit hominem, nullus^c 5.
est qui aperiat. Ita enim ratiocinatur.
[Omnis homo per id quod malè egit, quid sibi aliud quam conscientia suæ carcerem facit? Ut hunc animi reatus premat, etiamsi nemo exterius accuset.

Qui cum iudicante Deo in malitiæ suæ cæcitate relinquitur, quasi intra semetipsum clauditur, ne euadendi locum inueniat, quem inuenire minimè meretur. Nam sæpè nonnulli à prauis actibus exire cupiunt, sed quia eorundem actuum pondere premuntur, in malæ consuetudinis carcere inclusi, à semetipsis exire non possunt. Et quidam culpas proprias punire cupientes, hoc quod rectè se agere æstimant, in grauiores culpas vertunt: fitque modo miserabili, vt quod exitum putant, hoc inclusionem inueniant. Sic videlicet reprobus Iudas, cum mortem sibi contra peccatum intulit, ad æternæ mortis supplicia peruenit, & peius de peccato pœnituit quàm peccauit. Dicatur ergo; *si incluserit hominẽ, nullus est qui aperiat*, quia sicut nemo obstitit largitati vocatis, ita nullus obuiat iustitiæ relinquentis. Includere itaque Dei, est clausis non aperire. Vnde & ad Moysen dicitur de Pharaone: *Ego obdurabo cor eius*. Obdura-requipe per iustitiã dicitur Deus, quando cor reprobum, per gratiam non emollit. Recludit itaque hominem quem in suorum operum tenebris relinquit.]Hac ratio

ratio
que a
alio
sibili
vt no
astru
mam
ctum
bus n
tur pe
suffic
ta, ve
Al
pœni
terat
rudin
more
dum
emot
sorpt
deret
deuin
lore t
num.
tum &
& ad
ex pro

ratione accipienda sunt, ferè quæcun-
que apud Patres, siue de Iudæ, siue de
aliorum immanium peccatorum, impos-
sibili pœnitentia, interdum leguntur. Ita
vt non propriè dictam impossibilitatem
astruant, sed tantùm difficultatem sum-
mam; aut infallibilem pœnitentiæ defe-
ctum ob subtracta efficacia auxilia, qui-
bus negatis, nunquam de facto concipi-
tur pœnitentia, quamuis posset per sola
sufficiencia, nulli vnquam prorsus nega-
ta, verè concipi.

Abiecta itaque vera ac supernaturali
pœnitentia quam concipere omnino po-
terat, tactus Iudas inani nec nisi simili-
rudinaria pœnitentia ex mundano ti-
more, interuentu Satanæ mirum in mo-
dum amplificato; vt quem leuitate &
emotione mentis primùm deiecerat, ab-
sorptum nimio mœrore æternùm per-
deret, soluto rationis per æstum peccati
deuinctæ, veluti somno: non dissimili do-
lore tactus est, quàm Cain iuxta Cassia-
num. ^a Abiit ergo ad Principes Sacerdo-
tum & Seniores, vt Matthæus ^b testatur;
& adiisse ad eos in templum, colligitur
ex projectis in templo argenteis. Vbi ali-

^a 9 de in-
fir. c. 9.
^b c. 27.

qui, moras in Iudæ pœnitentia male ne-
 ctunt, quasi ex eo quod Iudas Principes
 Sacerdotum ac Seniores in templo con-
 uenerit, sequatur eum multo post quàm
 obiit Christus, pœnitentia ductum retu-
 lisse argenteos. Instabant enim constan-
 ter apud Pilatum, vrgentes Christi mor-
 tem: atque adeò à templo aberant om-
 nes omnino. Id quod author quæstio-
 num Veteris ac Noui Testamenti ^a pla-
 nè admittit. Verùm ea dilatio pœnitentię
 Iudæ mihi videtur contra simplicitatem
 narrationis Euangelicæ. Vt quid enim
 Matthæus, post Christi per Iudæos ad-
 ductionem ad Pilatum, priusquàm Chri-
 sti apud Pilatum accusationes referret,
 illud interseruisset, *Tunc videns Iudas, pœ-
 nitentia ductus;* &c. Ego quod tunc fa-
 ctum dicit Matthæus, tunc planè accipio
 contigisse: cum nihil obstat, quominus
 simplicissimè cortici literę adhæreamus.
 Et ita quoque disertè Sedulius. ^b At aber-
 rant à templo Principes Sacerdotum &
 Seniores, satagentes circa frequens ma-
 lefictum? Aberant sanè magnam par-
 tem; non tamen ad vnum omnes. Nec
 mirum ex tot tantisque examinibus Sa-
 cerdo

à q. 94. ex
 Nomo Test.

h. l. s. pas-
 cha.

cerd
 cis s
 festo
 luc
 sti.
 cit, l
 nisse
 proi
 Ac s
 pe a
 locu
 pecc
 tunc
 cõfe
 potin
 adite
 perio
 loci
 conc
 tiam
 quoc
 Abs
 iure
 cipe
 nior
 temp
 ibi p

cerdotum, vnum aliquem in ordine vicis suæ ministrantem, celeberrimo annifesto affuisse in templo, cùm ad eos illuc Iudas venit per tempus iudicij Christi. Quanquam neque hoc Scriptura dicit, Iudam ad Sacerdotes in templum venisse; sed tantùm argenteos in templo proiecisse: quæ duo, sunt longè diuersa. Ac si alterutrum asserendum esset, nempe aut Iudam alibi quàm in templo allocutum Sacerdotes & Seniores quibus peccatum suum confessus est; aut non tunc cum Christi causa agebatur eam cõfessionem apud illos edidisse; dixerim potius Iudã alibi cõfessum; postmodùm adito templo, ne pecunia ab eis recusata periclitaretur, proiecisse eã in tẽplo vbi loci sanctitate tuta esset; quàm non tunc concepisse de Christo prodito pœnitentiam, cum Christi causa excuteretur: quod omnino videtur velle Matthæus. Absque incommodo tamen, imò omni iure (vt monstraui) dicitur, Iudam Principes aliquos Sacerdotum & aliquos Seniorum in tam celebri die offendisse in templo, cùm pecuniam pactam & datam ibi procecit.

16. Erit cui difficultatem faciat, quod in Prophetia de hoc pretio dicatur, proiectum in conflatorium, aut in fornacem: cum tamen Euangelista, argenteos projectos aperte prodat in templo. Neque verò admodum arridet conciliatio illa quæ ex Eusebij interpretatione peti potest cum ait. [Porrò etiam illud contemplare, num fornax dicta sit domus Domini, propterea quod in templo Dei quasi in fornace conflatoris, animos ex diuinorum sermonum calore atque igne transformari contingit, aut alioqui non puros, dum tanquam in fornace igne explorantur, redargui. Idcirco Aquila dum ita conuertit, *Et proiecit argentum in domo Domini ad figulum*; planè nos docet quemadmodum diuinum verbum, instar figuli: habitet in domo Domini, & eorum qui illuc accedunt animas informet, ac renouet.] Hanc interpretationem, & ei subnixam conciliationem diffidentium in speciem locorum, minus probò; quòd mystica tantùm sit; nec dubium videatur, quin ager figuli, siue fornax, aut conflatorium, aliud ad literam sit

al. 10 de
demonstr.
in quarta

fit qu
tuari
da e
temp
tur,
ctus
quam
plo.
agru
etiam
confl
flator
agru
flator
Euang
cohæ
argen
17.
tem,
de pur
sto &
publi
refudi
pro ne
denti,
lere. Q
Christ

fit quàm templum Domini, in quo statuarius aut figulus conflat. Quare tenenda est interpretatio illa; qua proiectio, in templo simul & in fornacem facta dicitur, vt Symmachus^a ab Eusebio adductus vertit. Nimirum quia proiectio tanquam in loco & termino facta est in templo. Quia tamen proiectio ibi facta, in agrum figuli ac fornacem cessit; rectè etiam dicitur facta, non in fornace vel conflatorio, sed in fornacem aut in conflatorium: hoc est ad comparandum agrum in quo antea fornax fuerit, & conflatorium ad figlina opera. Sicque locus Euangelistæ cum loco Prophetæ probè cohæret, & perspicuè intelligitur verè argenteos à Iudæ in templo proiectos.

17. Ibi enim sceleris sui atrocitatem, pro ea quam de Christo tanquam de puro quidem homine, sed tamen iusto & sancto, conceperat, existimatione, publicè detestatus; malè partum lucrum refudit, proiciens in templo mercedem pro nequitia persolutam nocte antecedenti, mox ab admissio in Christum scelerè. Qua in re monstratum est, quantum Christi patientia potuerit, quæ saxum

a ibidem.

a in psalm.
39.

ad eam diem Iudæ cor, derigelcere voluit inter eas contumelias & perpeffiones quibus ad mortem suam proludi fuit. Notatum est id egregiè à S. Ambrosio, ^a qui simul addit, quàm hæc Iudæ confessio officij cõmonuerit Sacerdotes [Patientiam Domini(inquit de Iuda)ferre non potuit quimaieftatem prodidit, adeò vt sibi ipsi tanti sceleris reatus non posset abluì. Itaque abiit, pecuniam refudit, hoc est condemnauit avaritiam suam tantæ impietatis authorem, pretium perfidiæ sinagogæ reddidit. Non excusatur proditor, qui pœnitentiæ locum inuenire non potuit: sed aceruatur sacrilegium Iudæorum qui etiam proditoris vocibus arguuntur. Ille suum crimen agnouit, dicens quòd tradiderit sanguinem iustum. Isti & pretium sceleris receperunt, & acrioribus studiis iustitiæ principem persecuti sunt. Ideò ad istorum omnium perpetuam condemnationem, Latio crucifixus absoluitur; quia ille Christum in suppliciis agnouit suis, quem isti in beneficiis non agnouerunt: & peccatum suum confessus est Christo qui sciret ignoscere: quia in cru-

ce

ce fu
quo
non
meu
rem
te lu
tere
mitt
est;
qui r
mus
valid
enim
cusal
cipes
dicio
sang
refur
fuit,
Ec
lacion
vend
se ex
guen
gustin
Chri
quan

te sua, regnum Domini mente concepit, quod in conuiuio Christi, Iudas videre non potuit.] Idem ^a ad illud, *pretium* ^{a in psal.} *meum cogitauerunt repellere*, ita in hanc ^{61.} rem disserit. [Quando pretium referente Iuda proditore, Iudæi in loculum mittere noluerunt, dicentes: *non licet nobis mittere in loculum, quia pretium sanguinis est*; damnatur hic iudicio suo proditor, qui refudit pretium quod accepit, infirmus ad sacri muneris testimonium, sed validus sceleris sui testis. Vnusquisque enim grauior accusator est sui, & inexcusabilem in se fert ipse sententiam. Principes Synagogæ, suo condemnant se iudicio. Profitentur enim pretium esse sanguinis quod dederunt, dum arguunt refundentem. Nam si recipiendum non fuit, nec soluendum fuit.]

Eodem quoque modo S. Hilarius, ^b *re-* ^{b com. 32.} *latione illa argenteorum, & peccati per-* ^{in Matth.} *uendentem detestatione, consultum esse excitandis ad pœnitentiam & redarguendis Iudæis, annotauit. Addit S. Augustinus, ^c magnum quoque innocentia* ^{c in psal.} *Christi datum hinc fuisse testimonium,* ^{63.} *quando ipsum Iudam pœnituit quod*
Chri

Christum tradidisset, & lucrum in quod
tam auidè inhiarat, quòd ob illud, San-
ctum & iustum perdidisset, abiecit.

18. Cæterum durities quæ malè
mollitum Iudam, peius obfirmavit; Iu-
dæos quoque ne à peccato vel à coope-
rario & consorte sceleris admoniti auel-
lerentur, effecit. Itaque de more huius-
modi conductorum, scelere Iudæ in ope-
ra quam locarat neglecto, quasi ad ipsos
nihil attineret proditio, ad quam vltro
accurrerat malus proxeneta cuius vltra
vltus non esset; vix auditum, repellunt:
reponentes sua parùm referre, quid mi-
fero iam fieret, nec ad se eius culpam si
qua foret pertinere. Mox tamen iidem,
quod S. Ambrosius^a rectè vidit, sacrile-
gam mercedem inferre in carbonam re-
cusantes, Christi innocentiam, & Iudæ
scelus, atque adeò suam quoque nequi-
tiam qui Iudam conduxerant, professi
sunt: in eo planè detestandi, quod per
summam hypocrisim respuentes repo-
nere in sacro ærario turpem mercedem
tanquam contaminatam; eam tamen
proponere, & illius propositione ad tan-
tum scelus quod corde versabant, Iudam
exci

^a in c. 22.
Lucæ l. 10.
in Lucam.

excit
hanc
tanu
[Qu
Quid
deliu
licet
quod
Con
ius fu
fangu
illa v
quod
mitti
tes so
cruen
simul
pit, q
tatur
time
laciæ
rum r
fangu
ita de
dissim
centi
nis no

excitare, nihil extimuerint. Inuehitur in hanc hypocrisim Cyrillus Hierosolymitanus. ^a Et benè in hunc modum S. Leo ^b *catech.* [Quid hac specie religionis iniustius? ^{13.} ^b *serm. 6. de pass. c.* Quid hac clementiæ simulatione crudelius? Qua lege Iudæi quod vobis non licet facere, licet velle? Qua ratione, quod corpora polluit, corda non lædit? Contaminari occisione eius metuitis, cuius super vos & super filios vestros fundi sanguinem postulastis, &c. Talis etiam illa vestra obseruantia fuit, vbi pretium quod vobis Christi venditor reportauit, mitti in gazophilacium noluistis, cauentes scilicet ne sacros oculos pecunia cruenta pollueret. Cuius cordis est ista simulatio? Sacerdotum conscientia caput, quod templi arca non recipit. Refutatur illius sanguinis taxatio, cuius non timetur effusio? Quantislibet vos ita fallaciæ contegatis vmbraulis, inutum est rum traditore commercium, quo iustum sanguinem, sicut non licuit comparari, ita debuit non effundi.] Augustinus non dissimiliter. ^c [Qualis (inquit) illa innocentiae simulatio fuit, pecuniam sanguinis non mittere in arcam, & ipsum sanguinem] ^{c in psal. 63.}

guinem mittere in conscientiam? Hoc verò fuisse in amentia sitim currere, dictum scitè est à S. Ambrosio, ^a quum pretij sui repulsam à Christo prænucciam apud Psalterem, ^b huc accommodat.

^a l. 5. de f. dec 7.

^b psal. 61.

^c Act. 1. d. 27.

^e 3. in Marcio. c. 23. f. c. 59.

Sic in sacrum ærarium non admissam mercedem iniquitatis, consilio inito destinarunt ad coëmendum agrum figuli in sepulturam peregrinorum; quem idcirco ex pretio vocatum Haceldama, hoc est agrum sanguinis testantur SS. Petrus ^c atque Matthæus ^d qui cùm connotato tempore quo scribebat, addat eam appellationem agro inditam, perseverasse vsque in hodiernum diem, non obscure significat agrum coëmptum & sic denominatū fuisse multò ante quàm ea scriberet: alioqui incommodè illum loquendi modum vsurparet, de re quæ iam per moram notabilem non perstitisset. Sic factum existimat Tertullianus, ^e impleta Isaia ^f propheta, quæ pronunciarat dandos diuites pro sepultura: diuites inquam, qui à Iuda traditionem redemerant; hoc est eorum pecunias, per ipsosmet in id opus collocatas. Coëmptus ergo est ager nō ita multo post restitutam

tuta.
mùn
stin
per e
in ea
cesse
ptari
oblat
corbe
stum
quibu
ter in
muni

19
spicu
teos,
confi
currit
in aua
tori,
Iudan
scribit
falsus
& tra
manc
piens
ditor

tutam pecuniam, quæ fortassis cum primùm restituta est, ad eum vsum est destinata. Neque enim quòd consilium super ea re initum dicitur, de congregato in eam rem vniuerso concilio accipi necesse est: cùm potuerit iampridem captari occasio coëmendi agri, eaque tum oblata ex superflua illa pecunia quam in corbonam inferre non liceret, suggestum ab aliquibus sit (iis ipsis fortassis quibus Iudas restituerat), posse eam vtiliter in talem vsum conferri, idque communi consensu firmante, ratum fuerit.

19. Cùm autem scriptura, tam perspicuè doceat proiectos à Iuda argenteos, & ipsos Sacerdotes emisse ex eis consilio inito agrum figuli, mirum occurrit qua ratione exciderit Prudentio^a in auaritiæ & largitatis conflictu, & Aratori,^b & quæ plus moror D. Augustino,^c Iudam fuisse qui agrum emit. Ita enim scribit S. Augustinus. [Iudas ille, malus & falsus discipulus, venalis & venditor, fur & traditor, emptus à Iudæis, vt cum eis mancipium esset diaboli pretium accipiens de illo qui non habet pretium, venditor sanguinis Christi ex ipso pretio vt

^a in *Psychom.*

^b l. i. in *Acta v.*

95.

^c tract. de *4. serinc.*

3.

fcri

scriptura narrat, emit sibi agrum figuli, ut is qui hæreditatem integram Christum non habebat in cœlo, partem aliquam habere vellet in sæculo, quam nec ipsam possedit, quia sceleris tanti facti sibi met conscius, collum sibi alligauit, & prostratus in faciẽ, diruptus est medius. Ager tamen ille qui ab eo comparatus est, vocatus est ager sanguinis, quoniam ex pretio comparatus est tanti sanguinis. Vendidit discipulus sanguinem Magistri, & emit exinde agrum figuli. Quid est hoc? Putamus dilectissimi vacare hanc actionem, in illa venditione vel emptione, vel in ipsa Christi mystica passione? Comparauit, ait scriptura, *Iudas agrum figuli, & vocatus est ager ille ager sanguinis.*] Scriptura, disertè (ut dixi) contrarium tradit. Tantùm videri potest fauere Apostolorum Princeps, ^a vbi agens de sufficiendo in Iudæ locum Apostolo, ait, Iudam, qui gradu exciderat, *possedisse agrum de mercede iniquitatis.* Verùm hic Hebraismus est, quo possedisse dictus est Iudas, quia possidere fecit. Quod S. Gregorius ^b & Beda notarunt, adducto simili loco ex Iobo ^c dicente, *abominabuntur*

^a Actor. 1.

^b 1. mor. c.
9. Et in eũ
Actorum
locum.
^c cap 9.

me

me
mir
Ro
ide
pall
mus
illuf
das
quit
tis e
de C
iudic
iudic
prob
tata
se, c
dis,
vifita
Iudas
eius
ipse
quan
20
ad au
fuisse
habui
minis
Ton

me vestimenta mea: Id est facient me abominabilem. Nec dispari loquendi modo Rom. 8. dicitur, *spiritus postulat pro nobis:* id est postulare nos facit. Quò recidit hypallage, quam in verbis quæ expendimus, agnoscunt, & ex aliis scripturæ locis illustrant nonnulli: iuxta quos dicitur Iudas possedisse agrum de mercede iniquitatis, quia ager, de mercede iniquitatis eius, possessus est. Sicut apud Isaiam de Christo dicitur, quòd in humilitate iudicium eius sublatum est, quia humili iudicio, siue abiecto supplicio & morte probrosa, est affectus. Et ossa Ioseph visitata dicuntur, & post mortem prophetafse, quia Ioseph de ossibus suis asportandis, & secutura Dei post mortem suam visitatione, prophetauit. Similiter igitur Iudas possedisse agrum dicitur, quia ex eius mercede, ager possessus est à Iudæis, ipse autem neque eum possedit tanquam proprium, neque comparauit.

20. Eum agrum S. Hieronymus, ad australem plagam montis Sion, situm fuisse testatur: additque Adrichomius habuisse à tergo montem eiusdem nominis mediocriter altum, iactu lapidis à

^a a de locis
Hebr. ex
Act. Apost.
^b b in de
script. Hie.
rus. Chri-
sti temp.
216.

piscina superiore distantem. Eius medium S.Helenā Magni Constantini matrem quatuor muris longitudine septuaginta duorum, latudine quinquaginta pedum, includi curasse, ac superius concamerari testitudine septem foraminibus patente; per quæ defuncta Christianorum peregrinorū corpora demitterentur. Quorsum verò figuli ager dictus sit, anxie rimantur aliqui Actor. i. & in c. i. i. Zach. cum tamen non difficile dici possit; dictum fuisse agrum figuli, quia verè figuli cuiusdam erat, à quo emptus sit: vt propterea Zacharias, decorum illud pretium, projiciendum dicat ad statuarium, siue figulum; quia ei vendenti agrum erat cessurum huiusmodi pretium. Potuit & figuli ager dici, quia ex eo figuli ad fingenda vasa, effodiebant terram: aut quia erat continens polyandrio communi, quod erat ad portam figuli, siue fictilem; vt eam vocat Hieremias. Quid si etiam à fragmentis fictilium vasorum eò asportatorum, dictus est figuli ager, vt Villalpandus^a cum Maldonato philosophatur, comparans eum Romano monti doliolo; siue testaceo; sic dicto, quod totus

a p. i. at-
par. l. 3. c.
25.

tus
flet
ide
agr
vt S
Æli
con
tio
tem
ea te
agr
cim
V
sepu
deo
mam
enim
mam
mult
crific
fuit a
chris
tos,
cond
ta, v
tur, q
daos

tus testarum figularū fragmentis constat, sitque idcirco cultura inutilis. Vnde idem autor infert, potuisse huiusmodi agrum etiam si Hierosolymę vicinum, & ut S. Hieronymus ^a ait, intra terminos *asupra.* Æliæ, qui prisca Hierosolymæ prope continentes erant, constitutum; emi pretio argenteorum triginta, ob exiguitatem & inutilitatem; iuncta argenti per ea tempora caritate; ob quam Hieremias agrum fructiferum argenteis septemdecim comparasse legitur.

Vsus in quem ager coemptus est, fuit sepultura peregrinorum. Hos passim video, intelligi aduentantes Hierosolymam religionis causa Iudæos. Quod enim nefas illis esset extra Hierosolymam sacrificare, non dubium quin permulti vndecumque Hierosolymam sacrificij causa confluerent. Vnde facile fuit aliquos ibi vita excedere, & sepulchris propriis in quæ inferrentur destitutos, egere communi cœmeterio quod conderetur. Hebræi enim Hierosolymitæ, vel in propria sepulchra inferebantur, quibus priuari, habebatur apud Iudæos maxima calamitas, ut sæpè in Ve-

teri Testamento significatur; vel si qui erant tenuiores, committebantur communi cœmeterio, quale aliquod in tam populosa vrbe fuisse, pro tenuibus qui patria & propria sepulchra nulla haberent, videtur indubitatum.

21. Verùm hæc ipsa ratioeinatio conficere videtur, peregrinos quibus cõdendis ager ex pretio sanguinis Christi addicebatur, non fuisse religione Iudæos. Neque enim paucos illos peregrinos eiusdem religionis ac gentis, quos contingeret Hierosolymis diem obire, verisimile est exclusos à Iudæis fuisse tenuiorum Hierosolymitarum polyãdriis. Aut quomodò tot ante sæculis quibus Iudæi Hierosolymam commeabant religionis ergo, & ibi nonnulli identidem sine dubio abiiciebant corporum exuvias; prouisum nullo modo fuisset, ut aliquod esset ad huiusmodi Iudæos peregrinos condendos cœmeterium nisi in publicum agrum quo tenuium Hierosolymitarũ corpora sepeliri mos erat, inferri consueuissent? Itaque probabilissimum est, peregrinos illos, ^{ἕτεροι} fuisse planè exteros, & alterius non tantùm re.

gio

gion
proi
pul
trac
acto
Reg
pra
Hier
rieba
in p
rum
dera
tio,
relig
Hier
de c
teos
bat,
figul
tura
noru
agru
se in
hil
nere
H
Deu

gionis, sed etiam fidei ac gentis: quorum proinde cadaueribus, contaminari sepulchra sua & cœmeterium, Iudæi arbitrarentur. Cum autem à paucis annis, abacto è Iudæa per Romanos Archelao Rege, & Iudæa in prouinciam redacta, præfidiarij aut publici administri, plures Hierosolymis degerent; & qui ibi moriebantur propriis sepulchris destituti, in publica aut etiam in priuata Iudæorum sepulchra per vim inferrentur; intererat iam pridem Pontificibus ea cogitatio, vt locum aliquem, externorum alia religione ac gente mortem obeuntium Hierosolymis, sepulturę addicerent. Vnde opportunè relatos per Iudam argenteos, quos inferre in corbonam non licebat, visum illis est collocandos in agrum figuli, in huiusmodi peregrinorum sepulturam. Quam interpretationem peregrinorum, insinuat S. Hilarius cum ait, ^a agrum ex Christi pretio emptum, cessisse in vsum alienorum. Iudæam verò nihil habuisse quod ad eam in illo pertineret.

Hanc verò Iudæorum destinationem, Deum ratam habuisse, scribit supra Adri-



a aduer-
sor sacro.c.
133.16 44
b flagelli
c 49.

chomus, & à Cerda^a ac Finus,^b referentes, mirandam esse terræ illius agrivim, quæ intrâ viginti quatuor horas corpora absumat, & ossa planè in pulverem redigat; ac etiam in Romanum campum sanctum asportata, peregrinorum duntaxat corpora admittat, incolarum respuat: non secus ac Hierosolymitana terra, Galli fratris Iuliani Apostatæ, quia pius princeps erat, substructiones admittebat, non item quæ à Iudæis & Iuliano inædificabantur, vt Nazianzenus & alij testantur. Sed hæc de vi terræ agrillius Romam asportatæ, fabulosisitatis reuincunt qui Romæ vixerunt. Quare quanta esse debeat reliquæ illius narrationis fides, iudicet prudens Lector.

c can 32.
in Matth.

22. Iuxta eam porrò quam protuli, magisque probavi peregrinorum interpretationem, splendidius micat mysterium, siue vt loquitur S. Hilarius,^c *magnum prophetiæ sacramentum, & plena miraculi meditatio*, qua Spiritus sanctus, vt nihil nobis ex iis quæ ad Christum quoquomodo spectabant, vacaret fructu, voluit pecuniam qua Christus venditus fuerat, impendi in requiem peregrino

grinorum. Vt inde constaret, Christum iuxta S. Epiphanium, ^a & Petrum Damiani, ^b esse Sabbathum nostrum, quod S. Chrysostomus ^c docet esse Sabbathum ex Sabbatho. Nam idcirco mortuus est in parasceue Sabbathi, vt liqueret, mortem eius, esse quietis mortalium præparationem, sicut Damascenus ^d optimè dixit. Quanquam non omnibus mortalibus, quietem fructuosè & quoad efficaciam parauit sanguis Christi: sed dumtaxat peregrinis, & extraneis à lege Iudæica, vt considerat S. Ambrosius ^e pleniusque S. Maximus. Qui agrum figuli interpretatus mundum vniuersum, qui Dei factoris nostri est possessio, affirmat mundum vniuersum pretio sanguinis Christi coemptum; quamuis requies per Christum parata, non nisi peregrinis obtingat. Peregrinis inquam, [qui erant sine domo, sine patria, & toto orbe exules iactabantur, requies Christi sanguine prouidetur, vt quibus non est in mundo possessio, in Christo sit sepultura. Istos autem peregrinos, quos esse dicimus, nisi deuotissimos Christianos, qui renunciantes seculo, & nihil possidentes in

a *heres.*

30.

b *l. 2. epist.*

5

c *homil. 6.*

in ad Heb.

d *orat. de*

Sabbatho

sancto.

e *in c. 22.*

Luc. in f.

f. homil. de

Iudæa tra-

ditore.

mundo, in Christi sanguine requiescunt? Christianus enim qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem. Ideo autem peregrinis, Christi sepultura promittitur, ut qui se à carnalibus vitiis, tanquam peregrinum & alienum custodierit, is Christi requiem mereatur. Sepultura enim Christi, quid est aliud, nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, & tanquam hospites in hac luce versamur, sicut ait Apostolus, dicens: *Etenim dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino.* Peregrini inquam sumus, & nobis Salvatoris sanguinis pretio, empta est sepultura.] Non dissimilia Rupertus,^a & pulchrè S. Ephrem^b & Augustinus. E contrario autem Iudæos quia noluerunt in carbonem admittere pretium sanguinis Christi, id est, quia illud repudiarunt, exclusos esse à requie peregrinorum, & factos esse Deo advenas & Christo peregrinos, pie admodum meditatur S. Ambrosius.^d

23. Liceat hic, quando sic impensum in requiem nostram Christi sanguinem videmus, exclamare cum Augustino^e [Quid egit vesana impietas Iudæorum,

^a in c. 26.
 Matth.
^b serm. de
 margar.
 pretiosa t.
 3. pag. 67.
^c in appè.
 dice tomi
 10.
 din psal.
 61.

^e l. 2. de
 symbo act.
 ad catech.
 c. 6.

rum, quia inuitati non solum venire noluerunt, sed insuper sponsum occiderunt: Quid egit iniquitas Iudæ, qui eum vendidit, à quo redemi debuit? Ecce nec Iudas tenuit pretium, nec Iudæi quem comparauerant Christum. Illi dico, ubi est quod accepisti? Iudæo dico, ubi est quod emisisti? Illi dico quando vendidisti, tunc te decepisti; isti dico, quòd emisisti possidere non potuisti. Exulta Christiane in commercium inimicorum tuorum, tu vicisti: quod Iudas vendidit, & Iudæus emit, tu acquisisti. Exulta exulta sponsa Ecclesia, quia nisi ista in Christo facta essent, tu ab illo formata non esses. Venditus redemit te, occisus dilexit te. Et quia te plurimum dilexit, mori voluit propter te.]

Concludo cū Drogone, pia ad Deum pro huiusmodi sepultura interpellatione [Da mihi Domine portionem in terra viuentium, in sepultura peregrinorum, in agro Aceldama, quia pretio magno tui sanguinis emptus est, ibi enim sepulti sunt omnes Patres nostri qui super terram hanc aduenæ fuerunt & peregrini. Ibi Abraham pulcherrimam coniugem

suam Sarram in sepultura duplici sepelivit. Sed quid est quod nec gratis agrum ipsum accipere voluit, nec in electis eorum sepulchris mortuum suum sepelire? Quia nec sine pretio sanguinis Christi, gratis se per seipsum saluandum credidit; nec bonum sibi æstimauit esse si in fœtentibus mundi sepulchris habitaret. *In electis*, ait, *sepulchris nostris sepeli mortuum tuum*. Habet mundus electa sepulchra; illos utique quos elationis fastigium, vel superstitionis operositas perspicios reddit. Tota Ægyptus sepulchris plena est: neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus. Illa sepulchra in deserto desiderabant filij Israël: *Deerant nobis*, inquit, *in Aegypto sepulchra, ut cadauera nostra iaceant in deserto nuda & inhumata?* In talibus sepulchris noluit mortuum suum sepelire sanctissimus Patriarcha: Sed ubi? in spelunca duplici: ubi spes bonorum operum, & amor contemplatiuæ requiescit: ibi enim & Lia condita iacet.]

Iudæ informe lethum ; & cum morte prima, mors secunda, omnium calamitatum conflugem subsequuta.

CAPVT XIII.

I. **P**ROIECTIS in templo argenteis, Iudas, quod S. Matthæus ^a disertè tradit, ac. 27. abiens laqueo se suspendit. Absorptus enim mœrore, & diram conscientia ex scelere admissio lancinationem non sustinens, quia sine spe timuit, vt rectè obseruat S. Agobardus, ^b b epistola ad bonen Rhemensem de spe & timore. c iur. 27. laqueum vitæ prælegit, præ pusillitate animi, vt ait Antiochus. ^c Nimirum proponens sibi secuturas fannas & oprobriū id quod Theophilactus notauit. Eā enim iustissimā infamiā impos sustinere, laqueū sibi ipse iniecit. [Ista est sæculi tristitia (ait S. Hieron. ^d) que ducit ad d in e. 5. Anos. mortē, qua Apostolus nō vult perire eū qui cum vxore Patris fuerat fornicatus: qua & Iudas periit infelix, qui abundantiore absorptus tristitia, proditori homicidium

cidium copulauit, & homicidium omnibus peius homicidiis: vbi putabat remedium, & mortem suspendij finem malorum, ibi leonem & vrsus & colubrum reperiret. Quibus nominibus videntur mihi significari, vel diuersa supplicia, vel ipse diabolus, qui rectè & leo, & vrsus, & coluber appellatur.] Ita Hieronymus; existimans completum in Iuda illud Amos, *Quomodo si fugiat homo à facie leonis, & incidat in eum vrsus: & introeat in domum, & innitatur manibus suis super parietem, & mordeat eum coluber.*]

Tunc planè *conuersus est dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendit*; quod de Achitophèle & Absalone ad literam scriptum, S. Chrysostomus^a bellè quoque, in Iudam cadere affirmat. Retortam item in Iudæ verticem, quam Christo irrogauerat iniquitatem, S. Leo^b cum eo expostulans, ita scribit. [Scelestior omnibus Iudas, & infelicior extitisti; quem nō pœnitentia reuocauit ad Dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Expectasses consumptionem criminis tui, & donec sanguis Christi funderetur pro omnibus peccatori

^a in psal.
7.

^b serm. 3.
de pass.

toribus, informis lethi suspendium distul-
lisses. Cùmque conscientiam tuam, tot
Domini miracula, tot dona torquerent,
illa saltem te à præcipitio tuo sacramen-
ta reuocassent, quæ in Paschali cœna,
iam de perfidia tua signo diuinæ scien-
tiæ detectus, acceperas. Cur de eius bo-
nitate diffidis, qui te à corporis & sangui-
nis sui communione non repulit? qui ti-
bi, ad comprehendendum se, cum turbis
& armatorum cohorte venienti, pacis
osculum non negauit? sed homo incorri-
gibilis, spiritus vadens & non reuertens,
cordis tui secutus es rabiem, & stante
diabolo à dextris tuis, iniquitatem, quam
in Sãctorum omnium armaueras caput,
in tuum verticem retorsisti: vt quia faci-
nus tuum, omnem mensuram vltionis
excesserat, te haberet impietas tua iudi-
cem, te pateretur tua pœna carnificem.]
Hunc illi iustum exitum, prouidè omnia
disponès Deus permisit obtingere, quod
S. Gregorius^a sic considerauit. *Tempus* a 18. mor.
posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse c. 17.
considerat. [Vniuersorum nomine, & ele-
ctos voluit, & reprobos comprehendi.
Nam bona faciens & ordinans Deus;
mala,

mala verò non faciens, sed ab iniquis facta, ne inordinatè eueniant, ipse disponens, considerat vniuersorum finem, & patienter tolerat omnia, atque intuetur electorum terminum, quòd ex malo mutentur ad bonum. Intuetur etiam reproborum finem, quòd de malo opere, dignum se trahantur ad supplicium. Vidit finem persequentis Sauli, quòd prostratus diceret: *Domine, quid vis me facere?* Vidit finem quasi obsequentis discipuli, quòd pro commisso scelere guttur laqueo stringeret, seque & peccantem puniret, & deterius puniendo deciperet.]

2. Ut autem de funesto proditoris exitu, & condigno sceleris eius in hac & altera vita supplicio, distinctè differamus, stabiliendum in primis est, tempus ac genus mortis eius. Nam circa vtrumque variatum est sententiis. Quanquam quoad tempus mortis, si S. Matthæi verba expendantur, non videtur superfutura dubitandi occasio. Siquidem S. Matthæus, post descriptam matutinam Iudæorum coitionem, & adductionem Christi vinceti ad Pilatum, subdit. *Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damna-*

*tus esset, retulit triginta argenteos, &c. Et proiec-
tis argenteis in templo, abiens laqueo
se suspendit.* Quæ verba simpliciter acce-
pta, apertè ferunt, Iudam tum demum
agnito scelere de Dei bonitate diffi-
sum, remedium angorum quibus lacera-
batur, à recte petiisse eo ipso tempore,
quo Christus adductus est ad Pilatum, &
Iudas ex Iudæorum tumultu & damna-
tione apud Caipham, omnibus vnanimi-
ter pronunciantibus Christum mortis
reum esse, præfagiuit iudicij euentum
apud Pilatum, cuius erat damnationis
sententiam firmam & ratam ferre. Nam
quominus verba illa *videns quòd damna-
tus esset*, accipiam de iam lata per Pila-
tum sententia, facit; quod Matthæus
cùm dixisset manè factò Christum ad
Pilatum fuisse raptatum, addit; tunc Iu-
dam proiecisse argenteos, & abiisse ad
suspensum. Moxque describit Christi
apud Pilatum quæsitæ & responsa; præ-
electionem Barrabæ, flagellationem
emendatoriam, tandèmq; damnatio-
nem. Quæ omnia constat non esse facta,
tunc cùm Iudas argenteos triginta retu-
lit; hoc est, cùm manè Christus adductus
est

est ad Pilatum, quod fuit præcisè tempus aditi per Iudam templi, vn de ad suspensum rectâ tetendit.

Hinc colligi videtur, cùm ea mira quæ Christi mortem circûsteterunt, non incoeperint ante horam sextam, quæ fuit hora Christi in crucem acti; ac Iudas multò ante pecunias in templum retulisse, & ad laqueum abiisse legitur; causam acti in desperationem Iudæ, & remedij angorum à laqueo petiti, non fuisse illorum prodigiorum inspectionem, vt significant verba illa S. Hilarij. ^a

^a can. 32.
in Matth.

[Ita mortis Iudæ tempus est comparatum, vt sub passione Domini commotis infernis, supernisque omnibus & reuulsis, & in obliuionem officij sui vniuersorum elementorum procuratione stupefacta: nec inter mortuos visitaretur; nec inter viuos post resurrectionem, haberet pœnitentiæ facultatem.]

^b in spec.
histor. l. 7.
c. 39.

3. Aliqui apud Vincentium, ^b fuerunt Iudam audita Christi resurrectione quam non sperabat, gulam sibi fregisse. Sed hoc est apertè confictum, absque vllò in scriptura fundamento: imò contra simplicitatem narrationis

Mat-

Matthæi. Et disertè S. Hieronymus ad illud, ^a *resuscita me, & retribuam eis*, ait ^{a psal. 40.} antequàm Christus resurgeret ultionem apprehendisse Iudam. Multò minùs probanda est sententia Autoris qq. Veteris & Noui Testamenti, ^b qui supponens ^{b apud Aug. t. 4 p. 2. 9. 94.} Iudam non potuisse ante horam nonam ullum Sacerdotum in templo reperire, cum omnes sceleris necdum perfecti consummationi inhiarent; reliquo illius diei tempore negat licuisse per occupationes Sacerdotibus, à Iuda relatum pecuniam accipere, præsertim cum vespere illius diei essent, (vt ait) acturi Pascha Sabbatho autem lex nummorum portatione interdicebat. [Ac per hoc (inquit) improbable; id est, incompertum & quod probari nequeat, est apud me, quo die, imo quo tempore, laqueo vitam finierit Iudas Iscariothes.]

Hæc illatio nobis non videtur cum Evangelica narratione benè cohærere, ideòque reijcienda est. Fundamenta autem quæ ad eam præmittuntur, ruinosa sunt, & in superioribus euersa. Nã ostensum est, nihil esse, vnde habeatur è tot Sacerdotum classibus ac centuriis, nul-

lum prorsus in tanta festiuitate manè in templo affuisse. Imò verò affuisse satis multos, prudenter æstimanti apparebit plusquam probabile. Vt autem gratis da-remus neminem manè in templo affuisse, quis credat numerosas illas occupationes, per quas non licuerit Sacerdotibus, reliqua die, ad pauca Iudæ verba attendere, & proiectam ab eo pecuniam colligere? Quod hic author addebat de Paschate, vespere eius diei celebrando, est omnino fabulosum. Iudæi enim Pascha celebrarant vespere præcedentis diei, siue Luna 14. ad vesperam: Falsusque haud dubiè est scriptor iste, ex eo quòd Ioannes^a ait, Iudæos manè noluisse in Prætorium intrare, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. Verùm hoc Pascha, non esse accipiendum de agno Paschali quod erat Pascha simpliciter dictum, sed de sacrificiis Paschalibus per octiduum illud celebratis, quæ minus moræ postulabant, iam supra dictum est. Equè absurdè addebat idem autor, non potuisse referri pecunias Sabbatho. An enim erat tantum pondus triginta argenteorum, vt non

non licuerit onus illud exportare die Sabbathi: itaque neque conclusio ab auctore illo proposita, neque firmamenta quibus nititur, probanda sunt: sed standum sententiæ propositæ; quæ videtur à S. Matthæo insinuata. Hunc porro auctorem longè alium esse ab Augustino (ne quem eius authoritas concutiat) extra dubium est; & patet ex hac ipsa re in qua versamur. Nam germanus Augustinus, ^a disertè agnoscit, paucos esse factos Iudæ dies, quia ante Christum obiit, cum Latrones sint mortui post Christum: falliturque Autor commentarii Hieronymo adscripti in Marcum, ^b qui ^{b.c. 25.} Latronem reprobum, ait præiuisse Iudæ in infernum.

4. Priusquàm igitur Christus Dominus abriperetur ad indignissimam necem, Iudas ad dignissimum sceleribus suis exitum properauit. Qua ex causa tristitiæ superpondium adiunctum est immanitati illi dolorum qua tunc Christus vrgebatur, vt piè admodum perspexit Gabr. Biel ^c quamuis id in scripturis ^{c tract. de pass. p. 30. art. 1.} proditum non sit, vt alia pleraque quibus piè exercemus ingenium, & pietatibus

tem fouemus circa Christi passionem. Commentatur ergo Gabriel, ex Iudæ suspendio quod Christum non latebat, cor piissimi Magistri acerbissimo vulnere fuisse transfixum; multoque atrocius fauciatū, quàm iis quibus per eum temporis articulum vexabatur raptationibus ad varia tribunalia, & illis calcibus, ac impactis per ministrorum petulantiā alapis. Quid enim durius benignissimo pectori accidere potuit, quàm inchoato iam redemptionis opere, & pugna aduersus Satanam mox conterendum, & internecione delendum, eam à Satana cœtui suorum inflictam plagam tolerare, vt quem è duodecim primoribus totius Ecclesiæ esse voluerat, totque ac tam eximiis prærogatiuis ornauerat, eum Satanas Christo insultans absorberet, & cibum electum voraret, ita vt iam cœpta in ablutionem peccatoris, & mundi totius expiationem, sanguinis effusio, irrita quoad eum abiret & fructu vacua? Mœrorem quidem ille prodendo iniecerat, vsque eò vt S. Chrysostomus quod turbatum Christum ea de causa dixit Ioannes, ^a accipiat de fuis per Christum la-
chry

chrymis miseratione proditoris, tanto scelere impiantis. Eodémque pulcherrimè Eusebius ^a aptat bonam partem Psalmi 54. præsertimque verba illa, *contristatus sum in exercitatione mea*, vel ut ipse legit, *in nugatione mea*. Ita ut sensus sit. Tristatus sum, quia tēpus tām malè per me in Iudæ collocatū vidi, & cōturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris, id est Iudæ. Extrema tamen Iudæ iniquitas, qua in Spiritū sanctum peccauit, & fontem sibi diuinæ benignitatis volens occlusit, multo acerbior Christo accidit, quòd impius sui carnifex, ea in seipsum immanitate, & diuinæ miserationis abiectioe, omnem circa se Christi laborem cassum, fœda illa clausula effecisset, & viam qua ad Deum reueneret, illuc vsque expeditam & patentem, æternū occlusisset. Quod ergo Christus Dominus, corpore licèt absens, extremum Iudæ exitium clarè perspiceret, magna inde ad eius dolores accessio facta est, quæ super dolorem Christi vulnerum, additio, eò fuit acerbior, quod infœlix in voluntarium interitum præcepit adiudicante nemine.

5. Aggrauarunt hinc feralitatem exitus Iudæ, varij Patres, iuxta quos ipse sibi iudex, sibi carnifex, (nec poterat digniorem sortiri) nouo scelere & cumulo infœlicitatis factus est. [Domini traditorem (ait S. Maximus) non inuenio à iudice esse damnatum. Non enim eum damnat Pilatus, non damnat populus, sed quod est grauius, se ipse condemnat, & cessante iustitia iudicatur. Quê enim alter iudicat potest vtcunque esse excusabilis; reus autem sine excusatione est, qui conscientie suæ iudicio condemnat. Quem alter iudicat, potest quandoque à suo iudice sperare indulgentiam; qui seipse iudicat, à quo indulgentiam postulabit? Referens enim Iudas Dominici sanguinis pretium, ait Iudæis. Peccauit quod tradiderim sanguinem innocentem. Magnum igitur Dominicæ innocentie testimonium est, dum accusator eius & confitetur de scelere, & reus est de mercede. Dum enim miser refudit venditionis pretium, putat se facinoris sui soluere posse contractum. Sed nec iste absoluitur. Dum enim author venditionis suæ reus est, constat istos scelera-

tum

a serm. 2.
de iudicio
Christi
collato cū
Susanna,
iudicio.

tum eum sacrilego iniisse con tractum.
Sua ergo sententia Iudas proditor con-
demnatur. Mirum fortè sit vobis quòd
non eum populus iudicauerit, non præ-
ses addixerit. Hoc sacrilegi solet esse iu-
dicium, vt impietatem suam dum recor-
datur & puniat, scelus suum dum reeo-
gnoscit, & vindicet. Omnium enim su-
pergreditur sententias, qui à sua con-
scientia, sua sententia condemnatur.]
Chrysostomus non dissimiliter ^a [Reum
se sibi ipse constituit, & de seipso conti-
nuò iudicauit.] Et eodem recidit, quod
Cassianus ^b vocat Iudam Biorhanatum,
vt infra exponam.

*a serm. 3.
de Iuda.*

*b 7. post. c.
14.*

Quam denique hoc sit horrendum, sic
de se iudicasse Iudam, intelligi potest, ex
iis quæ S. Augustinus, ^c damnans sæuien-
tes in seipsos, ita scribit. [Si Iudæ factum
meritò detestamur, eumque veritas iu-
dicat, cum se laqueo suspendit, scelera-
ræ illius traditionis auxisse potiùs quam
expiasse commissum, quoniam Dei mi-
sericordiam desperando, exitiabiliter
pœnitens, nullum sibi salubris pœniten-
tiæ locum reliquit: quantò magis à sua
nece se abstinere debet, qui tali suppli-

*c 1. ciuit.
c. 17.*

cio, quid in se puniat, non habet? Iudas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit: & tamen non solum Christi, verumetiam suæ mortis reus finiuit hæc vitã, quia licet propter suum scelus, alio scelere suo occisus est.] Neque hoc fuit animam ponere vt S. Bernardus ^a piè admodum considerauit. [Potest (inquit) humana vesania sibi ipsi in mortem sceleratas inijcere manus, sed non hoc est ponere animam suam: Vrgere eam magis, & violenter abrumpere, quàm ad nutum ponere est. Tibi impie Iuda, misera planè facultas fuit, non ponèdi animam sed perdendi, nec tradente te, sed trahente laqueo, nequissimus ille spiritus tuus exiuit, nõ emissus à te, sed amissus.]

6. Pœna quam de se lump sit proditor, à Matthæo refertur, laqueus. Ple- nius de ea pœna Princeps Apostolorum, in concione quam habuit ad Matthiæ subrogationem in Iudæ Episcopatum sic loquens de Iuda: ^b *possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius & diffusa sunt omnia viscera eius, & notum factum est omnibus habitatibus Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua*

^a serm. in
feria 4.
hebdom.
pœnosa

^b Actor. 1.

gu
nis
fiat
qu
dit
fus
ligu
latu
non
niu
cess
priu
loru
puit
Pap
cen
in h
tum
non
tran
func
ter,
quã
hæc
aded
gred

gua eorum Haceldama, hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum, fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui habitet in ea. In his verbis disertè traditur, Iudam collum laqueo inseruisse ac suspensum fuisse.

Ex iisdem tamen, Græci nonnulli colligunt, Iudam non fuisse laqueo strangulatum, atque adeò genus mortis eius, non fuisse suspendium. Audi Oecumenium^a. [*Iudas suspensio è vita non discessit, sed superuixit. Deiectus est enim priùs quam præfocaretur. Idque Apostolorum acta indicant, quod pronus crepuit medius. Hoc autem planius scripsit Papias, Ioannis Apostoli discipulus, dicens: Ad magnum impietatis exemplum in hoc mundo permansit Iudas. In tantum enim corpore inflatus ut progredi non posset, cum currus leni cursu pertransiret, curru compressus est, ita ut effunderentur eius intestina.*] Et continenter, alio modo narratum (ab aliis utique quàm à Papias) exitum Iudæ, refert in hæc verba idem Oecumenius. [*Corpore adeò inflatus est, ut neque posset progredi quàm currus leni cursu pertransibat.*

^a in c. 1.
Astorum.

Imò ne solius quidem capitis tumor ferri ab eo poterat. Siquidem & palpebras oculorum eius, adeò intumuisse ferunt, ut lumen omnino videre non posset. Oculi verò illius, neque ^{si in p̄as} nempe instrumenti medicorum adminiculo, apparere possent, tanta profunditate ab exteriori aspectu erant separati. Genitale verò illius membrum, omnia excedebat obscœnitatem ac magnitudinem. Porrò sanies ac vermes contumeliosè confluentes, & toto ipsius corpore ferebantur, egredientes per scela loca secretiora. Post verò multa tormenta & vltiones, cum in suo prædio (ut aiunt) mortuus esset, præ fœtore, prædium illud desertum permansit, & non habitatum vsque in hodiernum diem. Sed neque ad hoc vsque tēpus locum illū quisquam præterire potest, nisi obturatis manu naribus.]

7. Hæc postrema, cum deserta Iudæ commoratione, & nullius habitatione in ea, probè consentiunt. Priora autem, videtur posse esse vsui ad exponendam disruptionem ab Apostolo assertam. Nam si Iudas suspensio periisset, non crepuisset medius, nec diffusa fuisset

sent omnia eius viscera. Experimur enim suspendiosos non crepare medios. Itaque crepitus ille videtur posse ad compressionem ex curru referri. Nisi quis cum Theophilacto dicat. ^a [Quòd posuit quidem collum suum in laqueum, & cum penderet ab arbore, inclinata arbore superuixit, Deo volente ipsum vel in pœnitentiam conseruare, vel in translationem & confusionem. Dicunt enim quòd morbo hydropico laborarit, ita vt transire non potuerit orbitam, & deinde cecidisse prouum, & crepuisse medium, hoc est disruptum esse, vt dicit Lucas in Actis.] Possit etiam quis dicere cum Euthymio ^b [quòd agnitus à quibusdam, depositus est, ne præfocaretur. Deinde postquam in secreto quodam loco, modico vixisset tempore, præceps factus siue præcipitatus, inflatus, disruptus, ac diffusus est medius, & effusa sunt omnia viscera eius, sicut ait liber Actorum.]

Quid si verò hic est ille in Iudam gladius Domini, quo periisse Iudam, ex Zachariâ probat Dionysius Alex. ^c verbis illis. [Scriptura continet, quòd *edificans Dominus Ierusalem dispersiones Israël congrega*

^a in e. 27.
Matth.

^b suo cap.
67. in
Matth.

^c epist. contra Pauli
Samosat.

gregabit. *Ædificauit tertia die sanctos lapides qui à fundamento fuerant reuoluti. Sancti enim lapides, fundamentū dimiserūt & dispersi sunt alius aliò. Idcirco ait Zacharias Propheta, gladius exurge super pastorem & super virum ciuem eius: percutite pastorem & dispergentur oves gregis.* Necessitas vocat me, vt dicam super quem pastorem gladius exurgit, & quis est vir ciuis eius. Et sicut gladius Gedeon in Madianitas, eodem modo supplicium Dei in Iudam. Gladius Gedeon super Madian: gladius verò Dei super Iudam, qui rexit viros suæ ciuitatis. Aduerte quòd vir ciuis, Iudam significat pastorem, id est ducem in prodicione Domini. Viros ciuitatis eius (quasi diceret nequitia ipsius) vocat Iudæos ab eo ductos. Et mercedem dignam operibus suis recepit, gladio percussus Dei. Quod quidem cum Propheta præcognosceret, per spiritum elocutus est. Ac vide quòd inuisibiliter percussit eum gladius Dei: *Et effusa (inquit) sunt viscera eius.* Dissecta Dei gladio; quando quidem ipse fecit vt pastor Israël, à Iudæis percuteretur, qui digni fuerunt ciuitate ipsius prodito

ditoris. Percussus est pastor, & dispersæ sunt oves gregis, sed à mortuis tertia die suscitatus Deus Israël. Dominus noster dispersos ædificauit in se, templum sanctum, lapides pretiosos: paleas autem, igni inextinguibili tradidit. In his verbis Dionysius Alexand. non videtur alienus à proposita Græcorum posteriorum, & Papiæ sententia, quæ Iudam laqueo sublatum negat.

8. Nihilominus, verba Matthæi aperte ferunt, Iudam non modò laqueo cololum inferuisse, sed etiam laqueo suffocatum obiisse. Verbum enim Græcum *ἀποκτείνω* quo vitur, sonat strangulationem & elisionem faucium, cum interclusione spiritus, quam mors excipit. Nec voces Græcæ quibus S. Petrus ^a Iudæ mortem expressit *ἀπέκτενον*, contrarium ferunt: quamuis ex eis, Græci prædicti, & eos sine alio examine secuti Latinorum nonnulli vt Comestor, ^b aliorum abducti videantur. Qui enim strangulantur, proni obeunt quod illa Apostoli verba sonant. Eum quem protuli verborum Matthæi sensum, tradunt passim Patres, nominatimque Anastasius Sinai

^a Act. 1.

v. 18.

^b in histor.

act. 6.

162.

a l 6 in e-
xiem.
b in Tra-
gedia Na-
xianzeno
adscripta.
c serm. 3. de
Iuda.
d serm 3.
e 16. de
pass.
f tract. de
viti. penit.
g l 2. rela-
tes ubi Eu-
sebio 5 hi-
stor. c. 15.
h l 4. hist.
Euang.
i l de locis
sanctis c.
4
j Actor. 7.
k l 1. in
Act. Apost.

Sinaïta, ^a Apollinaris, ^b Chrysoſtomus, ^c
Leo, ^d Auguſtinus. ^e Sed & S. Irenæus ^f
mortem Montani & Maximillæ qui ſu-
ſpendio perierāt, describēs, ait eos com-
muni cū Iuda letho occubuiſſe. Cōcinit
Iuuenicus, ^g qui notat ficum fuiſſe è qua
proditor pependit, & eam ſuo tempore
ſuperfuiſſe, prodit Beda ^h malè proinde
quibuſdam apud Marianam ⁱ ex lambu-
co pependiſſe Iudam exiſtimantibus.
ſtrangulatum item Iudam, cecinit in
hunc modum Arator ^k addens pulchram
rationem talis lethi.

-----*Noſtis quia proditor amens,
Mercedem ſceleris ſoluit ſibi. Fada
noxa*

*Horruiſe ſua, ſtringens in gutture
vocem,*

*Exemplo ceſſante ream: qui parte necari
Promeruit, qua culpa fuit crimēque
peractum.*

*Iudicio tali permisit membra furori,
Aëris in medio communi ut poneret
hoſti,*

*Debita pœna locum: cælum terrāque
perofus*

*Inter utrumque perit. Nullis condenda
ſepulchris* *Viſce*

*Viscera rupta cadunt, tennesque elapsus
in auras*

*Fugit ab ore cinis. Non hæc vacat ultio
Iudæ.*

*Quæ suprema negat, vindictæque mer-
cis iniquæ*

Sic placitura venit.

Eadem habet Prudentius ^a describens ain Pjg-
choma-
chia. auaritiæ cum largitate conflictum. Ad-
scribo item verba Bedæ quibus non dis-
similem rationem sic pereuntis Iudæ as-
signauit ^b [Dignam sibi pœnam traditor b in c. t.
A. Forum
ad v. 18. amens inuenit, vt videlicet guttur quo
vox proditiõnis exierat, laquei nodus ne-
caret. Dignum etiam locum interitus
quæ fuit, vt qui hominum Angelorûm-
que Dominum morti tradiderat; cœlo
terræque perosus, quasi aëreis tantum-
modò spiritibus sociâdus, iuxta exëplum
Achitophel & Absalon qui Regem Da-
uid persecuti sunt, aëris medio periret.
Cui vtique satis digno exitu, mors ipsa
successit; vt viscera quæ dolum proditi-
õnis conceperant, iuxta caderent, &
vacuas euoluerentur in auras. Cuius si-
millima pœnæ mors, Arrium hæresiar-
cham damnasse refertur, vt quia ille hu-
mani

manitatem Christi, iste diuinitatem extinguere moliebatur, ambo sicut sensu inanes vixerant, sic quoque ventre vacui perirent.]

*a ferm. 8 in
psal qui
habitat.*

9. Nec prætereundus S. Bernardus^a [Pulchrè omnino Petrus Apostolus, filium perditionis in locum suum abiisse testatus est, quod in aëre crepuerit medius, aëriarum collega potestatum, ut potè quem veri Dei & veri pariter hominis, qui de cælo venisset operaturus salutem in medio terræ; huius inquam, proditorem, nec cælum reciperet, nec terra sustineret. Itaque oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.]

*b in histor.
Astorum
9.*

Tandem, piè admodum Matthæus Westmonasteriensis, genus lethi Iudæ assignatum confirmans, ita philosophatur consentitque Comestor.^b [Exiuit diabolus cum anima illa sordida, & immunda per ventrem Iudæ, non per os eius, sicut introierat per buccellam; ut sic parceret ori quo Seruatorem osculatus fuerat. Non enim tam viliter debuit inquinari, quod tam gloriosum os, Christi scilicet, contigerat. Dignum erat, ut vis-

cera

cera
pta
dit
enit
culp
corp
men
tuus
tibu
vt se
min
que.
pœn
retus
adma
preffi
conu
tum
riam
Iudæ
nus li
to de
thi, no
orsum
10
rem d
super
Tor

cera quæ prodicionem conceperant, rupta caderent; guttur etiam quo vox prodicionis exierat, laqueo ardetaretur. Sæpè enim modus pœnæ exprimit modum culpæ: Vnde abscinditur homini caput corporis, quia ipse sibi abscidit caput mentis, id est, rationem. Sic & Iudas mortuus est in aëre, tanquam aëris potestatis sociandus. Congruum enim erat, ut separaretur ab Angelorum atque hominum regione, qui infensus erat utriusque. Et ideò modus & locus congruit pœnæ.] Quid verò sibi voluit Theodoretus cum dixit ^a [Iudas cum diabolum admisisset in seipso, supplicium illius expressit.] Sicut Moyses (de quo agit) ex conuersatione cum Deo, radiosum vultum retulit, & mundicordes Dei gloriam suscipiunt. Quomodo supplicium Iudæ supplicium Satanæ exprimat, minus liquet: nisi dicamus, ut Satanæ ex alto deiectus est, ita & Iudam, informis lethi, nodum trabe ab alta neccentem, deorsum actum, periisse.

10. Cæterum suspensio accedentem disruptionem Iudæ, existimarim ex supernaturali causa, potius quam ex natura.

a in au-
thent. A.
ctuum A.
postolor.
conh. i.
c. 9.

turali processisse: contra quam sentit Antonius Peres, ^a qui dicit experimento compertum esse, patibularios, sagittarum telis confossos, & omnes qui post strangulationem diu pendent, vehementer tumescere atque inflari. Quòd si ad laqueum præcedat effrenis ira, vel exundans tristitia, quibus plerūque illa rumpuntur, æquè ac per stomachi grauitatem extraordinariam, nihil facilius esse, quàm vt præcedenti affectu vehemētissimo, debilitata viscera, superueniente suspendiosi inflatione, rumpantur. Itaque cum Iudas suspendio perierit, & præ mœrore immani ad laqueum cucurrerit, colligit autor prædictus, Iudam visolius suspendij, ex summa animi amaritudine assumpti, disruptum fuisse; seclusa quavis supra naturæ vires ad vilcerum effusionem, causatione. Sic ille. Verùm si hæc ita esset, oporteret omnes quotquot amarissimo animo præ desperatione ad laqueum confugiunt, rumpi medios, quod constat non contingere. Quare ab Angelo Domini malo, medium scissum Iudam, non videtur dubitandum. Et nisi peculiaris aliqua ex morbo anteriore dispo

dis
con
rim
laq
ra, v
si na
diu
fuis
vide
illis
ptis
rum
dem
dalo
bens
runt
peltu
rione
decin
ius pa
cione
tatus
ledid
plurin
torqu
quid

dispositio cum longè extraordinario
connifu interuenerit non aliter fense-
rim, de eo cui in conatu ad mortem ex-
laqueo oppetendam, disrupta sunt visce-
ra, vt ex teste fideli narrat Sancius.^a

*a actor. 1.
v. 18. inf.*

I I. Sic periit, homo cui bonum erat
si natus non fuisset: & ita periit, vt omnis
diuinæ & humanæ maledictionis scopus
fuisse à patrato prodi Christi scelere
videatur: Vt intelligi potest ex triginta
illis maledictionibus Psalmo 108. descri-
ptis, quas pro numero triginta denario-
rum, Iudam intus & extrà sicut diploi-
dem operuisse, Petrus Damiani ad Ca-
daloum de Iudæ germanis vnum, scri-
bens, ^b ac Beda ^c aliique ex eis annota-
runt. Sed distinctissimè ac sigillatim Ru-
pertus ^d vocans hanc *damnosam decima-
tionem*, quia trecentorum denariorum
decimatio, est tricenarius. Eo psalmo, cu-
ius partem S. Petrus, ^e de Iudæ pro con-
cione de electione Matthiæ est interpre-
tatus; vt nō sim anxius in illis triginta ma-
ledictionibus sigillatim appendendis,
plurima omnino in Iudam veluti tela in-
torquentur; de quibus vt generatim ali-
quid dicam, duo præmoneo.

*b l. 1. ep.
vlt.
c in cap. 1.
Actor.
d in cap.
27. Matt.
e libro 2.
in Denter.
c. 6.
c Actor. 1.*

a ser. 109.
de temp.

Vnum est, specie quidem imprecationis, plurima eo psalmo in Iudam pronunciari, re ipsa autem dici ad designandam certam Dei voluntatem, cui accommodatur Prophetæ diuinitus illustrati assensio iuxta illâ planè egregiam Diui Augustini doctrinam. ^a [In verbis quidem figura optantis apparet, sed intelligitur præscientia nuntiantis. Sicut enim quædam in scriptura Prophetarum, tanquam in præteritum facta narrantur, cum futura prædicantur: ita quædam tanquam voto dicuntur optantis: sed qui rectè intelligunt quod audiunt, visionem prænuntiantis agnoscunt.] Et mox propositis plerisque exemplis futurorum, verbis præteriti temporis expressorum, sic concludit. [Omnia tanquam præterita dicuntur, & futura prædicantur. Sicut ergo in verbis præteriti temporis futura facta significantur; sic in figura optantis, prænuntiantis mens intelligenda est. Sic & de Iuda Domini traditore, tanquam optat ei Propheta, quod venturum esse prædicit. Et de ipsis Iudæis, fiat, inquit, mensa eorum in laqueum, & in venationem & in scandalum. Quod

de

de his prædictum esse, sine dubitatione exponit. Sicut de Iuda, quæ sub eadem figura prænunciata sunt, Apostolus Petrus commemorat. Nec sine causa, & quæ futura sunt, tanquam transacta dicuntur. Deo enim sic certa sunt, ut iam pro factis habeantur. Et tanquam optans, videtur dicere Propheta quod certum prævidet esse venturum; nihil aliud, quantum mihi videtur, ostendens, nisi nobis non debere displicere cognitam sententiam Dei, quam fixam immobilémque constituit.] Similia luculenter in eandem sententiam ad illud Psalmi 5. *indica illos Deus.*

12. Alterum quod præmittendum dixi, est in eo Psalmo variari plerumque personam; & nunc in singulari nunc in plurali numero, fieri allocutionem. Quod ita enodat S. Ambrosius in simili numeri mutatione quæ habetur Psalmo 43. [Quid est quod interdum ex persona unius, interdum ex persona plurimorum Psalmus hic dicitur? Quid sibi vult ista mutatio, quæ frequenter in Psalmis reperitur sicut & in centesimo octavo Psalmo? &c. Quod videtur in centesimo

octauo Psalmo, aliud ad populum Iudæorū referri, aliud ad Iudam proditorem. Quando pluraliter dicta, ad populum, quando singulariter ad Iudam. Habet id ipsum Rupertus, ^a non dissimiliter. Æquè commodè dixeris, etiam in numero multitudinis notatum Iudam, qui omnium in Christum noxarum quibus Iudæi lorduere, particeps fuit.

Prænunciantis itaque non imprecantis spiritu, eo propè toto Psalmo 108. David ærumnas & calamitates omnigenis, infœlicissimum proditorem inuoluturas, graphicè describit. Quas ne in rem alterius instituti diutiùs cogar excurrere, S. Hieronymus ibi, & S. August. ^b luculenter Iudæ aptant & explanant. Omnium autem summa ac veluti breuiarium est quæ v. 18. & 19. continetur. Nimirum quia Iudas dilexit maledictionem, veniet ei, & elongabitur ab illo benedictio, quã noluit. Induet maledictionem sicut vestimentum, & intrabit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Operi & illū sicut vestimentum & præcinget eum sicut zona. His metaphoris Spiritus sanctus, vndecun-
que

*a lib. 4 de
operib. Spi.
S. c. 1.*

*b in priore
eiusdem
ps. expositi-
tione.*

que occupatum maledictione Iudam, aptissimè expressit. Nam & in externis bonis, quæ vestimento & zonæ respondent, calamitosissimus fuit: & ad interna quoque peruasit maledictio, non secus ac aqua & oleum; nullusque in eo relictus est locus, immunis ab infœlicitate & calamitate. Maledictionũ in Iudam toto prope hoc Psalmo intortatum (Scariothicas vocabant vt videre est apud Gretserum ^b) tantus olim fuit terror, vt quem omnibus diris deuotum ac exterminatum grauissima aliqua ex causa vellent; hoc veluti carmine adhibito percellerent. Sic Chilpericus apud Aimoynum ^b infensus Prætextato Rothomagensi Præfuli, petiit ab Episcopis vt legerentur aduersus eum maledictiones Scariothicæ ex Psalmo 108. Item S. Remigius Francorum Apostolus, in suo testamento, quod extat apud Brissonium ^c & ex eo apud Baronium ^d: nec non apud Hubertum Morum ^e intortis his Scariothicis maledictionibus, percelli per Episcopos voluit Principes in Christi peculium grassantes, vt Iudæ cuius æmularentur acta, fortirentur exitium. S. quoque Leo

a l. de maledict. c. 6.

b l. 3.

c l. 7. formul.

d anno

Christi

514.

e l. 3. de

sacris un-

ctio. c. 1.

a In episc.
Audiens;

degarius in charta donationis factæ Ecclesiæ sancti Nazarij, quam describit Robertus^a, maledictiones Iudæ, deuoluit in expilatorem donorum illorum.

b l. 3. in
Iob.

13. Ad Iudam quoque detorquet maledictiones à lobo in diem natiuitatis prolatas, Origenes^b [Aliter (inquit) intelligamus maledictum hunc atque perditum diem de quo dicit. *Dies ille sit in tenebris, & non inquirat illum Dominus de super.* Figuratè significat per hæc infelicem illum Iudam; per ista de longè eum ostendit, qui debuerat esse dies serenus, & splendidus, ac perspicuus, & sibi luminosus, & aliis lucidus; factus est tenebrosus per semetipsum, atque obscurus. Huc ergo significans dicit: *Dies ille sit in tenebris*, qui lucem dereliquit, qui à luce discessit, qui lucem in mortem tradidit: & *non inquirat illum Dominus de super*; cum inquiserit Petrum & ceteros Apostolos resurgēs à mortuis. *Non sit in diebus anni*, Ecclesiæ inquam festiuitatibus atque sanctificationibus; non sit in vnitate Ecclesiæ. *Non numeretur inter dies mensium*, in numero duodecim Apostolorum tanquam duodecim mensium, sed
de

fu

deleatur
stis non
Iud De
det in lig
ferent, r
scriptum
figitur, c
das verò
nimis er
Christi,
locum d
Augusti
Iudæ ma
Veru
dæ calan
nium cu
tio, abie
cepit, a
dauere,
Infame
Chrysof
sanè ver
uertit, qu
pe idcirc
stolorum
mercedo
sepultus

deleatur de libro viuentium, & cum iustis non scribatur.] Fuerunt etiam qui illud Deuter. 21. *Maledictus omnis qui pendet in ligno*, de Iuda prænunciatum censerent, non de Christo: ideóque aiebant scriptum esse *qui pendet*, non autem *qui figitur*, cum Christus in ligno fixus sit, Iudas verò ex eo pependerit. Hos tamen nimis errare, ac dum timent honori Christi, aduersari apertè Apostolo eum locum de Christo interpretanti, dixit S. Augustinus. ^a Quare nihil ille locus ad Iudæ maledictionem pertinet.

a lib in epistol ad Galat.

Verùm quia grauissima omnium Iudæ calamitatum, & maledictionum omnium cumulus ac perfecta consummatio, abiectionem impurissimi spiritus ex cepit, attingamus breuiter quid eius caduere, quid anima factum post mortem. Infame cadauer sepultura caruisse, S. Chrysostomus prodidit. Nec admodum sanè verisimile est vt Lyranus rectè aduertit, quod à Rabano scriptum est, nempe idcirco Iudam, iuxta Principem Apostolorum, dictum possedisse agrum de mercede iniquitatis, quia in Haceldama sepultus est. Imò verò multo ante quàm

b homil 3. de Iuda.

2 cap. 77.
Sympos.

ager ille emeretur Iudas infœlicem animam expuit. De fœtore cadaueris dictum iam ex Oecumenio. Iungam cum cadauere, quod de laqueo cadaueris veluti parente, occurrit. Iudæ laqueum Lutherus Romam delatum, ibique summo honore cultum scribit, Crede ab aliquo Lutheri proauorū, quibus in honore Iudam fuisse postea dicam, diligenter asseruatum, & Romam asportatum. Sed quod ad cultum laqueo Iudæ à Romana Ecclesia delatum attinet, qui Lutherum nouit, iuge illi esse non ignorat portentosa mendacitate bacchari: præsertim cum in symposio, largiore comporatione malignitatem proritauerat, & vino ac epulis veluti cote vsus, maledicentiam & linguæ effrenis petulantiam exacerat. Et mirum est, ganeonem nequissimum, fabulis adeò inconditis, nullo testimonio, sola hominis mendacitate subnixis passim prodigè fundendis, adeò stupidos quos iam dementasse, vt etiam propheta audiret. Quare habeat sibi illas germani sui Iudæ reliquias Lutherus, nec quas omni detestatione prosequimur, apud nos coli, impudentissimè blateret.

teret. D
spuriij h
toris qu
Petilian
perit, l
nos omne
proditor

14.

est locus
Petrus A
præuaric
in locum
tum om
S. Epipha
Iudæ loc
numine
egregiè e
git S. Ber
tibus ibi
tis explic
dæ condi
num esse
tus. Qu
poterat,
est conf
non pote
hendere,

teret. Dicam verò quod D. Augustinus, spurij huius agminum Israël exprobratoris quandoque parens, ad mitiorem Petiliani calumniam. ^a *Laqueo traditor al. 2. c. 49.* periit, *laqueum talibus dereliquit: hoc ad nos omnino non pertinet.* Non plura de proditoris cadauere, & laqueo.

14. Animam infernus excepit, qui est locus ille in quem abiisse Iudam, S. Petrus Actor. 1. notauit dicens Iudam præuariatam de Apostolatu vt abiret in locum suum: id est in infernum & statum omnimodæ perditionis, vt testatur S. Epiphanius. ^b Et verè ille fuit proprius Iudæ locus, ab optimè ordinante omnia numine proditori constitutus: quod egregiè expendit S. Augustinus, ^c & attigit S. Bernardus. ^d Quantis autem cruciatibus ibi affecta sit Iudæ anima, nemo satis explicet, iudice Synesio, ^e qui de Iudæ condigno supplicio, ita statuit. [Bonum esset huic homini, si non esset natus. Quamobrem quod quidem videri poterat, prodicionem illius suspendium est consecutum. Quod autem videri non potest, nemo cogitatione comprehendere possit. Neque enim id animus

b heres. 38. ad finem.
c serm. 15. ex 40. no. uis
d serm. 8. in ps. qui habitat.
e ep 57.

quan

hominū capere potest; proditori Christi, quanta sint supplicia cōstituta.] Facit ad hūc locum, quod B. Elizabetha Sconaugiensis ^a reuelatione didicit, Iudam & Pilatum, proximos altare dæmoniarchę, omnium superbix filiorum Regi.

Nec difficile est, magnitudinem supplicij, & damnationis eminentiam, ex sceleris magnitudine æstimare. Vt enim minutiores illas culpas taceam, (tamen si absolutè maximas) quibus oblitum Iudam suprà demonstraui; nemo non videt, quàm horrèdum fuerit crimen proditi perfidissimè magistri optimi, ipsiusque in luporum rabiem pro tantula pecunia deditio, per speciem benevolentix. Eo crimine nullum non genus atrocissimæ improbitatis contineri, suprà expensum est. Meritòque S. Chrysostomus, mercedem Iudę pro tanta impietate assignatam, vocari dixit mercedē iniquitatis, quod peccatū illud Iudæ, fuerit antonomasticè iniquitas; nec vllō singularis iniquitatis nomine, satis plenè & aptè exprimi possit. Et quāuis Turrecremata, ^b aliique suprà adducti, cūm impium Iudæ & Iudæorum de Christo commercium

*b in 99.
Euangel.
ad feriam
4. maior.
hebd. art.
2. ad 2.*

cium ex
Iudæorum
dam, quod
dotum,
derunt,
cipatio,
Caietan
lectio,
gnè à C.
ac plen
omnino
peccatu
uis imma
dæi Pila
Iudæis;
ius videat
rum obi
qui cont
omni op
17. Ita
prodēdo
sonę viol
omniū q
tatū vert
nitati, a
fericordi
suā ratus.

cium expendere, censeant Principes Iudæorum grauius peccasse quàm Iudam, quia Iudas solis Principibus Sacerdotum, hi autem Pilato Christum traderunt, quæ est etiam D. Thomæ rationatio, ² tamen vt rectè ibi expendit Caietanus; Iudæ in Christi familiam allectio, & tot prærogatiuæ quibus benignè à Christo donatus fuerat, maiórque ac plenior notitia mirabilium Christi, omnino grauius videntur efficere Iudæ peccatum, peccato Principum, quântumuis immani ac teterrimo. Quod verò Iudæi Pilato Christum obiecerint, Iudas Iudæis; non minuit Iudæ scelus: cum peius videatur eum rabiei hostium iuratorum obiecisse, quàm tradidisse Pilato, qui conscius inuidiæ ex qua tradebatur, omni ope annisus est eum liberare.

17. Itaque iniquitas Iudæ in Christo prodèdo, siue personæ peccatis, siue personæ violatæ cõditionem spectes, videtur omnium quæ à sæculo admisse sunt iniquitatum verticem occupare. Ei sceleris immanitati, accessit desperatio de diuina misericordia, ex qua maiorem iniquitatem suam ratus, quàm vt veniã mereretur, col-
lum

23 p 9.

47 art. 6.

ad 2.

^a Is. 87.
 in Cui.
^b P. 3. art.
 1.

lum recte innexuit, & elisit guttur: quod desperationis peccatum, Gabriel^a ait maius fuisse quàm Christi traditionem: Et tractatu de passione Domini,^b id confirmat, cùm autoritate S. Hieronymi in Psalmum 108. qui planè videtur id tradere; tum ratione ducta ex Lyrano: quia Iudas Christum prodèdo peccauit duntaxat contra Christi humanitatem, nec directè & formaliter contra Deum peccauit. At desperatio illa fuit directè & formaliter contra diuinitatem & infinitatem diuinæ misericordiæ: nec iustitiæ tantùm ac religioni aduersata est, sicut traditio, sed etiam spei quæ est virtus Theologica, & multo sublimior. Quæ ratio, quãuis nõ probet peccatum desperationis esse vndeecũque tetrius traditione (alioqui æquè probaret minimã culpam aduersus aliquã virtutem Theologicam, esse deformiorem & nequiorẽ traditione Iudæ, quod constat absurdum esse) probat tamẽ, culpam desperationis fuisse longè grauissimam, & ex genere suo fœdiorem traditione, quamuis pensatis omnibus quæ ad traditionis culpam constituendam concurrunt, traditio sit tetrior

Iwo
 rior & a
 de periur
 cem con
 in physio
 lentiam. I
 das in seip
 uersè de e
 adeundum
 cinore ag
 Quia e
 lerum, est
 rare non
 ciatus, om
 tatem lon
 statuebat.
 mi argum
 riti fuit Iud
 & quanto
 ris & pœn
 tormenta p
 superesset
 tum & or
 sensus fuer
 aspero casu
 pia illa pecc
 stum teter
 were primu

rior & abominabilior. Qua ratione alibi de periurij & homicidij fœditate inuicem comparara, philosophati sumus, & in physicis circa Solis & muscæ præcellentiam. De immanitate peccati quo Iudas in seipsum sæuiit, præter ea quæ uniuersè de eo scelere dicta sunt, ^a suo loco, adeundus qui sigillatim de hoc Iudæ facinore agit S. Augustinus. ^b

*a lib. 3. de
virtut. m.
115.
b 1. ciuit.
c. 17.*

Quia ergo secundum mensuram scelerum, est & suppliciorum modus, dubitare non licet quin Iudæ in inferis cruciatus, omnem humanæ orationis facultatem longè superent, vt Synesius rectè statuebat. Reciditque eò illa S. Hieronymi argumentatio. ^c Quanto maioris meriti fuit Iudas, tanto maioris criminis est: & quanto maioris criminis, tanto maioris & pœnæ. Potentes enim potenter tormenta patientur.] Attingendum hîc superesset, quis Apostolorum superstium & omnium Christi discipulorum sensus fuerit, accepta Iudæ morte, & tam aspero casu. Quis inquam sanctus horror pia illa pectora inuaserit, cum tam funestum teterrimi parricidæ exitum inaudire primùm, & fortassis etiam oculis
vsur

*c l. 2. in
Iosin.*

vsurpauerunt spectaculum horrendum
 pendentis Iudæ quod notum factum es-
 se omnibus habitantibus Ierusalem S.
 Petrus^a postea asseruit. Negotium est,
 pia potius commentatione quàm stylo
 versandum. Non videtur tamen aberraturus
 qui dixerit, non secus ad eum nuntium
 percussos & affectos fuisse Apostolos,
 quàm sancti Angeli post Luciferi deiectionem.
 Videtis quæ de Sanctorum illorum spiritu
 affectu ac sensu in eo articulo, piè omnino
 meditatur Rupertus.^b

b lib. 1. de
 victoria
 verbi Dei
 c. 9.

Insa

Insana




1. Insa
 nante, v
 expressi
 & execr
 comple
 pite; si al
 ximè acc
 Cuius
 leri gemit
 maniam
 quorum
 ait S. Epi
 lum & m
 tum Cain
 lem, clo
 stum, Iud
 lum & m

Tom. I

Insana apud aliquos Iudæ elogia, & vera in Scripturis ac Patribus probra.

CAPVT XIV.

1. LLISVM æterna contritione proditorem, à Deo maledictum re ipsa & sententia damnante, vocibus quoque Dei in Scriptura expressis, & hominum maledictionibus & execrationibus tanquam damnationis complemento, confossum dabo hoc capite; si aliquid ad ipsum Iudæ scelus proximè accedens, primum memoraro.

Cuiusmodi enim nisi scelus Iudæ scelerigeminum, fuisse dixerim, eam siue maniam, siue rabiem quorundam antiquorum Satane organorum, qui vt rectè ait S. Epiphanius ^a dicentes bonum malum & malum bonum, post magnificentum Cainum, & depressum præ eo Abellem, elogia quoque ob traditum Christum, Iudæ panxerunt? [Admirabilem illum & magnum esse memorantes, (ait

a l. de pra-
scrip. c. 47.

Tertullianus) propter utilitates quas humano generi contulisse iactatur. Quidam enim ipsorum, gratiarum actionem Iudæ propter hanc causam reddendam putant. Animaduertens enim (inquiunt) Iudas, quod Christus vellet veritatem subuertere, tradidit illum, ne subuerti veritas posset. Et alij sic contrà disputant, & dicunt. Quia potestates huius mundi, nolebant pati Christum, ne humano generi per mortem ipsius salus pararetur, saluti consulens generis humani, tradidit Christum, vt salus quæ impediabatur per virtutes quæ obsistebant ne pateretur Christus, impediri omnino non posset, vt ideò per passionem Christi non posset salus humani generis retardari.] Eadem habet Epiphanius, ^b & attigit ex parte Irenæus, ^c qui eam duntaxat blasphemiam his tribuit, quod dicerent ad perficiendum salutis nostræ opus Christum à Iuda mysterij probè conscio fuisse traditum. Eius verò rei fictionem ab ipsis consignatam literis, vocatam refert Iudæ Euangelium. Cerinthum quoque, Iudam in honore habuisse, auctor est Philastrius. ^d Et vt Scriptura omnium hæ-

b. har. 38.
c. l. 2. c. vlt.

d. c. 27.

retico

retico
runtq
rat hi
gium
Iudas
statur.
tradid
sus Iud
tantum
mittere
misit?
chaël B
perator
beatis a
citani C
enim C
oppido
formato
imagini
sam reli
nibus.
2. I
biem,
ore reui
sus est,
darguit.
maniam

reticorum liber est, quo illi ad suam aliorumque perniciem abutuntur, non deerat his Iudæ laudum præconibus, suffragium ex Scriptura; quæ idipsum quod Iudas fecit, ab æterno Patre factum testatur. Nam & Pater Filium pro nobis tradidit, cuius potissimum sceleris aduersus Iudam incusatio feruet. Quod ergo tantum piaculum fuit Iudæ, idipsum admittere quod Pater in vnigenitum admisit? De huius fursuris hominibus Michaël Balbus Constantinopolitanus Imperator, Apotheosi decreta Iudæ, illum beatis accensuit. Et annuere visi sunt Occitani Calvinistæ ad S. Ægidium. Scribit enim Cl. Florimondus Remondus, ^a in oppido prædicto, dirutis per motus reformatos Christi & SS. Apostolorum imaginibus, solam Iudæ imaginem illæsam relictam ab illis Caluini combibonibus.

*a l. 7. de
hystor. her.
c. 12.*

2. Hanc emotarum mentium rabiem, S. Epiphanius ^b ex ipsius Iudæ ore reuincit; qui cum se peccasse professus est, *laudantium ipsum, dementiam redarguit.* Itaque alia aduersus huiusmodi maniam virgere, quod Philastrius &

b supra.

Epiphanius faciunt, existimo superuacaneum. Tantum ut obtendiculum illud blasphemiam, ex scriptura pro more oppressum disijciam; moneo longè aliter Patrem pro nobis Christum tradidisse, aliter Iudam: ideòque meritò Patri honorem & gloriam pro tanta benignitate, qua pro nobis omnibus tradidit Filium, exhibemus: Iudæ verò cum omni detestatione meminimus. Docet hoc egregiè August. ^a [Christum tradidit Pater, & tradidit Iudas. Nunquid non quasi simile factum videtur. Traditor Iudas, ergo traditor est & Deus Pater. Absit inquis. Non dico. Sed Apostolus dicit, *qui Filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.* Et Pater illum tradidit, & ipse se tradidit, ait idem Apostolus. *Qui me dilexit & tradidit semetipsum pro me.* Si Pater tradidit Filium, & tradidit seipsum Filius, Iudas quid fecit. Facta est traditio à Patre, facta est traditio à Filio, facta est traditio à Iuda. Vna res facta est. Sed quæ res discernit Patrem tradentem Filium, seipsum Filium tradentem, & Iudam discipulum tradentem Magistrum suum? Quia hoc fecit Pater & Filius

a tract. 7.
in ep. io-
an.

lius in
in proc
ciat h
animo
cto inu
uenim
Iudam
dicimu
mus ch
tem. C
neri hu
hoc cog
cogitau
sumus. I
didit D
tium qu
uit pret
Diuerfa
Cum sit
tionibus
alterum
dum, al
Tantum
discernit
sola disti
tim eum
miani,

lius in charitate, fecit autem hoc Iudas in prodicione. Videtis quia non quid faciat homo considerandum est, sed quo animo & voluntate faciat. In eodem facto inuenimus Deum Patrem in quo inuenimus Iudam. Patrem benedicimus, Iudam detestamur. Quare Patrem benedicimus, Iudam detestamur? Benedicimus charitatem, detestamur iniquitatem. Quantum enim præstitum est generi humano de tradito Christo, nūquid hoc cogitauit Iudas vt traderet? Deus cogitauit salutem nostram qua redempti sumus. Iudas cogitauit pretium quo vendidit Dominum Filius ipse cogitauit pretium quod dedit pro nobis. Iudas cogitauit pretium quod accepit vt venderet. Diuersa ergo intentio, diuersa facta fecit. Cū sit vna res, ex diuersis eam intentionibus si metiamur, vnum amandum, alterum damnandum; vnum glorificandum, alterum detestandum inuenimus. Tantum valet charitas. Videte quia sola discernit, videre quia facta hominum sola distinguit.] Exscripsit prope verbatim eum Augustini locum Petrus Damiani, cum Regio Aduocato disce-

a opusc. 4. ptans.^a Et similis etiam locus extat apud
 b in ps. 40. eundem Augustinum, ^b ad illud *aduer-*
 c in ps. 93. *sum me cogitabant mala mihi.* Et ad illud^c
secundum malitiam eorum disperdet eos.
 d in ps. 65. Rursusque^d ad illud, *mentientur tibi ini-*
mici tui.

3. Meritissimò igitur Iudas, quàm in
 scripturis, quàm in Patribus, ex facto tam
 teterrimo, pro Cainæorum elogiis, ex-
 crationes & probra retulit; partim vno
 verbo & obiter, partim fusiùs ac plenè.
 Scriptura quidem parcè admodum ac
 temperatè Iudam confodit, vt S. Chryso-
 stomus^e prudenter obseruauit, agens de
 sancti Petri concione ad fratres in causa
 sancti Matthiæ, subrogandi impio prodit-
 ori: Notat enim S. Petrum, nomen Iudæ
 simpliciter tetulisse. [Non dicit contu-
 meliam, neque insultat dicens, de scele-
 sto illo, & omnibus sceleribus inquinato,
 sed simpliciter quod accidit, indicat.] Vt
 doceamur sanè temperatè agere, etiam
 cum per sceleris atrocitatem, periculum
 non est iniustæ aut charitatem violaturæ
 oblocutionis. Tamen leguntur inter-
 dum in scripturis quedam in Iudam obi-
 ter intorta, quibus Iudas grauissimè suffi-
 gitur. Quò referenda est Iudæ damna-

tio,
 tem.
 iam
 das
 ta h
 mun
 hil e
 caui
 deci
 anne
 qui I
 non e
 tame
 dem
 stolis
 stoli
 dam
 runt,
 4.
 tran
 infec
 dece
 lum
 attex
 homi
 rior c
 perpe

tio, per Apostolos facta, post eius mortem. Vnde damnari posse hæreticos vitam functos sic colligit Iustinianus.^a [Iudas cum putasset latere eum qui occulta hominum cognoscit, sacramentis communicavit cum Apostolis. Sed tamen nihil ei profuit quod cum dolo communicavit, sed licet post mortem eius, duodecim nominati sunt discipuli, sicut Iohannes Euangelista dicit: *Thomas autem qui Didymus dicebatur, unus ex duodecim, non erat cum ipsis quando venerat Iesus:* tamen hoc non liberat Iudam à condemnatione, aut cõnumerari facit Apostolis. Vnde post ascensionẽ Domini Apostoli per suam sententiam, eundem Iudam, etiam post mortem, condemnaverunt, & alium pro illo introduxerunt.]

a in edito.
fidei sue, s.
2. Concil.

4. Patres verò, nunc obiter & in transitu, nunc plenè ac per otium, Iudam insectantur. Ex vtrisque, nonnullos mox decerpam Iudæ titulos, si priùs indiculum eorum qui de Iudæ fusiùs egerunt, attexuero. Hi sunt S. Maximus duplici homilia de traditore. (Quanquam posterior duntaxat, hunc titulum præfert, & perperam inter Ambrosij sermones ad-

scripta habetur tanquam Ambrosij, & inter sermones S. Augustini de tempore, serm. 128. cùm tamen neque Ambrosij neque Augustini sit, sed Maximi Taurinensis.) Chrysostomus sex homiliis de proditore, & mysteriis cœnæ Dominicæ, (Si tamen sunt Chrysostomi, & non potius Latini scriptoris.) Epiphanius in impugnatione hæreseos Cainæorum (quæ est 38.) Eusebius l. 10. de demonstratione in prioribus capitibus. Athanasius & Eusebius Alexandr. in sermonibus de prodicione Iudæ, quos nondum editos habemus allegatos à Gerardo Vossio, ^a & S. Flavianus Episcopus Antiochenus orat. de Iuda proditore quam allegat Theodoretus; ^b ac pulchrè Apollinaris in Tragœdia de Christo patiente malè adscripta Nazianzeno: ^c Nunc è pluribus Iudæ probris, selecta quædam adscribamus.

^a sermo 3.
S. Ephrem
ad sermo.
de pass.
b l. 3. poly-
morphi.

^c non multum ab initio.

d l. 10. de
demonstr.

PECCATOR. Antonomasticè peccatorem à Psalte vocatum fuisse Iudam, notavit Eusebius ^d expendens illud Psalmi 108. *os peccatoris super me apertum est.* Actum enim eo Psalmo de Iuda, S. Petrus docuit Actor. 1. Peccator igitur per
excel

excellentiā Iudas, cuius os & super Christum fuit apertum cū de eo clanculum detraxit; & cum impudentia vni Iudæ commensa, magistro quem prodebat, osculum fixit.

5. FILIVS INIQUITATIS. Idem quod peccator, iuxta Scripturæ vsum, de quo per varias regulas Delrius. ^a Sanè ^{a Adag. 691.} Patres hanc nomenclationem Iudæ tribuunt S. Hilarius ^b tractans illud: *nihil profices inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei*, hæc de Iuda accipienda docet, in Christum tam multa machinato. [Quid profecit inimicus, Iudam ad volūtatem traditionis inspirans? Permissum corpus passioni est, sed permissi sibi corporis, dominata mors non fuit. Sanctus enim non vidit corruptionem. Et iniquitatis filius, cū eum traderet ad nocendum ei, quid adiecit? Non modò in vitam corpus rediit ex morte; sed etiam ad diuinitatis gloriam, natura corruptionis absorpta est.] S. Hieronymus, ^c Iudam ait dictum filium iniquitatis, *id est diaboli*, quia diabolus intrauit in cor eius vt traderet Christum. ^{c in ps. 88.}

DIABOLVS. Christus ipse Ioan. 6. Sic

a bar. 38.
c. 40.

b 13. Mo-
nel. c. 17.

Iudam vocauit, dicens: *vos duodecim ele-
gi, & unus ex vobis diabolus est?* Quod in
Iudam fuisse intortum, Euangelista ex-
pressit. Alibi quoque, idem nomen sorti-
tum Iudam, censuit Epiphanius^a aptans
ad Iudam illud Christi, *vos ex patre dia-
bolo estis*, quòd Iudam obaudirent Iudæi,
ac eatenus eius essent filij; quod durius-
culum est, & extortum. Diabolus autem
dictus est Iudas, quòd electum sanè or-
ganum, eiusque veluti proles esset, iuxta
præclaram Diui Gregorij obseruatio-
nem^b his verbis expressam [ita vnum
corpus sunt diabolus & omnes iniqui, vt
plerumque nomine capitis censeatur
corpus; & nomine corporis, appelletur
caput. Nam capitis nomine censeatur cor-
pus, cum de peruerso homine dicitur.
Ex vobis unus diabolus est. Et rursus no-
mine corporis appellatur caput, cum de
ipso apostata Angelo dicitur. *Inimicus
homo hoc fecit*: Iste igitur princeps om-
nium peruersorum, alios socios habet,
atque alios filios. Qui namque sunt eius
socij, nisi apostatæ Angeli, qui cum eo
de cœlestis patriæ sede ceciderunt? Vel
quos alios filios habet nisi peruersos ho-
mines,

mine
malit
etiam
vos e
possit
pellat
quòd
ctitat
& Iud
ruitur
iicien
diabo
S. Pau
6.
PTVS
mus^b
minat
egisse
nabile
enim
diabo
hi è s
sequit
Corru
Quor
qui ce
gloria

mines, qui de eius praua persuasione, in malitiæ operatione generantur. Vnde etiam veritatis voce infidelibus dicitur; *vos ex patre diabolo estis.*] Videri etiam possit Christus Dominus, in ea Iudæ appellatione spectasse ad casum Luciferi; quòd sicut Lucifer de cœlo cadens, sanctitate profligata euasit in diabolum; ita & Iudas quamuis electus bonus, tamen ruiturus esset, & Apostolatus gradu deiciendus. Porrò, huic Iudæ titulo quo diabolus dictus est, geminus est is, quo à S. Paulino^a denominatur Zabulus.

6. DISCIPVLVS DIABOLI, CORRPTVS ET ABOMINABILIS. S. Chryso-
 stomus^b cùm de multorum nequam, nominatimque de Iudæ perfidia multis egisset, subdit [*Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Cum enim diaboli fuissent discipuli, in lapsum diaboli inciderunt. Sicut ille de cœlis, ita hi è sedibus regalibus. Quem quis enim sequitur, eandem cum eo partem capit. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Quoniam eum conati sunt corrumpere qui corrumpi non potest. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem*

a epist. 4.
ad Seue-
rum,

b in ps. 130.

nem

nem imaginis hominis corruptibilis. Homines mente corrupti, corrupti sunt, sed & abominabiles facti sunt. Quare? Quoniam abominationem desolationis, impietatem in templo cordis sui collocarunt. *In studiis suis.* Quamobrem? quoniam quæ natura negauit, ea, mala excogitauit affectio. Corrupti sunt vt Pharao, & Nabuchodonosor. Corrupti sunt, quoniam vulnerati, & putrefacti, & malè olentes, & tabo saniëque manantes, non quæsierunt medicum. Abominabiles facti sunt, quoniam tanquam porci in peccatorum coeno volutati, & tanquam canes ad suum ipsorum vomitum reuertentes, exosi euaserunt. Ita enim scriptum est. *Abominatio peccatoribus est pietas, & Dei cultus.* Quoniam ergo abominati sunt Dei cognitionē, eos viri pij sunt abominati. Corrupti sunt tanquam pannus à tineis; tanquam ferrum quod exeditur à rubigine. Abominabiles facti sunt, vt qui ossa & mortuos tetigerunt. Propterea enim lex, cum qui mortuum tetigerat, fecit abominabilem: quoniam Iudas Christum mortuum semper tangens, & viuentem non aspiciens, factus est abominabilis.

LI
illud
uiah
ita sc
mus
than,
gitau
guam
perdit
gua di
cerdo
tis mi
Sed ha
ditor i
spendi
per qu
uelat.]
7.
nomin
in Euar
sed vnu
que inc
Apost
put est
pus, sur
bris sui
cius die

LINGVA DIABOLI. S. Bruno^a tractans a serm. de
natiuit. B.
Maria.
illud Iobi 40. *Nunquid trahere poteris Le-
uiathan hamo & fune ligabis linguã eius?*
ita scribit [Quid verbum in carne nisi ha-
mus in esca? Hanc escam vidit Leuia-
than, & concupiuit, nihil intus latere co-
gitauit; purũ hominem esse credidit, lin-
guam extendit; quæ videlicet lingua, sue
perditionis fune ligata, & suspēsa est. Lin-
gua diaboli Iudas, qui per eũ summis Sa-
cerdotibus locutus est, dicens: *Quid vul-
tis mihi dare, & ego vobis eum tradam?*
Sed hæc lingua fune ligata est, quia pro-
ditor infelix, statim abiens laqueo se su-
spendit. Omnes illi sunt lingua diaboli,
per quos ipse loquitur, & sua consilia re-
uelat.]

7. CORPVS DIABOLI. Isidorus^b [ex b l. i. de
summo bo-
no c. 25. n.
nomine capitis, significatur corpus, sicut
in Euangelio dicitur. *Duodecim vos elegi,
sed vnus ex vobis diabolus est.* Iudam uti-
que indicans, quia diaboli corpus fuit.
Apostata quippe Angelus, omnium ca-
put est iniquorum; & huius capitis cor-
pus, sunt omnes iniqui: sicque cū mem-
bris suis vnus est, vt sæpè quod corpori
eius dicitur, ad eum potiùs referatur:
Rur

Ho-
nt, sed
Quo-
s, im-
alloca-
niam
itauit
& Na-
niam
entes,
a sie-
sunt,
orum
es ad
entes,
est.
& Dei
i sunt
omi-
s à ti-
tur à
t qui
te rea
erat,
udas
s, &
abo-
LIN

Rursum quod illi , ad membra iterum ipsius deriuetur.]

alib de
panib. c. 8.

8. PRIMOGENITVS DIABOLI. Petrus Cellensis ^a tractans primogenitorum oblationem Deo faciendam , laudatis Paulo & Magdalena, subdit. [Iudas verò non solùm non soluit Deo primogenitum suum, sed etiam ipsi Deo Patri surripuit primogenitum & vnigenitũ suum. Cessit itaq; in primogenitũ diaboli, quia excessit in primogenito Dei. Fraudulētissime Iuda, parum est tibi fraudem fecisse de anima tua, nisi addas manus sacrilegas iniicere ad misericordiæ Dei viscera? Parum est tibi diabolo præbuisse iugulum tuum, nisi iugulares & Dominum nostrum? Parum inquam, tibi est perdidisse præmium tuum, nisi & tolleres pretij nostri pretium? Satis melius permaneres in discipulatu Christi, quàm eua-deres in Magistratu Antichristi.]

b l. 11. in
Ioan. c. 21.

9. FILIVS PERDITIONIS. Christus ipse, ita Iudam appellauit, verbis illis, quæ habentur Ioan. 17. *& nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.* Vbi benè S. Cyrillus ^b [Perditionis filium appellauit, quia prauitate periit sua. Non enim diuino impugnantique iudicio, in diaboli la-

queu-
dum.
retu-
queat
vt me
natus
prop-
merit
perdit
nomin
fuisse
tis late
chæis
Me-
nus
fangu
reden
nalem
con tr
nandu
didit e
rat, vn
10.
HEND
Petru
magn
agger

queum proditorem incidisse creden-
dum. Nam si sic esset, nullo modo culpa-
retur quum iudicio Dei nemo resistere
queat. Nunc autem ita miser factus est,
vt melius secum ageretur si nunquam
natus fuisset. Nulla enim necessitate, sed
proprio iudicio fecit quod fecit. Quare
meritò perditionis filius nuncupatur, qui
perditionem elegit.] Fuerunt qui ex hoc
nominatim titulo colligerent, Iudam
fuisse naturâ malum: quod in Marcioni-
tis latè confutat Origenes, & in Mani-
chæis Didymus.

MORTIS CONTRACTOR. S. Pauli-
nus^a [Filius perditionis non est in pretio
sanguinis Christi quia habere non potest
redemptorem, quem maluit habere ve-
nalem, & iure à commercio vitæ, mortis
contractor excluditur, suo ipsius dam-
nandus iudicio, quo triginta aureis ven-
didit eum, quem mulier, vt ipse taxaue-
rat, vnxit trecentis.]

a epist. 4.
ad Severi.

10. DVX EORVM QUI COMPRE-
HENDERVNT IESVM. Iudam ita signat S.
Petrus, Actorum 1. Si ipsa per se proditio
magnum scelus fuit, quanta sceleris ex-
aggeratio ex ducatu ad illud? Librauit
ohc

a cap. 11.
b serm 5.
de pass. c.
3.

hoc supra^a S. Leo pulchrè [cum gladiis & fustibus comprehensura Christum turba confluxit, ducem sequens Iudam Iscarioth, qui priuilegio perfidiæ, obtinuerat in facinore principatum,]

c homil. 3.
in Ierem.

MALLEATOR FILIVS CAIN. Origenes^c hoc titulo insignit Iudam, sic scribens. [Vt Zabulus qui omnium tentationum operator est, malleus dicitur, ita qui ministrat malleator est, filius Cain, Quotiescunque enim in tentationē incideris, scito malleum diabolum esse, & malleatorem cum per quem te Zabulus insequitur. Velut in proditione Saluatoris; malleus, Zabulus; malleator Iudas fuit. Et multi erant malleatores in tempore illo quo Dominus passus est, clamantes tolle de terra talem, crucifige, crucifige eum. Omnia malleatoribus plena sunt. Quotquot enim in actu suo Zabulum suscipiunt, & ministrant ei ad probandum iustum, & iniustum coarguendum, omnes malleatores sunt. Idcirco si heri malleator eras, & in manu malleum continebas nunc discens quia à Cain fratricida mittuntur malleatores, proiice malleum de manu tua.

CHRISTI

CR
Naz
fex,
Cass
reum

IO
S. Leo
quam
incon
uerte
stant
quam
caput
quia
vltion
tua iu
nifice
adeo
Maxi
Bro
lentas
scribit
tio, à
torque
ferren
das tan
& sibi

Tom

CHRISTI CARNIFEX vocat sic Iudam Nazianzenus^a *Quid? nonne Christi carnifex, Iudas erat? Eodemque recidit quod Cassianus, b Iudam dominica necationis, reum sacrilegum, nominat.*

a Iamblico de pudicitia.

b 7 inffit. c. 23.

10. REVS SIBI ET SVI CARNIFEX, S. Leo^c sic Iudam vocat, ea increpatione quam supra ex parte iam dedi. [Homo incorruptibilis, spiritus vadēs & non reuertens, cordis tui securus es rabiem; & stante diabolo à dextris tuis, iniquitatem quam in Sanctorum omnium armaueras caput, in tuum verticem retorsisti, vt quia facinus tuum omnem mensuram vltionis excefferat, te haberet impietas tua iudicem, te pateretur tua poena carnificem.] De Iuda item sibi iudice, atque adeò reo, per seipsum damnato, latè S. Maximus.^d

c serm. 3. de pass. al. loquens Iudam.

d hom. 2. de Susanna est apud Ambros. serm. 50. c. 7. inffit. c. 14.

BIOTHANATVS. Ob illatas sibi violentas manus, Biothanatis à Cassiano adscribitur Iudas. e Probrofa hæc appellatio, à priscis Ethnicis in Christianos intorquebatur: quòd quamuis sibi non inferrent ipsi violentas manus, ad inferendas tamen viderentur adigere prefectos, & sibi ipsis lethum conciliare, ob perti-

naciam; vt quidem Ethnici nominabant. Multo ergo probrosius est, esse manu sua *βιοθάνατον* cuiusmodi reuera Iudas fuit. Actum plenè alibi, ^a de nomine & probro Biothanatorum.

a lib 3 de
virtut. n.
126.

l. 11. in
Ioan.
c c. 15. Io
aa.

II. PALMES INVTILIS. Rupertus pulcherrimè ^b exponens illud, ^c *Ego sum vitis vera*, ita philosophatur de Christo, vite vera, & Iuda inutili eius palmitē. [Pater meus, agricola cœlestis, me in hoc mundo plantare, & sarculo passionis colere dignum duxit, vt palmites meos quorum primi vos estis, latiùs extendam: & post horridam, quæ nunc instat, tribulationis & mortis hyemē, suauem botrū, id est gratiā resurrectionis, proferam, de quo per fidem prægustato, sponsa dicit in Canticis. *Botrus Cypri, dilectus meus in vineis Engaddi*. Quomodò autem nunquam vitis, eodem ex stipite, tam sterile quam fructuosos palmites emittit, sed doctus agricola sterilem amputat, omnemque fructiferum purgat: sic eadem ex fide vel confessione nominis mei, tam reprobis compluribus, quam electis pullulantibus, pater meus huius vitis agricola facturus est. Nam omnem pal-

pal
colle
purg
Iuda
titem
huius
amp
nuo
Non
que I
uilibu
C
mitar
typus
debit
ponar
Miser
Deus.
Dic
quid
vobis
miliar
Parce
O e
qua ob
ma ne
edoctu

palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum : & omnem qui fert fructum, purgabit, vt fructum plus afferat. Ecce Iudam filium perditionis palmitem inutilem, imò & damnosum vermem, radici huius vitis imminentem, videtis qualiter amputauit, traditum Satanæ vt continuo deportetur in ignem gehennæ] Non dissimilia de Christo vite vera, deque Iuda & Iudæ asseclis, palmitibus inutilibus, legere licet apud S. Athanasium.^a

CAVPO MALVS, Cosmas Hierosolymitanus^b: [Impius visus, & malus zelotypus, donum diuinum mercatur; à quo debitum solutum est peccatorum. Cauponans malus Iudas diuinam gratiam. Miserere animarum nostrarum, Christe Deus, & salua nos.

^a in discipulis Nicæna cum Arrio.
^b hymn. 5. qui est in 4 magnam feriati.

Dicit profectus iniquis principibus, quid mihi dare vultis & ego Christum vobis quæsitum volentibus tradam? Familiaritatem Dei Iudas abiiciens, auro. Parce animis nostris Christe Deus.

O excæcantem auaritiam, perfide, à qua obliuionem consecutus es quod animæ neque ipse coequalis mundus quædoctus es : Desparatione enim teipsum

illaqueasti suspendens, ô proditor.]

al de or-
natu Ec-
clesia c. 8.

12. MARTYR DIABOLI. Sic Iudam vocat S Bruno.^a [Et Satanas suos martyres habet, qui quanto maiora tormenta in illius seruitio in hoc seculo patiuntur, tantò fortiora in altero sæculo eos expectant. Hæc est eius propria & singularis consuetudo; vt qui plus ei seruiunt, & maiora, & grauiora tormenta ab eo patiantur. Huius martyres fuerunt, Iudas Scariothès & Nero impiissimus, qui se ipsos digno suspendio & interemptu suffocauerunt, & occiderunt. Huius & isti martyres sunt, qui vltque hodie contra se non pro iustitia pugnant, sed pro sua auaritia & iniquitate, se vicissim impugnant, & iniquo odio persequentes, se quasi bestia crudeliter interficiunt.]

NEBVLO TETERRIMVS INSIDIATOR MISERICORDIÆ, HOMICIDA, TRUCIDATOR PIETATIS. Ita de Iuda Rupertus.^b

b L. 10. in
Ioan.
c in psalm
51 in ex-
planatione
tituli.
d 29. mor.
3.

ANTICHRISTI MEMBRVM. Quidam Iudam ita vocat apud Bedam,^c & disertè S. Gregorius^d [nemo sibi incaut è blandiatur, & idcirco se à tali occasu extraneum credat, quia ad illius tempestatis pro

procellam peruenire se non existimat. O quanti illius tentationis tempora non viderunt, & tamen in eius tentationis procella versantur. Cain tempus Antichristi non vidit, & tamen mēbrum Antichristi per meritum fuit. Iudas sæuitiam persecutionis illius ignorauit, & tamen viribus crudelitatis eius, auaritia suadente succubuit.] Cum Antichristo quoque Iudam componit S. Ambrosius ^a ad Iudam, *magnificauit super me supplantationem.*

a in psal. 40.

b in 9. Marci in fine.

13. SAL INFATVATVM. ^b Beda tractans illud, *Bonum est sal, quòd si sal in solum fuerit in quo illud condietis*, Sic scribit, [Bonum est Dei verbum audire frequentius, & sale sapientiæ spiritualis cordis arcana condire: imò ipsum cum Apostolis sal terræ fieri, id est eorum quoque qui adhuc terrena sapiunt, imbuendis mentibus sufficere. At si quis semel condimento veritatis refectus ad apostasiam redierit, quo alio doctore corrigitur, qui eam quam ipse gustauit sapientia dulcedinem, vel aduersis seculi perterritus, vel allectus prosperis respuit? Cui aptè congruit illud viri sapientis. *Quis mede-*

bitur incansatori à serpente percusso? Hæc sanè sententia specialiter Iudæ Scariothis socios, ipsūque designari non immeritò creditur; qui phylargiria corruptus, & gradum Apostolatus perdere & Dominum tradere, non dubitauit.]

a in cap. 5.
Marth. Non dissimiliter Chromatius, tractans illud, *vos estis sal terræ.*^a [Scimus sanè quòd nonnullos sales dicitur terræ generare. Sed hæc similitudo congruit Apostolorum personæ, quia quamuis de terra nati humani corporis viderentur, aliud tamen per fidem Christi esse iam cœperant, vt non iam terra, sed sal terræ haberentur, quia de carnalibus facti sunt spirituales & idonei qui per fidem possent condire insulsa corda credentium, &c. Denique Iudas Iscariothes, de huiusmodi salibus fuerat. Sed posteaquàm diuinam sapientiam reprobauit, & de Apostolo apostata factus est, non solum aliis prodesse non poterat, sed & sibi miser & inutilis factus est. Et idè addidit Dominus, dicens: *ad nihilum valet nisi vt projiciatur foràs, & conculcetur ab hominibus:* quia huiusmodi, iam non fideles ac domestici, sed proiecti ab Ecclesia, vt

extra

extra
Vnd
micu
huius
vt d
tibus

I
lusio
dum
fit re
arbit
quie
mam
Verb
ac ne
dū il
aggre
nes, &
ceper
claru
eum
buera
(sic e
bene
Salua
aduer
cit: S.

extranei & fidei hostes habendi sunt. Vnde & Iudas de domestico fidei, inimicus factus est veritatis. Proiecti itaque huiusmodi extra Ecclesiam, necesse est vt diuersis vitiis carnis & variis voluptatibus sæculi conculcentur.]

14. EFFERA BELLVA. Isidorus P^{er}lusiota, ^a Iudam hoc nomine appellandum statuit, quòd Christi beneficiis non sit redditus melior: alludens quantum arbitror ad dictum S. Ignatij Theophoris qui eam ob causam, milites à quibus Romam ducebatur, appellat Leopardos. Verba Isidori sunt. [Quid de impio illo ac nefario Iuda dixeris, qui in sacrosanctū illum chorum & in Regis Collegium aggregatus fuerat: atque aduersus demones, & morbos & mortē potestatem acceperat, & ex obscuro atq; ignobili, tam clarus atque illustris extiterat? an non eum qui tot bonorum ipsi causam præbuerat, prodidit? effera enim illa bellua (sic enim eos appellare fas est, qui ne beneficiis quidem meliores redduntur) Saluatoris lenitate ac patientia saturata, aduersus eum petulanter impetum fecit: S. Chrylostomus ^b Iudam, etiam supra

a l. 3 epist.
44.

b hom. 84.
in Marcio.

belluas efferatum, describit. [Idcirco (inquit) Iudas, maxima non euitabit supplicia, quinimo multo magis iure vexabitur, quia omnipotentiae, humilitatisque Domini tot tantaque habens argumenta, omnem feram belluam crudelitate superauit. Haec igitur considerantes, auaritiam fugiamus. Auaritia enim hunc illi furorem immisit; auaritia omnes qui ei seruiunt, crudeles efficit atque atroces. Nam si propriam auarus salutem negligit, quid faciet de aliena?]

a l. 3. exa-
em. in co-
dicibus no
vitiatis.

PORCVS. Anastasius Sinaita^a [In thesauro qui est Ecclesia, custodiuntur margaritae diuinorum sacramentorum, quas iubemur abscondere porcis. Nam illi, sicut est Iudas, eas non capiunt.]

b in ps 40.

I 5. COLVBER. S. Ambrosius^b tractans illud Genes. 49. *Fiat Dan coluber in via cerastes in semita, ut mordeat ungulam equi & cadat ascensor eius retrò* postquam locum de Antichristo exposuisset, subdit. [Et quia similiter Iudas, amplificasse super Christum legitur supplationem, videtur hoc loco ipse signari, quod mordere haberet calcaneum equi quo Christus Dominus vehebatur. Vnde dictum est:

est
eius
catu
pro
go e
Vul
pecc
uit,
equi
nire
Euar
equi
deba
femo
gum
erat
pecc
infer
non
tum
est m
tuis
hunc
cecid
est, c
passu
perce

est: *equitatus tuus, salus*. Quod caro eius, mundi totius erat susceptura peccatum, vt salus pro exitio, & vita æterna pro morte succederet. Vulneratus est ergo equus, non mendax solus ad salutem. Vulneratus est equus, qui mundi totius peccata suscepit, & onera nostra portauit, & non fuit fatigatus. Vulneratus est equus qui ad furorem cõcubitus adhinire nesciuit. Et ideò fortassis Ioanni Euangelistæ cœlum apertum, & albus equus est demonstratus, super quem sedebat habens in capite diademata, & in femore suo nomen scriptum, Rex Regum, & Dominus Dominantium. Albus erat qui erat immaculatus, quia nulla peccati inquinamenta cognouerat.] Et inferiùs. [Solus iste est, qui peccatum non fecit; solus est Christus, qui peccatum abstulit mundi: qui dixit mortis; *ubi est mors victoria tua? ubi est mors aculeus tuus?* Quomodò ergo amplificauit super hunc supplantationem suam Iudas, & cecidit eques retrorsum? Quod in Iuda est, dolum fecit: quod in Christo, volens passus est. Sæpè videmus fortiozem velle percuti; vt acrior, laceffitus insurgat, ve-

hementius excitetur. Momordit ergo
serpens calcaneum equi, virus suæ frau-
dis euomuit: volens eques seipſe deiecit.
Volens cecidit vt nos leuaret.]

16. EQVVS SATANÆ SVBSTRATVS.

*a hom. 6. in
Exod.*

Origenes ^a [Omnes qui in carne nati
sunt, figuraliter equi sunt, sed hi habent
ascensores suos. Sunt equi quos Domi-
nus ascendit, & circumeunt omnem ter-
ram de quibus dicitur, & equitatus tuus
salus. Sunt autem & equi qui ascenso-
rem habent diabolum & Angelos eius.
Iudas equus erat, sed donec ascensorem
habuit Dominum, de equitatu fuit salu-
tis. Cum cæteris enim Apostolis missus,
ægrois salutem, & sanitatem languenti-
bus præstabat. Sed vbi se diabolo sub-
strauit (post buccellam enim introiuit in
eum Satanus) & ascensor ipsius effectus
est Satanus, & illius habenis ductus, ad-
uersus Dominum & Saluatorem no-
strum cœpit equitari.] S. Ambrosius ^b Iu-
dam exhibet specie equi faucij & vulne-
rati dente serpentis, qui leuauit calca-
neum suum, vt deiiceret equitem, qui se
deiecit vt omnes leuaret.

*b lib. de
bened. Pa-
triar. c. 7.*

Iuda

*Judæ sectatores & asseclæ, siue
Christi proditores.*

CAPVT XV.

F hoc quoque, ad comple-
mentum aliquod damnatio-
nis Iudæ pertinet. Nam sicut
beatis gloriosum est, quòd
mortales ad virtutum exempla per ipsos
dum viuerent edita, conformentur; id-
que in speciale eorum decus redundat,
ita in speciale damnatorum incommo-
dum cedit, quicquid ab iis qui supersti-
tes sunt, eorum exemplo aut doctrina
delinquitur. Quare quotquot Iudæ
exemplo Christum prodiderunt, sudes
in Iudæ oculis facti sunt. Et non potest
quidem Christus Dominus in reali suo
corpore denuò prodi, quia Christus re-
surgens ex mortuis iam non moritur
mors illi ultra non dominabitur. Potest
tamen prodi, & re ipsa proditus est mul-
tòsque Iudas sustinuit in suo mystico
corpore, vt S. Ambrosius egregiè disse-
rit.

a in ps. 61. rit.^a Quam prodicionem Christus sibi-
 met factam æstimat, vt perspicuum est
 ex illis ad Saulum verborum iaculis, *Sau-
 le, Saule cur me persequeris?* Quamuis
 Saulus corpori dumtaxat Christi mysti-
 co, infestus esset. Operæpretium igitur
 est, hoc Iudæ probrum non omittere, si-
 gnatis illustrioribus quibusdam exem-
 plis, eorum qui cum essent domestici fi-
 dei & homine pacis Ecclesiæ, perfidè in
 eam insurrexerunt, eiusque prodicionem
 machinati sunt. Ad illustriora autem
 exempla, arctandus est sermo: Quia si
 vniuersa consecrari animus esset, ne mul-
 tis quidem voluminibus iustæ enumera-
 tioni par forem. Vt enim Chrysoctomi
 verbis vtar^b [Vbi obsecro hodie non re-
 gnat proditio: Omnes fermè, proditores
 facti sunt.] Idque in hac temporum face
 euenturum, prædixit Christus Dominus,
 iuxta eundem Chrysoctomum, eo loco
 vrgentem in hanc rem illud ex Matthæi
 24. *Scandalizabuntur multi, & inuicem
 tradent, id est, inuicem prodent.*

*b homil. de
 pseudopro-
 ph & fal-
 sis DD. t.
 6. Gracol.*

*c in vita
 L. I. C. II.*

Constantius Constantini magni Pa-
 ter apud Eusebium^c eos qui fidem ad
 gratiam profitebantur & vt gratificaren-
 tur

tur Principi abijciebant fidem Christianam vocavit Dei Proditores, & à se abiecit. Cum autem rerum nostrarum sciens esset, allusit ad Iudam.

2. CONSTANTIVS MAGNI CONSTANTINI FILIVS, Arrianus, & acerrimus Arriomanæ propugnator ac promotor, omnem lapidem movit vt fidem Catholicam in qua primùm educatus fuerat, stirpitus excinderet; & in eius locum, plantaret vbiuis Arrianismum. Itaque Episcopis Catholicis, maximèque S. Athanasio infestum se præbuit; Liberium ac Osium, Sirmij perculit; Arimnensium Patrum constantiam tædio & incommodis fregit; plurima denique mala Dei Ecclesiæ intulit. Quam ob causam à S. Hilario^a ita compellatur. [Osculo Sacerdotes excipis, quo & Christus est proditus: caput benedictioni summitis, vt fidem calces: conuiuio dignaris, ex quo Iudas ad proditionem egressus est: Censum capitum remittis, quem Christus ne scandalo esset, exoluit: vectigalia Cæsar donas, vt ad negationem Christianos inuites: Quæ tua sunt relaxas, vt quæ Dei sunt, amittan-

a lib. contra ipsum Constantium.

tur; hæc tua, falsa ovis, indumenta sunt.] Vix clariùs potuit Iudam dicere. Quod autem in actu vt sic dicam signato, non habemus ab Hilario, habemus à Lucifero Calaritano, æui illius Episcopo, qui Constantium, Herois filium, sed noxam, cum plerisque aliis opusculis grauissimè corripit, tum nominatim Iudæ proditoris socium & asseclam asserit. Vnicum Luciferi locum ^a tamen si longiusculum adscribam; quòd hoc possit esse quasi paradigma, quo præmissò, in reliquis quos Iudæ aggregabimus parciores esse licebit. Præmiserat Lucifer ex Euangelio Matthæi locum, quo Iudæ proditio describitur. Tum subdit Constantium ipsum alloquens: [Quoniam recitauimus quomodo coamens tuus Scarioth Iudas, tradiderit Dominum, isto in loco eius penitus retractemus sacrilegij causas, & tuas, & inuenies vnum vos esse; te & Iudam Scariotham. Ille tradidit Dominum Iudæis, quia non fuerat credens, nisi quomodo sit nunc credens conscotinus tuus Syrmiësum, qui dicebatur, ac dicitur indignè Photinus. Tu tradidisti eum, & quidem toti orbi, vt cuncti eius possint

nega

*a lib de
non par-
sendo in
Deum de
linguenti
bus.*

neg
lere
nis e
dimi
Spiri
hic n
quò
ror:q
eum,
præd
loco
nes n
Apo
tra vo
pram
& bla
thdlic
derat
necer
argen
niorib
sangu
nos? tu
plo, sec
Ille lic
tium c
tale ?

negare diuinitatem. Quis uestrum in scelere maior est? Ego arbitror, quia tu. *Omnis enim qui peccauerit in Filium hominis dimittetur ei, qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non dimittetur ei, neque hic neque in futuro.* Et tu deitatis illius, quò cuncti possint negare, extitisti traditor: quantum enim apud te est, tradidisti eum, de quo & libros scriptos dedisti, & prædicatores benigni voti tui omni in loco constituisti, quem quò possent omnes negare, verum illum esse Dei Filium, Apostolicam atque Euangelicam contra vos hæreticos apud Niciam descriptam fidem, fecisti iudicare hæreticam, & blasphemiam tuam, fecisti dici Catholicam: & tamen iste Iudas qui eum traderat, videns in suæ salutis se operatum necem, *pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum & Senioribus, dicens: peccaui, quòd tradiderim sanguinem iustum.* At illi dixerunt, *quid ad nos? tu videris.* Et *proiectis argenteis in templo, secessit, & abiit, & laqueo se suspendit.* Ille licet vno momento pœnituit, & pretium quod acceperat reddidit. Tu quid tale? qui conuentus piaculum te facere

ab

ab eius seruis, non solum non pœnitue-
ris, sed & magis in contumaciam creue-
ris. Tu quid tale? qui sis dans omnes co-
pias regni tui, vt possis sacrilegium tuum
firmare; qui quos alio modo corrumpere
non potueris à veritate, nonnullos in-
genti præmio facultatum tuarum corru-
peris: qui certum numerum egenorum
ita locupletaueris, vt comitibus tuis de
diuitiarum magnitudine possint æquari.
Iudas posteaquam facinus suum aduer-
tit, laqueo finiuit vitam: tu qui pro ma-
gnitudine maleficij tui maiori mereris
plecti supplicio, quid eris acturus, cum
malè te fecisse, serò licèt cognoueris?
cum ea quæ nunc non possunt conspi-
cere minimè suppurati veneno hæretico
oculi tui, videre cœperint? Et tametsi ve-
lis credere, dimittatur tibi necesse est id
quod ex ignorantia geris, sicuti dimis-
sum Beato Paulo Apostolo aduertis: sin
verò sic eris vt Iudas descensurus ad
infernâ noctem, tunc dicturus eis, qui
te nunc hæc facere compulerunt, hoc
est coArrianis tuis; Peccaui vobiscum,
negans vnicum Dei Filium: Peccaui tri-
buendo vobis auctoritatem, ad eius æter-
nam

nan
cog
rit
tern
vna
Patr
Para
imp
legi
vobi
vobi
mun
henr
quæ
ad æ
quid
gnet
galsq
tum
rioth
doqu
ganda
Iudas
rit, qu
contra
ad neg
didera
Tom

nam negandam clementiam. Tunc cum cognoscere cœperis Patris & Filij & Spiritus sancti vnam nos rectè confiteri æternitatem, cum videre cœperis, quod vna sit magnitudo, vnâque potentia in Patre & in vnico Filio eius, & in sancto Paraclete Spiritu, vbi tunc erunt qui te impulerunt ad hoc perpetrandum sacrilegium, vt dicas ad eos, pœniteor, quia vobiscum Dei inimicis cucurrerim, quia vobiscum fuerim persecutus Dei domum: Tecum erunt sine dubio in gehenna. Vbi tunc erunt diuitiæ regni tui quæ tibi non ad salutem, sed proficiant ad æternum tuum interitum? Optamus quidem, vt tibi salutis tuæ inimico dignetur reuelare Deus veritatem, emergasque è tãtis periculis. Cæterum quantum in scelere sis eminentior ab Scarioth Iudæ nō est laboris æstimare quandoquidem tu ad eius diuinitatem negandam omnem conuocaueris orbem. Iudas verò solis illis Dominum tradiderit, qui in eum nec dum crediderant. Tu contra, etiam eos prouocare dignatus es, ad negandam eius deitatem, qui iam crediderant. Iudas nulli vim intulit vt se-

cum periret: tu contra, cum militari manu sis pugnans contra nos, quos cognoscis credere, quomodo Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli ac Martyres crediderint; Vtique quantum distet inter te atque Iudam non est magni laboris perpendere.]

Hæc & alia in Constantium Lucifer, imperterrita & infracta illa animi excellentia, quam singuli propè apices librorum eius spirant. Non habuit tamen quo Constantium feriret acerbius, quam alterum Iudam, & Christi proditorem nominando, idque facta vtriusque contentione probando. Quanquam utcumque excusabilem in huiusmodi proditione fuisse Constantium non diffitebitur qui Epiphanium audierit ^a [Constantius Rex, in aliis quidem omnibus mitis & bonus, velut filius magni & perfecti Constantini pij, qui rectam fidem integrè seruauit, sed & ipse Constantius, fuit pius & bonus iuxta multos modos. Verùm in hoc solùm, quòd non secundùm fidem parentis processit, deuiavit, atque deliquit: non ex sui causa, sed ab his, qui rationem reddituri sunt in die iudicij: qui

a hares. 69

qui
ran
bu
Ecc
ac c
perp
rum
sub
Con
te o
velu
qui
tis a
duct
lique
palp
3
IMPR
Atha
& fu
natur
ciffit
impa
gnen
tium
gnate
bebat

qui in apparentia Episcopi dicuntur, veram autem Dei fidem corrumpunt: quibus danda est ratio, & pro fide, & pro Ecclesiæ persecutionibus, & tot malis ac cædibus in Ecclesiis ipsorum causa perpetratis, & pro tot millibus populorum, vsque in hunc diem tribulationem sub dio sustinentium & pro ipso Beato Constantio ab ipsis decepto & ignorante orthodoxam fidem & cedente ipsis, velut Sacerdotibus per ignorantiam, vt qui non nouerit in ipsis errorem cæcitatibus ac malæ fidei ex diaboli structura inductæ.] Iuuic hunc locum adscribere, vt liqueat quo boni interdum principes, palponum malignitate abripiantur.

3. MAGNENTIVS CONSTANTIS
IMPERATORIS INTERFECTOR, à S.
Athanasio^a *Diabolus Magnentius, demon,*
& *furia infernalis, altérque Iudas,* nominatur. Itaque cum per calumniam atrocissimam & supra modum exaggeratam, impactum esset S. Athanasio quod Magnentio adhæsisset, sic affatur Constantium Constantis fratrem.^b [Credo magnam scilicet & multam illi gratiam debebam, quod piæ memoriæ, tuum fra-

a in apologia ad Constantium Imperat.

b ibidem.

trem, cuius donariis Ecclesię plenæ sunt, ipse eius legatus occiderit: nihil eam necessitudinem, cum ante oculos versaretur, reueritus, nihilque gratiam beato tuo fratri in baptisinate donatam respiciens, veluti dæmon & furia infernalis in eum insiluit. Atque ita sanctissimus ille vir martyrium assecutus est. Ille contra iam inde, quasi in nexu esset ad similitudinem Cain, cum gemitu & trepidatione fugiebat, ut Iudam postea eodem mortis genere imitaretur, sibi que ipse carnifex factus, duplex supplicium, & hinc & in iudicio futuro irrogauit.]

IULIANVS IMPERATOR APOSTATA, Constantij patruelis atque successor, primum ordini Ecclesiastico adscriptus, (Lectoris enim munere in Antiochena Ecclesia functum, testatur Nazianzenus^a;) quin etiam Monasticem aliquando professus ut Baronius^b annotauit. Flagitiosorum tandem colloquiis, quod Cyrillus testatur epistola ad Theodosium quâ illi suam Iuliani cõfutationem inscribit, ad perfidissimam Christianæ religionis prodicionem adductus est. Id eoque Nazianzenus^c his illum floribus

^a orat. 3.

^b anno

337.

^c orat. 3.

bu
ton
no
gn
Ch

NI
RE

ret

rer

Iuli

vt i

stur

Præ

pud

aure

toris

steri

ditæ

quas

ter

store

expi

lum

dem

qui

sub C

bus conspergit. [Post Herodem persecutor & post Iudam proditor, nisi quòd non laqueo ut ille, pœnitentis animi significationem dedisti, post Pilatum Christicida, post Iudæos Dei hostis.]

4. FOELIX THESAURORVM IVLIANI PRÆPOSITVS, ET ELPIDIVS COMES RERVM PRIVATARVM, siue ut Theodoretus^a interpretatur procurator pecuniæ rerum priuatarum Imperatoris, tempore Iuliani Apostatæ, cum Christiani essent, ut impio defectori gratificarentur, Christum abiecerunt: & Iuliano Orientis Prætori, in sacram mensam lotium impudentissimè effudenti comitantes, cū aurea vasa sacra ab anterioribus Imperatoribus Christianis in vsum sacri ministerij collocata deprædaretur, breui proditæ Christianæ fidei pœnas dederunt quas describit Theodoretus, & obiter S. Chrysostomus^b docens Quæstorem Iuliani diruptum per medium expirasse, ipsius autem Iuliani auunculum corrosum à vermibus obiisse. Eiusdem farinæ fuit ille Ecebolius Sophista, qui pro tempore fidem mutans nunc sub Constantio Christianus, sub Iuliano

^a 3. *histor.*
c. 12.

^b *homil. 4.*
in Match.

a hom. in
anarisiã.

Ethnicus, eoque mortuo rursus Christianus, quod per Iuliani mortem reflorescere videret rem Christianam. In hos omnes optimè dixit Asterius illorum temporum insignis Episcopus Amasenus. ^a [Quid eos qui Christo nomen dederant ac mysteriorum participes erant, ad cultum dæmonum pertraxit? Nonne plura possidendi cupiditas, & alienas fortunas occupandi? Nonne promissorum spe magistratuum ac præfecturarum, regia-que munificentia & largitionis ab impiis facta, Dei cultum religionemque, quasi vestem repentinò mutarunt? Et hæc quidem anteriorum exempla temporum, memoria seruauit. Sunt etiamnum recentia, ac nostræ ætatis. Cum enim Imperator ille qui Christiani personam per simulationem diu gestauerat, repente eam deponens, totamque reducto sipario scenam denudans, & ipse demoniis impudenter sacrificauit, & alios variis eò præmiis inuitauit, quantus ab Ecclesia ad altaria factus est concursus? Quàm multi per honorum escam & illecebras, vnâ cum ipso transgressionis hamum deuorarunt? Qui nunc quidem
stigma

stigmaticæ ciuitates oberrant, omnibus odio, ludibrioque, tanquam Christi Domini propter paucillum argenti proditores, expuncti Christianorum albo, sicut Iudas Apostolorum, à transgressoris appellatione nati, sicut à signis equi, qui in peccatū omnium grauissimū pertrahi facillè passi sunt, secutiq; statim impuræ & execrabilis impietatis mystagogū. Ita nimirum auaritia iuxta Apostolum idololatria est, omniumque radix malorum, innumera ex sese vitia progignens.]

5. NOVATIANI de effusione vnguenti Christi & bono odore resipiscentium indignantes, à S. Ambrosio^a Iudæ proditori conferuntur.

^a de pœ-
nit. c. 8.

MONTANVS primū probatus Christianæ fidei assertor, tum transfuga & proditor Christi fuit. De Montani enim primo statu in Ecclesia, & virtutibus ac miraculis, locuples testimonium perhibet Eusebius.^b Eiusdem verò postmodū virtute excidentis, & cum Maxilla sua in cœnum turpitudinum deuoluti; itēque Theodoti per similem vt gestorum, ita & mortis, Iudæ proditori exitum, idem describit,^c ex lucubrati-

^b l. 5. hist.
c. 3.

^c eod. oper.
c. 15.

ne quadam Apollinaris contra Cataphrygas verbis illis. [Quod ad Montanum ipsum & Maximillam attinet, illi alio quodam & longè diuerso mortis genere occubuisse dicuntur. Nam istos ferunt spiritus vesani & perditì impulsu commotos, sibi laqueo mortem conscuiffe. Non tamen simul credo, & eodem momento. (ipso temporis puncto, quo alteruter obierit, multus sermo de illis inter homines versabatur:) Sed ita occubuisse, vt diximus, & eundem cum Iuda proditore vitæ exitum adeptos, constans fama est. Est etiam pari ratione de admirabili illo Theodoro, qui primus illius commentitiæ prophetiæ quasi procurationem suscepit, valdè creber sermo, quo modo, è mentis potestate deturbatus, fraudulentò spiritui seipsum crediderit: à quo sublimem aliquando in aërem sublatum, & derepentè præcipitem deiectum, miserè ac perditè interiisse ferunt.]

6. TRADITORES. Sic denominati sunt Christiani illi qui minacibus Diocletiani edictis territi, sacros codices comburendos dederunt. Quod probrum
Dona

Donatistæ postmodum in Cæcilianum aliisque plerosque Catholicos Episcopos, contumeliosè intorserunt, quamvis Donatistarum permulti, quod sæpè S. Augustinus demonstrat ^a traditores reuera fuissent, seueri censores sui ipsorum in prætenfa aliorum noxa. Quamvis autem traditorum appellatio videri possit petita à Codicum traditione, allusum tamen etiam est ad cognomen Iudæ, qui Christum tradidit, & *traditor* nominatur Marci 14. quòd hi Codicum sacrorum proditores Christum ipsum tradere viderentur, in cuius contemptum ac Christiani dogmatis excidium, ea omnia moliebatur Diocletianus: vnde Iudam referebant, præsertim cùm eorum plerique, esca bonorum temporalium siue parandorum, siue non amittendorum, ad huiusmodi prodicionem adducerentur; Iudæ imitatione qui amore pecuniæ inescatus, Christum tradidit. Petilianus Cirtensis Episcopus Donatista, ^b analogiam Iudæ & horum traditorum sic instituit, non repugnante D. Augustino, sed tantùm calumniã amollente [Agendum nobis dicendumque est, quatenus

a tomo 7.

b apud S. Aug. l. 2. contra eius literas c. 8.

perfidus traditor, vita mortuus habeatur: Iudas, Apostolus fuit cum traderet Christum: idemque honore Apostoli perdito spiritualiter mortuus est, suo postea laqueo moriturus, sicut scriptum est, *parietet me, inquit, quia tradidi sanguinem iustum, & abiit, & laqueo se suspendit.* Laqueo traditor perit, laqueum talibus relinquit. De quo Dominus Christus, clamavit ad Patrem, *Pater, quos dedisti mihi, omnes seruaui, & ex illis nullus perit nisi filius perditionis ut impleretur scriptura.* Olim namque Dauid sic in eum sententiam dixerat, qui esset Christum perfidus traditurus, *Episcopatum eius accipiat alter: sit uxor eius uidua & filij eius orphani.* Ecce quantus est spiritus Prophetarum, ut cuncta futura pro presentibus viderit, ut ante plurima secula nasciturus traditor damnaretur. Denique ut dicta sententia compleretur, Episcopatum eius Apostoli perdit, sanctus Matthias accepit. Nemo hinc stolidus, nemo perfidus disputet, triumphum Matthias, non iniuriam retulit, qui de Domini Christi victoria spoliū retulit proditoris. Hoc igitur facto Episcopatum, tibi quid vendicas

cas
Ch
le
mis
ren
qui
bus
iuu
care
me
fari
est
ince
nicu
rum
lege
fex
7
dem
rum
Nior
prius
essen
sacra
facti,
Vsur
tame

cas, hæres nequioris traditoris? Iudas Christum carnalem tradidit, tu spiritalem, furens; Euangelium sanctum flammis sacrilegis tradidisti. Iudas legislatorum tradidit perfidis, tu quasi eius reliquias, legem Dei perdendam hominibus tradidisti: quia si legem diligeres, vt iuuenes Machabæi pro Dei legibus necareris] &c. [Si hominis mortui testamentum flammis incenderes, nonne falsarius punireris? quid de te ergo futurum est, qui sanctissimam legem Dei iudicis incendiisti? Iudam facti vel in morte pœnituit, te non modò non pœnitet, verùm etiam nequissimus traditor, nobis legem seruantibus, persecutor & carnifex existis.]

7. Hierocles & Porphyrius, eodem ipso anno quo Ecclesiis Christianorum diruendis & libris comburendis Niomediæ inuigilabat Diocletianus, cū prius Christianam religionem professi essent: fidei cuius nomen induerant, & sacramenti quod acceperant proditores facti, proditorem Iudam representarunt. Vsurpauit ex parte verba Lactantij qui tametsi neutrum de nomine memorat, viru

2 l. 5. f. 2.
c. 3.

virulenta illorum scripta in religionem Christianam recensens, ^a tamen ex adiunctis quæ refert, satis insinuauit quinam essent; & perspicuè Hieroclem notauit cum dicat, Epigraphen. duorum libellorum ab eo ad Christianos conscriptorum, qui vnus erat è numero Iudicum, & inceptor, vel etiam autor persecutionis in Christianos extiterat, hanc fuisse. *Philalethes, veri amator.* Quæ omnia in Hieroclem cadere discimus ex Eusebio, qui eam Hieroclis lucubrationem confutauit Porphyrium autem esse, philosophum illum Christianorum hostem cuius ibidem meminit, ex circumstantiis coniectat Baronius. ^b Eundem verò fuisse Christianismi desertorem, constat ex Socrate. ^c Itaque rectè utrèque traditoribus Iudæ germanis accensetur, uti à Lactantio factum retuli.

^b anno
Christi
302.
c. l. 3. c. 9.

d l. i. con-
tra Gau-
dent. c. 37.

8. DONATISTÆ. S. Augustinus ^d
[Quoniam Donatistæ semetipsos occidere semper amauerunt, & ipsi ab initio traditores fuerunt; quid mirum si traditoris mortem etiam suos posteros amare docuerunt? Sed vitandæ huius similitudinis causa, vel nunquam, vel difficilissimè]

facil
omn
fac
que
igno
rum
no
præ
que
cipi
boli
min
oper
angu
sub
lueri
fit, v
staba
fortè
tum
quia
se et
per f
ris,
scele
mod
do I

ficillimè se laqueo necauerunt. Frustrà omnino. Nam ille Iudam traditorem id facere compulit, qui & illum puerum quem sanauit Dominus, in aquam & ignem sæpè deiecit, & gregem porcorum in mare præcipitauit, & ipsi Domino præcipitium de pinna templi audaci præsumptione suggestit. Quamuis itaque diuersis modis voluntariam vos præcipiteris in mortem, tamen eiusdem diaboli instinctu vos ipsos necando imitami Traditorem.] Rursusque eodem opere ^{al. 2. c. 27.} [Caminis clausis vos in crudeles angustias coarctatis, vt & qui uoluerit subuenire, non possit intrare; & qui uoluerit euadere, non possit exire. Absit, absit, vt stent cum magna constantia, cum stabunt cum tam mala conscientia. Nisi fortè arbitramini propterea uobis Deum posse parcere pro sceleribus uestris, quia ipsi uobis modò non parcitis. Vnde se etiam quædam sanctimoniales uestræ per saxa dimiserunt & dissidentibus uestris, homicidiorum scelere stuprorum scelera prodiderunt, existimantes si hoc modo in se uindicassent, nullo iam modo Deum uindicaturum, sicut & uos

puta

putatis, quæ sacrilegio schismatis & hæresis, vel deprædando, detruncando, excæcando, occidendo, postremò etiam rebaptizando Catholicos, quælibet alia potuerunt à vobis nefanda committi, isto modo posse, quo vos occiditis expiari. Sed erratis; hoc putauit & Iudas. An hoc etiam vultis addere documentum, quò certius nouerimus, maiores vestros potiùs fuisse traditores, quia mortem imitamini Traditoris?] Idem ^a alibi Donatistas Iudæ traditoris condiscipulos nominat. [Spontaneas enim mortes ab vno Magistro vtrique didicerunt, ille laqueum, ille præcipitium.]

^a l. 2. contra liter.
Petil. c. 49.

MILES CAPPADOX qui cum aliis vndequadraginta, Sebastæ in Armenia minore gloriosam confessionem ediderat, & glaciei rigore pro fide tolerato ad ipsum prope cæli aditum peruenerat; tum in finem corruptit benè cœpta, à Nysseno ^b Iudas inter martyres nominatur. Præiuerat S. Basilus. ^c Descripto enim astu Præfecti qui non procul à lacu gelido in quem demissi fuerant martyres, calidæ aquæ lauacrum excipiendis desertoribus apparari iusserat, subdit.

^b orat. 3.
nuper ad
dila de SS.
40. marty
rib.
^c orat in
eos d. SS.
martyr.

[Cu

[Custos dum hos obseruaret, quosdam è cælo descendentes Angelos, ac coronas singulis martyribus vno excepto distribuentes aspexit. Is autem quem indonatum illi reliquerunt, ac honoribus cœlestibus indignum iudicauerunt, ea re peritus est animi mollitie atque inconstantia, vt statim laboris tolerantiam desperans, ad hostes transfugeret, miserabile prorsus spectaculum. Miles transfuga, vir fortissimus captus;] Christi ouis à lupo direpta: & quod miserabilius est, à vita perpetua cœlestique excidens, neque hac postremò diu gaudens. Nam vbi calidam attigit aquam, corpore quod glacie torpebat dissoluto, statim interiit. Custos verò qui prodigium hoc viderat, vbi illum fugientem conspexit, relictis omnibus sese in eius demisit locum, ac vnam cum sanctis illis vocem emisit; Christianus & ego sum. Itaque cum eius subita mutatione stuporem illis incuteret, & numerum impleuit, & mæstos ob socium amissum sanctos, consolatus est: eos imitando qui in acie prima, vbi fortè aliquis ceciderit, statim ordini alium restituant ac surrogant, ne proximi incom-

commodum patiantur. Talem igitur ipse se gessit. Vidit miracula cœlestia, agnovit veritatem, ad Dominum confugit, cum martyribus annumeratus est. Exemplum est Apostolorum imitatus. Abiit Iudas, Matthias est surrogatus.]

9. MAXIMUM ex Cinico Episcopum, proditorem suum, S. Gregorius Nazianzenus^a ob captatam Ecclesiasticarum facultatum expilationem, his verbis describit. Nam ea intorqueri in Maximum, notavit Theologi vetus Scholiastes ac interpres Elias Cretenfis [Ob pecunias fur ille, zelotypia erga crumenam æstuat, ac Deum prodit & quod gravissimum est, triginta argenteis vendit. Hoc enim pretio dignus erat, non qui prodebat, sed qui prodebat.]

MAXIMUM TYRANNUM innocentissimi principis Gratiani proditorem, S. Ambrosius insectatur luculenter^b ut Iudæ germanum. [Non semel appetitur Christus: appetitus est semel in suo corpore quod suscepit in virgine. Appetitus est frequenter in eo corpore quod est Ecclesia. Nos enim sumus corpus Christi, & membra. Appetitur & in singulis sanctis

^a orat. 28.
in 45.

^b in psal.
61.

fan
no
pro
del
fug
om
fue
ing
mo
cio
ear
dit
bat
par
offa
par
fan
Ita
tion
tibi
Pfa
men
cap
mir
qui
calo
Qu
2

sanctis suis, & innocentibus, qui Domino se dicarunt. Recordamur aliquem proximè ab omnibus appetitum, à suis destitutum ac proditum, qui dudum in suggestu locatus imperij, subito egens omnium, ab ipsis quorum hæreditarium fuerat sortitus obsequium, cœpit vrgeri, ingruentibus in exitum, inferentibus mortem, nullo auxiliatore, nullo iam socio sui, nullo comite.] Et post multa in eandem sententiam, in Maximum proditorem conclamans, [Nónne tibi videbatur impie, cùm manducares, cædem parares, quòd humana sub dentibus tuis ossa crepitarent? cùm vinum biberes & parricidium cogitares, quòd illis poculis sanguinem tibi innocentis infunderes? Ita prorsus alienus non solùm ab imitatione, sed etiam à lectione diuina, vt non tibi veniret in mentem versiculus ille Psalmorum, *tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos.* Atque ille alius cuius meminit in Euangelio ipse Dominus Iesus, *qui edit mecum panem, leuabit super me calcaneum suũ.* Quid tibi faciã Ephraim? Quid tibi faciã Iuda? Plures reliquisti



nobis prodicionis tuæ & fraudis hæredes. Hæc enim etiam ad proditorem Iudam potest per apostrophem deriuari. Prodidisti vitam, Regum Domini. Sed Iesus Dominus semel in se, frequenter in seruulis suis proditur. *Quod enim vni horum minimorum fecistis, mihi, inquit, fecistis.* Tu commissos tibi loculos & pecunias pauperum suscepisti, iste prouincias sibi creditas. Tu Apostoli honorem, ille militiæ dignitatem, administrationis infulas. Numero honores eius, vt crimen exaggerem. Conuiuij violastis vtræque consortium, tu tamen de conuiuij ad prodicionem surrexisti, iste ad necem. Hoc est, tu licet in scelere verecundior, qui negasti quod inferendam necem credideris Domino quem prodebas: qui precium refudisti, ne residere apud te merces parricidij videretur. Iste non solum tenuit acceptam, verum etiam extorsit non oblatam mercedem prodicionis. Iste non solum deceptus non est alio mendacio, sed fefellit suo, & fefellit vt occideret; & cum ille conuiuium recusaret, qui se videret esse perimendum, iste sacramentum obtulit, ne qua periret sibi

sibi cumulandi pars criminis. Postremò superioris proditoris pecuniâ profecit ad sepulturam peregrinorum : iste sepulturam integram suo principi denegavit.]

10. **ARRIVS**, [ille (vt Nazianzenus loquitur) ^a iniustitiæ turbo, illud impietatis supplementum, illa spirituum legio, ^{a orat. 23.} illa Christi aduersaria lingua, illa iniquitatem in excelsum locuta mens, ille diuinitatis sector; cuius grauis quidem & horrendus conatus, grauior autem magisque horrendus vitæ finis, & Iudæ prodicione dignus quam ille aduersus nostræ salutis auctorem moliri ac perpetrare non dubitauit; Arrius inquam, à furore pulchrè nomen habens.] Satin, in impium probrorum? Hic (vt idem Theologus alibi ait,) ^b [Petulantis & effrœnatae linguæ pœnas, expendit in obscœnis & ^{b orat. 21. n. 13.} impuris locis extinctus atque orationis non morbi viribus oppressus, ac Iudæ instar, ob eandem verbi prodicionem disruptus] Idem habet S. Epiphanius ^c [cùm orasset Alexander, ac rogasset Dominum, vt aut ipsum auferret, r. vnâ cum Arrio qui contra Dominum maledicta ^{c heres. 68.}

effudisset, coinquinaretur, aut miraculum faceret velut in generatione ac generatione facere solet, non ita longè postea, votum Sancti implebatur. Nam noctu Arrius ad sellam progressus necessarij oneris deponendi gratia, crepuit, quemadmodum & Iudas quondam. Atque sic finem adeptus in loco immundo ac graueolenti.]

a l. 1. de fi.
de c. 9.

In eandem sententiam S. Ambrosius^a [Arrius inter effusa se sua viscera voluit, vt agnosceremus similem Iudæ proditoris, Arrij quoque fuisse perfidiam, quem similis pœna damnauit. Effusa sunt enim & Arrij viscera. Pudet dicere vbi, atque ita crepuit medius prostratus in faciem, ea quibus Christum negauerat fœda ora pollutus. Crepuit enim sicut etiam de Iuda Petrus Apostolus dixit, quia possedit agrum de mercede iniustitiæ, & in faciem prostratus crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius. Non est fortuita mors, vbi in sacrilegio pari, pœnæ parilis processit exemplum; vt idem subirent supplicium, qui eundem Dominum negauerunt, & qui eundem Dominum prodiderunt.] Concinit etiam

etiam Arator Diaconus^a his carminibus. al. i. in Act. Apost.

----Fusa ruit Arrius aluo,
Infelix plus mente cadens, lethūmque
peremptus
Cum Iuda commune tulit: qui gutture
pendens,
Visceribus vacuatus obit; nec pœna se-
questrat
Quos par culpa ligat, qui maiestatis ho-
nori,
Vulnus ab ore parant. Hic prodidit, ille
diremit,
Sacrilega de voce rei.

Præiuisse denique Arrio & eius asse-
clis, Iudam proditorem & Apostatam,
scribit S. Alexander Patriarcha Alexan-
drinus in epist. encyclica.^b

II. EUNOMIVM Arrio, in germa-
nitate cum Iuda, adiungit Basilius Seleu-
ciæ^c verbis illis [Christus passione sua
legis maledicto nos exsoluit. Arrius verò
& Eunomius, par illud diabolicum, cum
Iuda coniurati, Christi passionis telam
texuerunt; cum impietatis intertextu, sa-
lubre medicamētum in perniciem con-
uertere summa contentione allabora-

b habetur
l. i. Tri-
par. c. 13.

c orat. 32.

runt, & sui in Christum odij specimen, factis ostentarunt, scripturas vndique percurrentes, dictiones captantes voculas inuestigantes, sicubi quasdam inueniant syllabas, qua filij cum patre æqualitatem, celent occultius.] Et hoc ad proditionis artificium & Iudæ dolo sitatem repræsentandam, maximè erat accommodatum.

a tom. 2.
Conc. Ephesedit.
Fels. cap.
11.

NESTORIUS. Synodus Oecumenica Ephesina iis literis quibus Nestorium exauctoratum denunciat, hunc præfixit titulum. ^a [Sancta Synodus, iuxta religiosissimorum Christianorumque Imperatorum nostrorum præscriptum, in Ephesiorum metropoli per gratiam Dei coacta, Nestorio *nono Iudæ*. Cœlestinus Papa scribens ad Clerum & populum Constantinopolitanum post Nestorij deiectionem, & subrogationem Maximiani, sic scribit de Nestorio ^b. [Non impune suum est secutus autorem, quando Iudæ Episcopatum alter accepit. Iure vtrumque tenet vna sententia, quia in vnum (sicut legimus) ambo peccauerunt. Sit licet vterque ante oculos nostros Saluatoris nostri calumniator & tradi

b apud Baron. anno
432. num.
22.

Christi proditores, Iuda germani. 741
traditor, tamen deliberare difficile est
inter discussorem natiuitatis, & mortis
autorem. Facti sui videlicet, vacuum sta-
tim Iudam poenituit, præuenit exitium
oris supplicium proditoris: ille statim la-
queum, peccatum suum confessus ele-
git, hic impietatis pertinacia gloriatur.]

THEODORVS MOPSVESTENVS. *Quin-*
ta Synodus, ^a auditis eius blasphemis, & ^{a collat. 4.}
multipliciter proscissis, sic conclusit.
VNVS THEODORVS, VNVS IVDAS.

12. LICVMANNVS S. Cæsarij nota-
rius & eius proditor, ac exilij per effron-
tissimam calumniam sancto Præsuli ab
Alarico Gotho irrogati, causa, *Iudas S.*
Cæsarij, à S. Cypriano ^b nominatur.

^b in S. Cæ-
sarij vita.

PHOTIVS à Patribus in Synodo Con-
stantinopol. sub Adriano 2. in acclama-
tionibus, dictus est, *nouus Iudas.*

SERGIVS S. Stephani iunioris ab Ico-
noclastis cæsi proditor, in actis eiusdem
S. Stephani Iudas alter nominatur, *qui*
non Iudam solum, proditoris reum agi si-
uerit.

ICONOCLASTÆ à Synodo 2. Nicæna^c
Iudæ annumerantur, his verbis. [Iudaicè
vana cogitarunt, & alteras in conciliabu-

^c act 7 in
epist ad
Sacerdotes
& Cleri-
cos omnes.

Io Iudæ tulerunt, quare conciliabulum illorum, Caiphaicum inuentum est.]

13. EUPREPIANVS ex Monacho Apostata, his coloribus depingitur à S. Theodoro Studita^a [non audistis quid acciderit miserabili Euprepiano? Iamiam enim nobis nunciatur defunctus, & defunctus (heu meas ærumnas) non temporalis sed æterna morte, abrupta in Enæ amplexibus vita. Heu quid passus est infœlix? Scitis quemadmodum prius super capite splendebat cùm morigerationis, tum probitatis lucerna. An non olim confessione obeunda, mecum reclusus est? An non Saccudione ad Oeconomi dignitatem prouectus? An non ob præsentem confessionem in arenam descendit, bis flagris multatus, ac fortissimè perpressus? Tum quid autem? Habens ut Oeconomus, marsupium monasterij, & quæ iniicerentur auro illectus, atque avaritia confixus (heu) Christum Iudæ instar prodidit, & virginitatis deposito voto, & Giezicè agris, vineis, bubus, ouibus cõëmptis. Quare non eius lepram modò contraxit, sed uti reor, & tristius quiddam. En quid perfecit avaritia, fratres.

Fugia

*a serm 9.
catech.*

Fugiamus vitium, quælo, vt proditiõnis officinam.]

GIRANDVS DE PIPIO, ex Albigen-
fium & Valdensium colluie, Iudæ ger-
manus, sic describitur in Chronico Al-
tiffiodorensi. [In quodam oppido erant
præter indigenas, Capellanus vnus, mili-
tes sex multa præditi probitate, cum ser-
uientibus quinquaginta. Erat eis vi-
cinus quidam de indigenis, potens nimi-
s, Girandus de Pipio, qui nostris dex-
terat, ab eis in familiaritatem receptus.
Hic ipsa Natiuitatis Dominicæ die po-
stera, tanquam proditor & periurus, cum
armata multitudine repente irruit in in-
cautos: cùmque non posset eos ad libi-
tum obtinere, blandis promissionibus, de
munitione arcis in qua continebantur,
eos extrahere procurauit, iuramento se
obligans, quod cum armis & equitaturis,
totisque mobilibus, liberos abire permit-
teret, & vsque ad suos securè conduce-
ret. Eadem nocte ad mensam eos pro-
prium recepit, sed post mensam, Iudam
illis alterum se ostendit. Nam cunctis
tam militibus, quàm seruientibus, Ca-
pellano etiam, primò rebus omnibus

spoliatis, in turris imo deposuit vniuersos: postmodum autem eductis militibus, cæteris ibi Capellano & Seruientibus derelictis, ignem & paleas, lignaque quàm plurima superiecit desuper, clamantibus eius ministris, & B. Mariæ crebriùs exprobrantibus, in hunc modum.

Ah meretrix Domina S. Maria. Post paululum, iterum super turriculam ascendentes, explorant vtrum miseri animas exhalassent; quos dum necdum mortuos inuenissent, ignem iterum cum lignis & paleis iniecerunt, B. Virginem iteratis blasphemis impugnantes. Hi itaque huiusmodi ludibria experti, & tormenta, in vinculis & carcere triduo permanserunt, ignis quidem attracti incendio, sed non vsti, nam virtus altissimi obumbravit illis, & B. Mariæ Virginis castitas fuit illis in velamento diei, & in umbraculo calor ab æstu. De Seruientibus quidem, sic. Porro milites quos ad explendam sæuitiam reseruarunt, captiuos abducunt. Duos ex illis, cæteris præeminentes, eductos extra, pœnis & iniuriis, Christum Dominum, fidemque Catholicam abnegare compellunt. Tandem

perfi

perfi
exoc
nare
canta
altero
vuius

Hi
lans in
à Gau
ter lu
Eccle

Hv
mane
quem
tradit

Hv
pi Elie
sienfi.

13
deunt
eoden
qui eu
forten
ctione
sit cum
nem :

vuient

Christi proditores, Iudæ germani. 745

persistentes in fide, pollicibus propriis exoculant, auriculas radicitus amputant, nares insuper & labium superius detruncantes, semineces reliquerunt, quorum altero nimietate doloris extincto, alter viuis repertus est.]

HENRICVS IV. IMPERATOR, inuolans in res sacras, & Christi patrimonium, à Gaufrido Vindocinensi^a vocatur, alter Iudas, parturiente diabolo contra S. Ecclesiam natus.

a l. x. epist. 7. initio.

HVBERTVS dapifer Comitis Cœnomanensium Rothroci ab Hildeberto^b quem perfidè ceperat, iteratæ Christi traditionis accusatur.

b epist. 39

HVGO EPISCOPVS, proditor Episcopi Eliensis, cum Iuda componitur à Blesensi.^c

c epist. 89.

13. DVX, Regis Angli è Syria redeuntis proditor, cum Iuda confertur ab eodem Blesensi,^d & plenius alibi^e [Et qui eum vendidit (inquit) & qui emit, in sortem Iudæ Iscariothis, & in maledictionem fraudis Iudaicæ reputentur, ut sit cum eis ipsorum pecunia in perditionem: cum Dathan & Abiron terra eos viuentes absorbeat, successores Iudæ, filios

d carmine de luctu carnis & spiritus, inserto e. pist. 57. e epistol. 143.

3 epist.
148.

lios auaritiæ, seruos mammonæ, semen Chanaan, genimina viperarum, membra diaboli, ministros Satanæ, præambulos Antichristi.] Rursus alio loco scribens ex Reginæ matris nomine ^a [ô fera pessima, tigribus & lamiis, omnique fera crudelior qui filium meum, militem Christi, Christum Domini, peregrinum crucifixi, vinculis alligatum, Imperatori vendidit & tradidit. Sic ei durior aduersarius constitutus est, atque de ergastulo in labyrinthum, & de Scylla translatus est in Charybdim. A diebus Iudæ Iscariothis non est inuentus similis illi, qui sic violaret legem excelsi, qui ita malitiosè traderet iustum.]

b l. 1. ap. m
c. 24. n. 4.

INFIDVS FAMVLVS BELGA, cum Iudæ germanis de quibus diffusè egerat, componitur à Thoma Cantipratano ^b sic eius facinus teterrimum, & infœlicissimum exitum subsequutum, describente. [Erant in Flandria, sicut Presbytero quodam terræ illius narrante cogniti, duo viri diuites, qui contra se grauiter inimici, opportunitatem quærebāt, quomodò vnus alterum caperet, vel necaret. Erat autem quidam nequissimus, qui vnus

Ch
vnus
bat. A
le ve
cuius
xit fo
trada
pecun
inde
tradio
venit
uersæ
tulit
prodi
illis, c
Sed n
illis c
oblat
morte
postm
enim
sus, in
sequ
ignot
runt e
bilitè

14

nomin

vnius seruus fuerat, & nunc alteri serue-
bat. Ad illum ergo, cui olim seruebat il-
le veniens, conquestus est de Domino,
cuius ad præsens seruus erat; sibi que di-
xit fore perfacile, vt eius manibus illum
tradat. Qui gauisus, continuò pactus est
pecuniam illi dare, & sponpondit, & ex-
inde nacta oportunitate, Dominū suum
tradidit in manus inimici. Quo occiso
venit proditor ille ad amicos partis ad-
uersæ, & simili dolo tradendum illis ob-
tulit occisorem. Credebat enim scelus
proditionis in primo, omnibus, nisi solis
illis, cum quibus pactum inierat, latuisse.
Sed non sic erat. Comprehensus ergo ab
illis quibus tradere voluit occisorem,
oblatus est iudici, & suspensus turpi
morte necatus est. Sed scelus eius facto
postmodum claruit turpiori. Amicorum
enim precibus patibulo deponi permis-
sus, in terra sepultus est. Nec mora. Die
sequenti cum de nocte sepultus fuisset,
ignoti canes multis videntibus extraxe-
runt eum, & membratim inter se misera-
biliter discerpserunt.]

14 IAPON TRANSVGA, ^a Iudæ
nomine donatus est, quòd cum fœdè
desci

a *hister.*
Eccles. Ia-
po. l 18. n.
5. anno
1618.

desciuisset à Christiana fide quam professus erat, dux factus esset satellitum, ad comprehendendos tenaces fidei suæ Christianos. Hunc adeò exosum omnibus factum produunt, vt plerique conductas ab eo ante defectionem ædes incolere; nonnulli quam ei crediderant pecuniam resumere, non sustinuerint; veriti contagium à re quacunque, hominis adeò pestiferi attactu fœdata. Nemo illi siue in foro, siue in officinis vendere aliquid tametsi promerciale prostarat, volebat. Ad tonsorem cum adiisset, iamque compositus ad tonsuram esset, repulsus illicò est, negante tonsore fas sibi per viciniam esse, Iudam vel pectere vel tondere, quod hominis bilem adeò mouit, vt interpellato Magistratu Ethnico, ob impactam Iudæ appellationem animaduerti in quosdam Christianos curarit. Tandem infructuosa mœstitia culpæ qua se omnibus abominationi esse videbat, infœliciter contabuit.

15. Hactenus maxima ex parte, nonnisi singulatim & capitatim appendimus Iudæ germanos. Educendæ deinceps erunt plenæ tantùm acies, quas cur
inter

Chri
inter
tos,
ferã,
pori a
torũ p
nunc
Ep
torem
minat
eius o
Episc
prod
In qua
gitur a
cum A
ipso I
Arrio
menic
stibul
profer
no ho
in cœ
quàm
tor illi
num v
trem

Christi oraculo componens; præmittit inter typos allegoricos in Iudæ exhibitos, sequenti capite proponēdos non referā, ratio est, quia typi illi, nulli certo tēpori aut personæ alligātur, ut sanè ex autorū proferendorū mente alligantur que nunc proferam, maxima saltem ex parte.

Episcopos qui Constantium Imperatorem dementarunt S. Epiphanius ^{a hares.} nominat, blasphemus Domini, & secundos ^{69.} eius occisores, & specie quidem externa Episcopos; re ipsa autem, Christi & fidei proditores, id est Iudæ, verè germanos. In quam rem, luculentus planè locus legitur apud Athanasium, ea disputatione cum Arriano homine, quæ perperam ab ipso Magno Athanasio, cum ipsomet Arrio, Nicææ in Synodo prima Oecumenica confligente, scripta iactatur. Vestibulū enim dissertationis illius, apertè profert, non cum Arrio, sed cum Arriano homine, nec in Concilio Nicæno, sed in cœnobio habitam, fortassis ab alio quàm à Magno Athanasio. Vt sit, autor illius disputationis, Christum Dominum viti veræ, discipulos palmitibus, Patrem æternum agricolæ purganti, ex
Chri

in primis, vsum Christum ea similitudine, vt Apostolos doceret, cauerent diligenter, ne cum Iuda præciderentur. [Quoniam palmites (inquit) qui eiusdem generositatis sunt, verè illius vitis palmites sunt, oportet eos similem fructum proferre cum ea vinea cuius sunt palmites. Apostolis igitur dixit, dum eos instruit, vt manerent in fide, ne dum defiliunt è veritate quemadmodum Iudas fecit, infructuosi reddantur.] Expatiatius inde autor in comparationem illam Christi ac vitis, & omnem hyemalium vitis ærumnarum ac vernarum putationum queis superuacui palmites cultro adhibito refecantur; culturam ad Christum transferens, cui plurimi aliàs discipuli cum adhæsisserent, plerique tamen postea exarescentes, & dura Christi verba causantes, (& hos inter Iudas;) à vera vite excisi sunt; subdit tandem hanc apodofin. [Quarum rerum exempla, etiam nunc videmus, cum hypocritæ nostri temporis, cæterorum omnium securi, malunt gloriam persecutorum Ecclesiæ, quàm gloriam Dei. Non defuerunt etiam tum, qui nullam voluptatem sentirent

tiren
Chri
étar
ces e
ipsum
verit
quod
peric
re tra
fidei
dæ,
quid
uicti
quib
tum
faria
ret il
mini
redd
mine
lum f
Istius
steril
cantu
ignis
Episc
tis, A
Ta

tirent ex spiritualibus, & diuinis verbis Christi, retrorsum auerterentur, obtrantésque beneficiorum autori, has voces edebāt. *Quis potest eum audire?* Quod ipsum & nostris temporibus faciunt, qui veritatis comites præbere se nolunt, eò quòd comites fidei sint tribulationes & pericula. Aiunt enim. *Quis potest serua- re traditione in præceptorum Domini, & fidei?* Quinetiam nunc infidelitatem Iudæ, vehementia frigoris ostendit, cùm quidam etiam nunc, amore mundi de- uicti, olim discipuli & assectæ Christi, quibus ipsis gazophylacium concredi- tum fuit, contra Christum Synodos ne- farias conciliant. Non quòd ille ignora- ret illorum imbecillitatem; sed eos Do- minicis pecuniis fungentes, promptiores redderet ad fortiter agendum pro Do- mino. At illi contra Regem suum, bel- lum suscipiunt, propter mundi amorem. Istiusmodi palmites, vicem ignobilium steriliùmque ramorum sustinent, rese- canturque ab agricola, vt fiant alimonia ignis æterni.] Hactenus de sui temporis Episcopis, Constantio Arriano suffraga- tis, Athanasius, perspicuè eos Iudæ con-

focians, tanquam palmites inutiles, & Christi in suo mystico corpore proditores, tamen eos Christus concredito gazophylacio, (multis inquam & magnis opibus,) è parto suis sudoribus & sanguine patrimonio locupletasset. Id enim sonat, quod Athanasius, concredutum his pastoribus & idolis gazophylacium memorat; nec alia ex causa quàm ex qua creditum esse Iudæ marsupium, passim docent Patres vt supra retulimus; nempe vt argento satiatus, peiora moliri abstineret. Quid autem hoc nisi Iudæ germanitas? Sanè si proditoribus Christi ac veritatis accensendos esse quotquot veritatem fidei premunt cum aperienda esset, rectè affirmatur vt alio loco dicere memini; quanto magis illa probrosissima appellatio, in Ecclesiarum præfides merito cadit si suggerant falsitatem?

16. Quare eadem ex causa, inter Iudæ germanos recenseri æquè debent, nonnulli sæculi superioris Episcopi, quos vt vocem vsurpem, ex Actis S. Stephani iunioris, *ἐμακάριος* potiùs quàm *ἐπίσκοπος*, iure dixeris. Et quod probrosius est, è Collegio quod Apostolorum Collegium

gium representat, è sacro inquam Cardinalium Collegio, superiore seculo quidam Ecclesiam Catholicam cuius Cardinalia membra erant, ipsum Christi corpus mysticum perfidè prodentes, vel apertè ad hæresim deficientes, præbuerunt se duces eorum qui comprehenderunt IESVM. Quis enim Iudæ proditoris germanitatem neget Volsæo illi, Cardinali Anglo, cuius perfidiam aduersus Catholicam Ecclesiam, Sanderus^a luculenter exhibuit. Quod enim summum Pontificatum ab eo Principe cuius negotia apud Henricum Octauum urgebat, benè nauatę rei pretium expectaret; semel iterumque delusus; eam iniuriam ulturus, quòd alia ratione non poterat, Catholicę fidei in Anglia excidium & Henrici Regis ab Ecclesia abiunctionem, machinatus est. Homo fuit genere admodum humili, & ex Oxoniensi Grammatices magistello, ad insulas, tandemque ad purpuram, & Cancellarij Anglię munus euectus; quo munere tandem exutus est, omnibusque facultatibus quę immensum creuerant in fiscum redactis, sò deductus est, vt oberrare cogeretur,

*al. r. de
schisma
Anglic.*

etiam lecto in quo cubaret destitutus: tandemque in summa egestate, læsa maiestatis reus, diem obierit, qua religione, incertum. Sed tamen illud sapienter ante mortem prolocutus memoratur. *Si Deū tam diligenter coluisssem, quàm Regem colui, me in cana senectute non dereliquisset.* Sed iusto Dei iudicio, quem in Ecclesiam Catholicam concitarat, cum nequitiarum suarum & Christi prodicionum expertus est ultorem. Pari in Ecclesiam Catholicam perfidia, Gallus Cardinalis & Episcopus Parisiensis per Coquum quendam S. Eustachij Parochum, hominem hæreticum & sub ouina pelle lupum, Regi Francisco primo venenum hæreseos propinare fategit: nominatimque à vera de sacramento altaris fide abducere, eo argumento quod ex antiquo ritu Sacerdos ad tremenda mysteria appropinquans, præfatur, *sursum corda.* Quasi non sit verè & reipla, sed per solam imaginationem *deorsum*, quem Mystes contestatur quærendum *sursum.* Quæ insulsissima, & Iudæi primi sacramentarij germano dignissima argumentatio, Florentissimo regno propè

cladem intulit: & intulisset re ipsa, nisi providentia Cardinalium Lotharingici atque Turnonij, murum se pro domo Dei obiciens, insanos conatus disturbasset. Leges Florimondum Remondum. ^a De Odeto autem Cardinali Castillionæo qui apertè à Romana Ecclesia defecit, & monstrosa, ac ante eum diem inaudita appellatione, Cardinalem vxorem orbi inuehens, Calvinianæ factionis procuratorem in Anglia contra Regem suum & Catholicam Ecclesiam egit; nihil attinet dicere, quòd tantum purpuræ deonestamentum, æterno silentio obuoluere satius videatur. Eodémque cõsilio Aquensem, Valentinũ, Niuernensem, Nemausensem, Meldensem, aliòsq; Præsules, qui ad primos Lutheranae buccinae clangores, desertis Ecclesiae castris perfidissimè Christum prodiderunt, vt scortis palàm adhærescerent, præstat premere. Hæc Catholicæ Ecclesie propudia, Pius V. in bulla exauctorationis, Iudam proditorem expressisse, meritissimò pronun-
ciauit.

17. Neque verò hi dumtaxat pauci quos nominati, Iudæ proditoris exem-

plo Christum vendidisse ac prodidisse
 censerī debent, sed omnes omnino hæ-
 retici, si grauissimis Patribus, vt par est,
 auscultamus. Quod breuiter illustrare,
 operæpretium videtur, vt fæx Calvinis-
 mi, ad quam per Dei gratiam, & Ludo-
 uici XIII. Regis Christianissimi, summâ
 cum insigni pietate fortitudinem, Ru-
 pellenſium latronum spelunca, his ipsis
 diebus in potestatem redacta, deuen-
 tum est; intelligat cuius facta consec-
 tur; eiusque metuat exitium, cui imita-
 tione exprimendo nauat operam. Itē-
 que vt Calvinus & Sadeël, qui de more
 eorum qui frontem perfricuerunt, Ca-
 tholicis exprobrant Iudæ imitationem;
 dicentes quod non debent, audiant
 quod non volunt. Plenè eos hac in parte
 coarguit Romæus, ^b & Arturus. ^c Ego
 breuiter rem persequare, iis ferè intactis
 quæ illi rectè & eruditè tradiderunt.

Vt autem initium à Iudæ nomine fa-
 ciam, pulchrè Origenes, ^d Iudæ cum Sa-
 cerdotibus Principibus de Christo pro-
 dendo pactionem explanans, ita differit.
 [Iudas interpretatur Confessor. Cum
 sint ergo duo. discipuli hoc nomine no-
 mina

à Scribe-
 bat hac
 Auctor an-
 no 1628.
 exente.

b spectacu-
 lo 6 effigiei
 Calvin.
 colore 51.
 c l. 1. apol.
 c. 2.
 d tract. 35.
 in Matth.

minati, secundum quod Lucas Euangelista dinumerat, inter duodecim fuisse Apostolos, Iudam Iacobi, & Iudam Scariotham: cum nihil ergo à mysterio vacuum sit apud Christum, existimo duos discipulos Iudas in mysterio, fuisse Christianorum confitentium fidem Christi: quorum vna quidem pars fideliter permanet apud Christum, cuius mysterium fuit Iudas Iacobi: Altera autem pars, postquam credidit, & confessa est fidem Christi, propter auaritiam reliquit Christum, & facta proditrix veritatis ipsius, transiit ad hæreses, & ad falsos Sacerdotes Iudæorum falsorum; id est simulatorum Christianorum, & tradidit eis Christum, quantum ad se, id est verbum veritatis, vt crucifigatur, & occidatur verbum veritatis ab eis; cuius mysterium fuit Iudas Scariotha, qui abiit ad Sacerdotes, & de traditione Christi pactus est precium.] Ex eadem vocis *Iudas*, notatione, Iudæ germanitatem in Sectariis quibusuis & hæreticis, confirmat S. Hieronymus, ^a exponens illud & *Iudam Scariothem qui tradidit illum*. Sic enim habet. [Qui non delet peccatum suum per

^a in c.
Marci.

pœnitentiam, nec illud deletur per memoriam: vnde de eo dicitur: *peccatum matris eius non deletur fiant contra Dominum semper.* Iudas confitens, vel gloriosus interpretatur, Iscariotes autem memoria mortis. Confessores sunt multi in Ecclesia superbi, & gloriosi: quorum primus Simon magus, & Arrius, & cæteri hæretici; quorum memoria mortalis ideò in Ecclesia celebratur, vt deuitentur.] Sed dimisso nominis omine ac veluti infausto prognostico, factorum germanitatem, inter Iudam & hæreticos consideremus.

18. Impiæ cupiditati prætexuit Iudas egenos, & abusum vnctionis Christo impensæ, ob quam socios ad defectionem sollicitauit. Hæretici semper abusus obtendunt, & Ecclesiastici ordinis opes, aut Ecclesiarum ornamenta calumniantur, tanquam melius in egenos collocanda. [Confundantur hoc loco (ait Theophilactus^a) qui pauperes Christo præferunt. Audiui enim ego aurifabros dicentes quod si ego dissectum sacrū vas de m pauperibus, & ego viuam, nec condemer. Audiant igitur quomodò Christus præ

^a Marci
14.

Christi proditores, Iuda germani. 789
præferat sui curam pauperibus. Christi
autem corpus propriè est, quod in disco
aureo, & sanguis qui in poculo. Qui igitur
abstulerit discum preciosum, & cogit
ut corpus Christi in viliori ponatur,
prætens scilicet pauperes, sciat cuius
partis sit.]

Quod autem cum cohorte & gladiis
& fustibus ad comprehensionem IESU,
venit Iudas, non modò de variis & di-
uersis dogmatibus quibus aduersus fi-
dem militant hæretici, accipere par est,
ut ab Origene factum, describente com-
prehensionem Christi, Iuda indice: sed
potest etiam de armis materialibus &
militaribus cohortibus accipi. Quis enim
nescit quàm bellè hæreticis cum bello
& exercitibus consentiat? Calvinus sa-
nè, institutionis suæ fronti, appictam vo-
luit gladij exserti imaginem, hoc adscri-
pto lemmate. *Non veni pacem mittere,
sed gladium.* Zuinglius, in prima acie stre-
nuè pro suo quinto Evangelio pugnans,
occubuit. Nuper ad montem Albanum
Daniel Chamierius potētissimus in Cal-
uini ganea Gastrimargus, cùm milita-
rem manipulum disponderet, tormenti è

Regiis munitiōibus quibus vrbs cingebatur disploſione, necatus eſt, magna lactium & cibariōrum interaneōrum, quorum ille voratrina erat, caritatis deceſſione.

a tract. 35.
in Matth.

19. Accessit Iudas ad Chriſtum, fallaci oſculo Magiſtrum prodens. [Ego autem puto (inquit Origenes ^a) quod etiam omnes proditores veritatis, amare veritatem fingentes, & oſculi ſigno vtentes, quaſi quadam indicatiōe charitatis produnt verbum Dei, volentibus ipſum tenere aduerſariis eius, nihil pacificum indutis: bellicos autem gladios, & iniurias & fuſtes habentibus. Et dicit proditor Ieſu, *Rabbi*. Omnes enim hæretici, quemadmodum Iudas, ſic Ieſu dicunt, *Rabbi*: Qui & oſculantur eum, ſicut & Iudas; ad quos omnia placabilia dicit Ieſus, cum ſint omnes, Iudas proditor.] Aureè item de blandiloquio horum Chriſti mercatorum alij Patres S. Ignatius ^b [Sunt quidam vaniloqui, & mentis ſeductores, non Chriſtiani, ſed Chriſtum mercantes, in fraudem circumferentes nomen Chriſti, & caupnantes verbum Euangelij, & erroris venenum

b epiſt. ad
Trallia.

nenum blando alloquio implicantes, tanquam mulso cicutam temperantes, ut qui biberit, dulcissimi saporis gustatu deceptus, incautè morte transfigatur. Monet quispiam antiquorum, nemo bonus dicatur qui bono malum permiscuerit. Nominant enim Christum non ut Christum prædicent, sed ut Christum improbent,] Christi mercator, non alius sanè quàm Iudas. Itaque hæretici, cùm Christi mercatores sint, iuxta S. Ignatium, & blandiloquium fraudi ac proditioni prætendant, Iudæ fratres meritò audiunt, eonominatim ex capite. Idem Theophorus Ignatius, alibi. ^a [Christum filij perdicionis negant, inimici Saluatoris, quorum Deus venter est, qui terrena sapiunt, voluptatis amatores, ac non Dei: Speciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes: Christum mercantes, verbum cauponantes, & Iesum vendentes.] Hæc est atrocissima illa impietas, Christum sub specie pietatis diuendens, cuius perfidam machinationem exhibet pulcherrimè hac comparatione S. Ephrem. ^b [Quomodo qui leonem occidere volunt, ubi iaculum exacuerint,

episto ad
Magneſia.
nos.

b. i. tra. c.
de p. uici-
tib. ad im-
pudicitia
fard in i. c.

atra

atramento ferrum oblinunt, ad splendorem obscurandum, vt sic lethalem ipsi ictum infligant. Ita quoque hi per extenuationes, & impiam assentationem, turpiâque lucra, inuitant sibi morigeros ad perniciem animæ suæ. Et quemadmodum ex quibusdam latebris, multitudo venenatarum bestiarum egreditur: ad eundem etiam modum, ex corde similitium hominum, multitudo pessimarum cogitationum procedit. Cor namque peruersum (vt habet Scriptura) machinatur mala omni tempore.] Hunc esse lusum, quo Ismaël interprete Apostolo, specie colludēdi & blandiendi persequitur Isaacum, tradit latè S. Augustinus.^a Idem perpulchrè de Manichæorum blâdiloquio.^b [Incidi in homines superbe delirantes, & carnales nimis, & loquaces, in quorum ore laquei diaboli, & viscum confectum commixtione syllabarum nominis tui, & Domini Iesu Christi, & Paracleti Consolatoris nostri, Spiritus sancti. Hæc enim omnia non recedebant de ore eorum; Sed sono tenus & strepitu linguę. Cæterum cor inane veri. Et dicebant veritas, & veritas, & mult
eami

a tract. 11.
in Ioan.
sub finem.
b 3. con-
fess. c. 6.

eam dicebant mihi, & nusquam erat in eis, sed falsa loquebantur.]

20. Nolo missum facere scriptorem, ævo iuniorem, sed eruditione ac zelo in hæreticos, non paucis veterum merito æquandū. Sic igitur de hæretico blandiloquio, & Iudæ expressione, hac ex parte, Thomas Valdésis. ^a [Exurge, exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem. [Ecce enim Iudas nō dormit, sed cum armato milite, non solū tuę humanitatis, sed & diuinitatis tuę gloriam supplantare conatur. Salutat te scripturis & legibus propriis, & quod te diligit, & Ecclesiam tuam, osculando mentitur, quousque in te ipsum expleat officium proditoris.] Videndus qui hoc punctum optimè versat Conradus Brunus. ^b

Iudas inutiliter pœnitens, sibi iudex ac reus fuit. Et hoc bellè hæreticis aptat S. Maximus. ^c Agens enim de iudicante seipsum Iuda, profert Apostolum ^d qui disertè ait, hæreticum hominem proprio iudicio condemnari. Subditque Maximus rationem. [Ipse enim se damnat hæreticus

*a l. i. de
ctris in
prologo fe-
rè initio.*

*b l. i. de
hæret. c. 9.*

*c homil. 2.
de iudic.
Domini
collato cō
Susanna
iudicio.
d ad Tē-
tum 3.*

reticus, cum de Ecclesia ipse se proiicit, & de cœtu Sanctorum, nullo compellente procedit. Ipse enim ostendit quid mereatur à cunctis, qui suo iudicio separatur à cunctis. Ipse inquam se damnat hæreticus, quia cum omnes criminosi, Episcopi sententia proiiciantur de consortio Christiano, hæreticus cuncta præueniens, sententia suæ voluntatis abiicitur. Tali ergo hæreticus, quali & Iudas pœna damnatur, ut idem sui, & reus sit sceleris, & iudex sit ultionis. Tali inquam hæreticus, quali & Iudas pœna damnatur. Nec immeritò, quia Dominum, quem ille vendidit, iste blasphematur; quem ille persecutoribus tradidit, quotidie iste persequitur.] Itaque quando tanta est hæretici & Iudæ germanitas in omni vita & actionibus, consentaneum est ut communiter quoque in utrumque cadat, vel illud à Christo intortum in proditorem. [Væ (inquit Origenes) non solum Iudæ, sed omnibus proditoribus Christi. Quicumque enim discipulos Christi tradit, ipsum Christum tradit.] At tradi ab hæreticis Christi discipulos, multoties eo ipso tractatu ingeminat Origenes.

Ex

21. Exleges Ecclesiasticos esse Iudæ proditoris germanos, latè & per otium profequitur Gerſo, ^a quem ne durius cum ordine sacro agere videar, præstat adire, præsertim in breuiculo quem sub finem sermonis conficit *litera K.* Videntur etiam qui idem argumentum tractat, Præful Gallicanus Anonymus, cuius ad Clerum in Rhemenſi Concilio adunatum concio, malè S. Bernardo tributa, sub finem sancti viri operum legitur.

Omnes peccatores, ex proposito peccantes, Iudæ proditori in hunc modum confert S. Maximus ^b [Si ad Deum nomine, & re pertinere optamus, contendere debemus, ne more Iudæ, verbum affectionibus prodamus, neue quemadmodum Petrus, abnegemus. Est enim verbi abnegatio, quando metu, recusamus agere quod bonum est. Proditio verò est peccatum ex proposito perpetratum, siue impetus ad peccatum.]

Subſcribit Gerſo in passionis Dominicæ expensione ^c [Exprobramus & detestamur Iudæ peccatum, nec immerito quidem. Nihilominus tamen quasi singulis diebus similia peccata, qualia Iudas perpe

a 2. p. *Alphab. 42. serm. in cæna Domini ad c. tutelam Ecclesiasticorum.*

b *consur. 1. de variis c. 43.*

c *parte 4. sub fine littera T.*

perpetrauit, hoc vel illo modo commit-
timus. Iudas auarus fuit: quot sunt huius-
modi in mundo? Iudas ob auaritiam ma-
gistrum suum vendidit, & Dominum
quoad humanitatem: Et ob auaritiam,
aut pro alio minori peccato, quotidie
nos Christum secundum diuinitatem
vendimus, ipsum negamus, & prodimus.
Iudas eleemosynas, & bona pauperum
furabatur, vt uxori suæ daret & filiis.
Quæro à vobis, si nonnulli Ecclesiastici,
aut aliqui testamentorum executores,
non sic faciant, aut peiora? Iudas noluit
prædicatione Christi conuerti. Quot au-
dimus quotidie tam publicas, quam pri-
uatas prædicationes, nec tamen in vllò
emendamur. Iudas recepit pretiosum
corpus Domini nostri Iesu Christi, in
statu peccati mortalis, in peruerso pro-
posito, eaque propter, inimicus citius
corpus eius intrabat. In festo Paschæ,
quæso, & inter presbyteros, quotidie
possunt ne aliqui tales reperiri? Iudas
prodidit magistrum suum, & Dominum
osculando; quod signum debuit esse
amoris, peto à vobis osculando, pacis si-
gnum in Ecclesia, aut sanctum altaris sa-
cramen

cramentum, aut fingendo exteriorem bonitatem, prodimus ne Christum in suis membris, per odium, aut invidiam, quemadmodum osculando Iudas tradidit Christum Iesum his qui postea eum crucifixerunt? Quod forsitan fuit eo invito, & absque eius intentione. Non enim opinabatur rem eoque progressuram, sicut innuit Evangelij textus. Deinde crucifigimus eum quotidie per crimen mortale. Crede non mihi, sed Apostolo dicenti, quod per mala opera rursus Filius Dei crucifigitur. Quod ideo est, quia quantum est ex parte peccati, ipsum obligat Christum de novo mortem pati, & passionem, ad peccatum illud abolendum, nisi passio ipsa semel sufficiens fuisset ad deletionem omnium peccatorum præsentium, futurorum, & præteritorum. Qui igitur multis modis Iudæ assimilamur, cur non metuimus, ne ei fiamus in pœna & obstinatione similes?]

22. Præsertim verò, si peccatum illud meditato patratum, in proximorum Christianorum damnum cedat, S. Eulogius, ^a ad veram cum Iudæ germanita-

a l. 3. memor. SS. c. 5.

a pra
fac. in 10-
an.

tem sufficere agnoscit; confirmatque Origenes^a [quæuis (inquit) actio bona à nobis in proximum collata, ad Euangelium refertur, quod in cœli tabulis inscribitur, agnosciturque, ac legitur ab omnibus, qui vniuersorum cognitione digni habiti fuerint. Cum ex aduerso etiam, pars Euangelij, accusationem contineat eorum qui deliquerunt in Iesum. Itaque Iudæ proditio, populique impij vociferatio dicentis, *tolle hunc à terra, & crucifige, crucifige eum*, & irrisiones eorū, à quibus est spinis coronatus, & his similia, per ordinem in Euangelis posita sunt. Quibus consequens est vt consideremus, quod quisquis Iesu discipulos prodiderit, is reputetur Iesum prodidisse. Hinc ad Paulum adhuc se persequentem dicit Iesus. *Saule, saule, cur me persequeris?* Et illud: *Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris.*

23. Refugit propè calamus, quod animus suggerit, chartis subiicere. Eo ipso quem nunc proposui, violatæ charitatis, læsi que proximi titulo, S. Ioannes Chrysostomus^x (heu probum & caligo humanarum rerum,) à S. Cyrillo, aliquando

qua
cun
ph
eod
No
tius
scat
offe
lum
tuit
celle
ben
que
cēt
mer
lum
dem
min
dine
tix
mar
beat
min
tam
ne C
A
men

quando *Judas* audiuit. Locum refert Facundus Hermianensis. Idemque à Theophilo Alexandrino, Cyrilli patris, & de eodem Chrystostomo dictum refert. a. l. 4. c. 11.
b. l. 8. c. 5.

Non habeo quod ea in re proferam aptius, quam illud eiusdem Facundi. [Hæc scandala, vel quæcunque merito nos offendunt in patribus, (quos tanquam luminaria Deus in Ecclesia sua constituit, ut eorum desuper illuminemur excellenti scientia, atque doctrina:) sic habenda mihi videntur, sicut ipsorum quoque luminarium cæli defectus, quæ licet non nunquam splendoris sui detrimenta subineant, non tamen amittunt luminaria esse quod sunt.] Et crebro quidem accidit, ut ista quoque Ecclesie luminaria, quoniam multa à nobis celsitudine separantur, pro quodam ignorantie nostræ nubilo, cum in se splendentia maneat, nobis videantur obscura. Habeatur itaque velut eclipsis quædam luminarium Theophili, & Cyrilli, quod tam horribilia, de magno luminari Ioanne Constantinopolitano locuti sunt.]

Abstergamus amaroré, cum ex commemoratione inter ipsos quoque Dei filios

pugna, tum ex anteriori enumeratione
 tot Iudæ asseclarum, subiicientes qui-
 nam cum laude Iudam sint æmulati.
 Docuit hoc ipse Satanæ. Cum enim eiS.
 Nonnus Pelagiam subduxisset, & lectissi-
 mum illud scelerum organum, Satanæ
 ereptum, Christo addixisset, conspicuum
 se neophytæ præbens Satanæ, his eam
 verbis adorsus est quæ refert Iacobus
 Diaconus. ^a [Hæc mihi facis Domina
 mea Pelagia, & tu meum Iudam imita-
 ris? Ille enim gloria & honore coronatus,
 & Apostolus constitutus, tradidit Domi-
 num suum, ita & tu mihi fecisti.] Vides
 qui Iudam benè æmulentur. Omnes ni-
 mirum, qui Satanæ aliquando fidi, ab eo
 deficiunt, illumque produnt.

*in vita
 S. Pelagia
 lib. 1. vit.
 Patr.*

Typi allegorici in Iuda iuxta
Patres.

CAPVT XVI.

1. **D**IMITTENDI hoc loco sunt ty-
pi allegorici, quibus Valenti-
niani & Gnostici infistebant.
Iudam enim traditorem, vt S. Irenæus re-
fert, aiebant typum & imaginem fuisse
passi Æonis duodecimi: quem tamen tri-
cesimum statuebant; admodum imme-
mori & absona inconsequencia, vt S. Ire-
næus ^b rectè obiicit. Hæc plusquam Poë-
tica commenta, quæ ne ipsos quidem
eorum fictores satis perspexisse puto;
(ægrè certè ex prolixis aduersus ea S.
Irenæi, Tertulliani & Epiphaniij aduersus
Valentinianos ac Gnosticos disputatio-
nibus, quid sibi vellent intelligimus) di-
mittenda nobis hoc loco sunt, vt typos
quos plerique Patrum in Iuda expressos,
vel exhibitos docent, annotemus. Ex-
pressos dico, typos qui antecesserunt &
in Iuda impleti sunt. Exhibitos autem,

al. l. c. 36.

b ibid. c.

37.

quibus ipse Iudas scetus fuit, & in aliis quos repræsentabat, sunt impleri.

a l. 7. exa-
m.

SATAN LAPSVS E COELO. Quomodo in Iuda sit exhibitus accipe ex Anastasio Sinaita. ^a [Quomodo scriptum est quod dolo deceptus est Adam; ita etiam Iudas osculo, & dolo fecit prodicionem: & quomodo dictum est, quod diabolus ingressus est serpentem; ita etiam scriptum est, quod ipse Satanus intrauit in cor Iudæ discipuli Christi. Fuit autem aliquando Satanus in cælis, & discipulus Christi, cum cæteris sanctis discipulis (cum Angelicis inquam, virtutibus) sed erat vnus ex Principibus. De eo enim dictum est; *Vos autem sicut homines moriemini, & tãquam vnus de Principibus cadetis.* Quãobrem Iudas quoque, erat vnus ex summis discipulis: inter quos ei quoque creditum, & in manus datum fuerat marsupium.] Apertè profecit ex Origene, ^b quem audi. [Iudas ad quem dictum est per Prophetam: *Tu autem homo unanimis mihi, dux meus, & notus meus,* cecidit cum fuisset vnus eorum quos Christus ad ducatum suscepit populi Christiani. Et vide quomodo quod scriptum est. *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus*

b tract. 35.
in Matth.

de Principibus cadetis; refertur modò ad illum Principem qui cecidit, tanquam fulgur de cœlo; modò ad Iudam qui electus ad principatum Apostolatus, & quasi in cœlo constitutus, & ipse quasi fulgur ante constitutus cecidit, in prodicionis ruinã; vadēs aduersus vnum Principem Sacerdotum, qui in æternum factus fuerat Sacerdos secundum ordinem Melchisedec, ad multos Principes Sacerdotum, & aduersarios vnus Sacerdotis summi, vt venderet pretio volentem redimere totum mundum à maledictione legis, & totius peccati, & redimere nos non corruptibilibus pecuniis, sed pretioso sanguine suo.]

2. ADAM PER SERPENTEM DECEPTVS. Hunc Iudæ typum fuisse, attigit adductus antea Anastasius rursusque breuiter^a alibi; Et aliquatenus S. Ambrosius^b plenè autem Vigerius^c tractans illud Ioannis 13. *cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes.* Quæ verba ita glossat Vigerius. [Vide quàm benè hîc nomina rebus de quibus agitur conueniant. Iudas (si Hieronymo credimus) glorificans sonat. Eua

a l. 11. sub
medium.
b l. de pa-
rad c. 8.
c cherdæ
7. c. 18.

se glorificans, suafu diaboli superbientis, primum Adam perdidit. Iudas ditari volens, diuitiisque gloriosus euadere, secundum Adam occisoribus prodidit. Simeon ponens tristitiam, vel mœroris auditor (eodem Hieronymo interprete) sonat. Prima mulier præuaricata, primum Adam dedit in manus hostis antiqui, unde tristitiam inter homines plantauit. Quare non immeritò mœrorem audiuit, quando maledictum accepit. In tristitia paries filios; & Simeon tradens secundum Adam, tristitiam posuit in illo, & in eius matre qualem iam vidimus, qualem, & ipsi nos modò sentimus. Auditor quoque mœroris, & furoris fuit, quando per accidiam, & mœstam desperationem, à se ipso, fure suffocatus interiit. Iscarioth etiam (ipso Hieronymo dicente) merces sonat, vel mercedem accepit. Eua præcipitans virum suum pro omni scientia, erubescitiam, & confusionem, condignam mercedem accepit. Et Iudas vendens Magistrum suum, pro eius sanguine triginta argenteos mercedis nomine accipiens, verè Iscarioth mercedem accepit, quam oportuit pro concupita gloria,

ria,
igno
S. A.
de t
man
Iuda
In e
trach
apra
post
Don
estis
runt
Dec
de q
etia
dict
dit r
prop
trad
hui
erat
das
frat
mer
ipsu

ria, Iudæorum scilicet derisionem, & ignominiam infamiæ sempiternam.]

CAIN IN ABELEM INSVRGENS, latè S. Augustinus, ^a vocem sanguinis fratris; de terra, hoc est de agro sanguinis clamantem ob venditum & neci datum à Iuda Christum, pulcherrimè excutiens. In eandem sententiam S. Epiphanius ^b tractans illud, *vos ex patre diabolo estis*, & aprans ad Iudã, Cãini imitatione filium, post multa ita concludit. [Dicit igitur Dominus, vos filij patris vestri diaboli estis, nam pro Christo Iudæ crediderunt, quemadmodum ab initio Eva à Deo declinans, serpenti credidit. Deinde quod non solum mendax erat, sed etiam fur: iuxta id quod in Euangelio dictum est: Quapropter etiam ipsi tradidit marsupium, vt inexcusabilis esset, qui propter auaritiam propriam, Dominum tradidit in manus hominum. Quis igitur huius pater, qui ante ipsum mendax erat, quàm Cãin, cuius imitator est Iudas? Ille enim mentitus fratri, velut ex fraterna charitate decepit ipsum, & per mendacium seduxit: & vbi eduxisset ipsum in campum, eleuatâ manu occidit.

^a tract de
4. feria c.
3. tomo 9.

^b hares.
38.

Sic etiam Iudas, *Quid vultis mihi dare* (inquit) & *ego ipsum tradam vobis?* Et, *quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Et cum venisset proditor, aue Rabbi, dixit labiis colens, cor autem longè remotum à Deo habens. Itaque hic Iudas pater ipsorum factus, iuxta abnegationem Dei, & prodicionem, Satanus existens, ac diabolus; non naturâ, sed mente filius fuit ipsius Cain, iuxta imitationem homicidæ illius, ac mendacis.]

a la con
fessione &
sui ipsius
reprehensionis.

3. ESAU, de hoc sic S. Ephrem.^a [Esau pœnitentiæ locum non reperit, quoniam inuerecundè peccauit, non inuitus, sed sponte: non enim errore, atque ignorantia, sed sciens, ac volens peccatum admisit: nam & parentes exacerbauit, & Deum non est veritus. Iudas quoque proditor, pœnitentiæ locum non inuenit: quia cum Domino versans peccauit, & spreto Deo, iustum tradidit.] Et mox [Iudas traditor, similis Esau exitit: quia sicut hic primogenita, ita ille gratiam suam vendidit: quare & ambo reiecti sunt. Nouerat Iudas id, quod agebat, quoniam gratiæ experimentum habebat: Nam & Dominus ad eum: Oscula, inquit

inquit, me tradis? Et licet diuinitatem cognouisset, ab auaritia tamen est deuictus. Et Esau, quamuis admonitus, parentes tamen exacerbauit.]

DOEG IDVMÆVS SAVLIS IN DAVI-DEM EMISSARIVS. Hic toto Psalmo 108. cum Iuda confertur; vbi S. Hieronymus, similiterque Beda totum Psalmum 51. qui ad literam est de Doëg, exponit mysticè, vt sit vox Christi ad Iudam.

4. ABSALON. Egregiè Drogo^a [Absalon Patris pax, ipse est & Iudas, & quicumque in pace Christo est amaritudo amarissima. *Aue Rabbi*: voce, & osculo, Patri pacem ferebat: *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant*. Homo, inquit, *pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem*. Vnus est, & multi sunt. Ecce Absalon, ecce Iudas, ecce corpus Sathanæ. Sed quomodo comam nutriebat? *Fur erat & loculos habebat*; Ista eum cæsaries grauabat, & semel in anno tonsus, quando semel retulit triginta argenteos, & proiecit eos in templo, quos ponderauit ducentis siclis, qui numerus immundorum

*a tract. de
pass. Do-
min. sa-
crum. t. 2.*

dorum est: & hoc pondere publico, non pondere sanctuarij. Pœnitentia enim ductus peccatum suum valde ponderavit. *Peccaui, tradens sanguinem iustum.* Singula verba plena sunt ponderibus; sed pondere publico, non pondere sanctuarij, quia plus erubuit infamiam, quàm conscientiam; plus suam nequitiam, quàm Dei misericordiam ponderavit. Audi pondus sanctuarij: *peccaui, malum coram te feci, dele iniquitatem meam.* Hinc ego iniquitatem meam ego agnosco, illinc misericordiam tuam magnam attendo; *Miserere mei Deus.* Audi & pondus publicum, *Maior est, ait Caim, iniquitas mea, quàm ut veniam merear.* Retulit ego triginta argenteos, & proiecit in tēplo. Vide quàm magni ponderabat eos; non proiecit eos in sterquilinio, sed in templo: nimirum talibus semper diis templum suum deuouerat: Auaritia enim simulachrorum seruitus est, & auaritia excæcat oculos sapientum. Ecce in scælix, qualiter excæcatus est: maluit seipsum perdere, quàm denarios perire. Denarios templo, seipsum laqueo addixit. Amabat hæredes suos qui eosdem denarios exinde

de c
in fu
abic
quid
auar
feci
tuit.
mo
rit
crep
ptus
erat
lia,
ban
fig
nor
ina
vis
illa
mi
luc
&
fer
tra
fal
ma
rit

de colligerent, qui etiam nunc referuant
in suo Corban: proiecit eos in templo, &
abiens laqueo se suspendit. Iamdiu erat
quidem, quod à Christo recesserat, &
auaritiæ laqueo se suspenderat: sed quod
fecerat in occulto; palam omnibus inno-
tuit. Exterioris pœnæ qualitas, supplicij
modum aperuit: quia per quæ peccau-
erit homo, per hæc punietur. *Suspensus
crepuit medius*: plenus erat venter, & ru-
ptus est: Vter crepuit medius vbi sedes
erat Satanæ, crepuit ergo vas contume-
liæ, quia non erat de vasis figuli quæ pro-
bantur in fornace: propter quod in agro
figuli in sepultura peregrinorum sortem
non habuit; sed velut testa crepitans, per
inane dissoluitur, & diffusa sunt omnia
viscera eius. Pecuniæ, viscera sunt auari:
illa diffunduntur, & perduntur, sed viri
misericiordiæ colliguntur. Pendet adhuc
Iudas, & Absalon per comam capitis sui,
& mulus qui sederat pertransiit: *Nolite
feri sicut equus & mulus*, quia mundus
transit & concupiscentia eius. Crinis Ab-
salon quo suspenditur, radix omnium
malorum auaritia est: vbi hæc radicaue-
rit, omnium malorum særies abunda-
bit.

bit. Mulus verò ex equo & asino mixtus, est duplex animus, qui foris ostentat, quod intus non seruat. Talis erat Iudas. Talis Absalon, foris pietas, intus malitia; duplex iniquitas, equus manifestè tumet, asinus simpliciter ambulat, mulus nequam, & subdolos, incautum præcipitat.]

5. S. Augustinus explicans titulum Psalmi tertij his verbis conceptum. *Psalmus David cum fugeret à facie Absalon filij sui*, probat ex eo quod in eo Psalmo dicatur, *Ego dormivi & somnum cepi, & exurrexi*, totum Psalmum aptius in Christum quàm in Davidè cadere. Itaque Absalonem exponit Iudam. [Quoniã scriptum est (inquit) de discipulis Christi, *Quandiu cum eis est sponsus, non ieiunabunt filij sponsi*: non mirum si filius eius impius, signatur discipulus impius, qui eum tradidit: à cuius facie fugisse quanquam historicè possit accipi, quando illo descendentè secessit cum cæteris in montem, tamen ipiritualiter, quando mentem Iudæ filius Dei, id est, virtus & sapientia Dei deseruit, cum eum diabolus penitus inuasit in eo quod scriptum est, & in-

transit

trans
à fac
Chr
cedo
cessu
latu
verb
tis.
sic in
me
hom
fugit
Iuda
lon
in La
mir
gnor
Abs
Test
fuer
inte
vide
se fil
plan
mem
stori
nost

trahit diabolus in cor eius: bene accipitur à facie eius Christum fugisse, non quia Christus diabolo cessit, sed Christo discedente diabolus possedit. Quem discessum fugam esse in hoc psalmo appellatum, celeritatis causa arbitror, quod verbo etiam Domini significatur dicitis. *Quod facis, cito fac.* Loquimur etiam sic in consuetudine, vt dicamus fugit me, quod in mentem non venit. Et de homine doctissimo dicimus, nihil eum fugit. Propterea veritas fugit mentem Iudæ, cum eum illustrare destitit. Absalon autem sicut quidam interpretantur, in Latina lingua dicitur *patris pax*. Quod mirum videri potest, siue in historia regnorum, cum bellum aduersus patrem Absalon gesserit, siue in historia Noui Testamenti, cum traditor Domini Iudas fuerit, quemadmodum patris pax possit intelligi. Sed & ibi qui diligenter legunt, vident in illo bello, Dauid pacatum fuisse filio, qui etiam magno cum dolore planxit extinctum, dicens: *Absalon filius meus, quis dabit mihi mori pro te?* Et in historia Noui Testamenti, ipsa Domini nostri tanta, & tam miranda patientia, quod

quod eum tandiu pertulit tanquam bonum, cuius cogitationes non ignoraret, eum adhibuit ad conuiuium, in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis commendauit, & tradidit. Quod denique in ipsa traditione eius osculum accepit, benè intelligitur pacem Christum exhibuisse traditori suo; quamuis ille tam sceleratæ cogitationis interno bello vastaretur. Et ideo Absalon patris pax dicitur: quia pater habuit pacem, quam ille non habuit.] Descripsit Augustinum Angelomus.^a

a 2. Reg. c.

17.

b *ibid* &
in 99. ad l.

2 Reg. c. 3.

c l. 3. in

lib Reg. c.

35

d l. 2. epist.

33.

Eadem habent Beda, ^b Rupertus, ^c & Petrus Damiani, ^d ex quo plagulam decerpo. [Puer Absalon, Iudas traditor designatur, qui & ipse patris pax non immeritò dicitur, sicut ipse de illo Christus in Psalmo conqueritur, dicens: *Etenim homo pacis mea in quo sperabam, magnificauit aduersum me supplantationem.* Nam & Christus non incongruè pater asseritur, sicut propheta testatur: *vocabitur, inquit, Deus, fortis, pater futuri seculi, Princeps pacis.* Iste ergo Princeps pacis, & ille pax patris. Cui etiam Iudæ videlicet, in ipso persecutionis articulo pacis

oscu

oscu
dæ
que
uid.
tis e
tran
scrip
vter
tiæ,
vtru
& ac
& A
diffin
idipl
his o
uidis
salon
6.
mè,
illud
latè i
Iv
quæ
hæc i
est, q
redd
put a
To

osculum non negavit, Nec mirum si Iudæ traditoris speciem Absalon tenuit, quem non solum in persecutione David, sed in ipso quoque genere suæ mortis expressit. Ille siquidem quercui, dum transire vellet, inhæsit, iste laqueo se, scriptura testante, suspendit; ut quoniam uterque redundans vipereæ felle nequitia, & terra indignus erat, & cælo, inter utrumque libratus, & terram perderet, & ad cælum nullatenus aspiraret. Nam & Achitophel, qui David persequi non dissimiliter voluit, exigentibus meritis, id ipsum genus mortis elegit.] Præiuerat his omnibus S. Athanasius^a in longa Davidis ac Christi comparatione, qua Absalonem inter alia Iudæ coaptat.

a homil. de semence.

6. ACHITOPHEL. Rupertus latissimè,^b & Beda,^c post Hieronymum^d ad illud, *nolite credere amico*. E recentioribus latè in hanc rem Cornel. Iansenius.^e

b in c. 27.

Matth.

c in psal.

7.

d Michea

7.

cc. 140

concor.

f can. 29.

in Matth.

IUDÆI. S. Hilarius^f agens de muliere quæ Bethaniæ vnxit Christum. [Mulier hæc in præfiguratione, gentium plebs est, quæ in passione Christi, gloriam Deo reddidit. Caput enim eius perunxit: caput autem Christi, Deus est. Nam vn-

Tom. II.

D d d

guentum, boni operis est fructus: & pro-
 pter corporis curam, mulierum sexui
 maximè gratum est. Igitur omnem cu-
 ram corporis sui, & totum pretiosè men-
 tis affectum in honorem Dei, laudem-
 que transfudit. Sed discipuli, fauore sal-
 uandi Israël, ut sæpe numero commo-
 uentur, vendi hoc in vsum pauperum
 debuisse: sed neque mulier hæc, venale
 vnguentum circumferebat, & pauperes
 fidei indigos instincta prophético nun-
 cupauerunt, atque hanc gentium fidem
 emi potius ad salutem egeni huius po-
 puli debuisse. Quibus Dominus ait, plu-
 rimum esse temporis quo habere curam
 pauperum possent; ceterum non nisi ex
 præcepto suo salutem gentibus posse
 præstari, quæ secum infuso mulieris eius
 huiusmodi vnguento sint confepulta:
 quia regeneratio non nisi commortuis
 in baptisimi professione redhibetur. Et
 idcirco vbi prædicabitur hoc Euange-
 lium, narrabitur opus eius: quia cessante
 Israël, Euangelij gloria fide gentium præ-
 dicatur. Qua æmulatione in Iudæa perso-
 na Israël prophanus accensus, omni odio
 ad extinguendum nomen Domini inci-
 pit.

tatur
 nus
 Apo
 vido
 inte
 clesi
 gest
 que
 dabo
 huius
 mo
 deo
 & n
 gene
 quib
 possi
 non
 hoc
 que
 press
 Fian
 accip
 qui e
 doce
 dent
 perd
 do se

ratur.] Idem habet his verbis S. Augustinus^a [Sicut quædam dicuntur, quæ ad Apostolum Petrum propriè pertinere videantur; nec tamen habent illustrem intellectum, nisi cum referuntur ad Ecclesiam, cuius ille agnoscitur, in figura gestasse personam, propter primatum quem in discipulis habuit, sicuti est. *Tibi dabo claves regni cælorum, & si quæ sunt huiusmodi: ita Iudas personam quodammodo sustinet inimicorum Christi, Iudæorum: qui, & tunc oderant Christum, & nunc per successionem perseverante genere ipsius impietatis oderunt. De quibus hominibus, & de quo populo, possunt non inconuenienter intelligi, non solum ea quæ apertius de ipsis in hoc Psalmo legimus, verum etiam illa, quæ propriè de ipso Iuda dicuntur expressius, sicut est quod commemoravi. *Fiant dies eius pauci, & Episcopatum eius accipiat alter.*] Adscribendus etiam esset qui egregiè hoc prosequitur Rupertus,^b perdocens Iudam Episcopatum suum perdentem fuisse exemplar Iudæorum in perdendo Episcopatum, & strangulando seipsum. Sed quod longiuscula sit*

*a in priore
expositione
Psal. 108.
initio.*

*b lib 4 in
Matth. ad
illud mi-
nimus vo-
cabitur.*

31. p. de
promiss. c.
26.

eius oratio, sufficio illi sic aliunde Iudam
& Iudæos conferentem Prosperum. ^b
[vendiderunt Ioseph fratres eius Isma-
helitis negotiatoribus euntibus in Ægy-
ptum viginti aureis. Venditum autem
nostrum Ioseph Christum, Zacharias &
Hieremias Prophetæ testantur. *Dede-
runt*, inquit, *pretium adpretiati triginta
aureos.* Quod etiam Iudam à Iudæis ac-
cepisse Euangelia narrant, ea ratione
quâ distractus Christus à Iudæis transi-
ret ad gentes, Iudas enim simul cum pre-
tio, & vitam perdidit. Iudæi & pretium,
& Christum, quem comparauerant, ami-
serunt. Gentes verò lucrum gratiæ possi-
dendo, possessæ sunt.] Tandem Theo-
philactus ^b [Intellige per anagogen, le-
prosum quidem esse gentilem populum:
mulierem autem peccatricem congrega-
tionem, & Ecclesiam ex gentibus, que
vnguentum hoc est fidem, in Christi ca-
put, hoc est deitatem effudit. Omnis
enim credens Deum esse Christum vn-
guentum effundit in caput Christi. Iu-
das autem qui increpauit mulierem (sic
ut Ioannes dicit) figuram tenet Iudæo-
rum, qui vsque in hunc diem contra Ec-
clesiam

^b in e. 26.
Matth.

cles
7
pro
quib
fitat
F
etan
van
mer
Chr
sum
Nun
no fi
Si m
quen
caue
gred
capu
ingre
rare
vt in
dieba
plum
Quid
capit
Paul
tres,
39 on

clesiam murmurant.]

7. Haecenus de typis in Iuda expressis. Nunc pauca atrezo de praecipuis quibusdam in eo exhibitis, iuxta propositam typorum distributionem.

FALSI FRATRES, S. Augustinus tra-^{a in psal.}
ctans illud, *& si ingrediebatur ut videret,*^{40.}
vana loquebatur, quod ipse in plurali numero legit, ita scribit. [Quod passus est Christus, patitur & Ecclesia: quod passum est caput, patiuntur & membra. Nunquid enim feruus maior est Domino suo, aut discipulus super magistrum? *Si me, inquit, persecuti sunt, & vos persequentur. Si Patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?* Ingredebantur ut viderent. Iudas ille ad caput nostrum erat, ad caput nostrum ingrediebatur ut videret, id est, ut exploraret, non ut haberet quod crederet, sed ut inueniret quod proderet. Ecce ingrediebatur ille ut videret, & hoc exemplum in capite nostro propositum est. Quid illa membra post assumptionem capitis nostri? Nonne dicit Apostolus Paulus: *Propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem*

tem nostram? Ergo & isti ingrediebantur ut viderent. Sunt enim hypocritæ, simulatores mali, adiungentes se ficta charitate, captantes omnes motus, omnia verba Sanctorum in omnibus laqueos inquirentes. Et quid illis fit? videte quid sequitur. *Vana locutum est cor eorum*, id est loquuntur quasi ficta dilectione. Vanum est quod loquuntur. Verum non est, solidum non est. Et quia captant unde inueniant accusationem, quid ait? *Congregauerunt iniquitatem sibi.*]

8. Optime item in eandem sententiam in Psalmum 55. ad illud, *inhabitabunt & abscondent.* Postquam enim falsos fratres, demonstrauit inhabitare & abscondere, subdit. [Nec istos tamen timeamus fratres, in Deo speraui, non timebo, quid faciat mihi caro.] Etsi incolunt, etsi intrant, etsi fingunt, etsi abscondunt, caro sunt: Tu in Deo spera, nihil tibi faciet caro. Sed infert tribulationem, infert conculcationem? Accedit vinum, quia vua premitur, tribulatio tua infructuosa non erit. Alter videt te, imitatur te, quia & tu ut disceres talem ferre, caput tuum contemplatus es, botrum illum primum, ad quem intrauit homo ut

videret, incoluit, & abscondit traditor Iudas. Omnes ergo ficto animo intrantes, incolentes, & abscondentes sunt, sed noli timere; pater ipsorum Iudas cum Domino tuo fuit, & ille quidem nouerateum. Quamquam Iudas traditor incolebat & absconderebat, tamen cor ipsius Domino rerum patebat. Sciens ille elegit vnum, vnde tibi solatium faceret, nescituro quos deuities. Poterat enim ille non eligere Iudam, qui nouerat Iudam, atque discipulis, *Nonne vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Ergo & diabolus electus est? aut si electus non est, quomodo duodecim elegit, & non potius vndecim? Electus & ille est, sed ad aliud. Electi vndecim ad opus probationis, electus vnus ad opus tentationis. Vnde posset tibi dare exemplum nescituro, quos deuities malos, quos caueas falsos & fictos, incolentes & abscondentes nisi vt dicat tibi. Ecce ego habui mecum vnū ipsorum. Præcessit exemplum, toleraui, perferre volui quod sciebam, vt tibi nescienti præberem solatium. Quod mihi fecit, hoc tibi faciet, vt multum possit, vt multum sæuiat, accusaturus est,

falsa crimina dicturus est, ut præualeant falsitates. Nunquid in te præualebunt, & in me non præualuerunt? In me certe præualuerunt, sed cœlum mihi non abstulerunt.]

a tract 35.
in Math.

Origenes^a post Iudam immanis malitiæ conuictum, ex conculeatione tot in se Christi beneficiorum, subdit. [Tales sunt omnes in Ecclesia qui insidiantur fratribus, cum quibus ad eandem mensam corporis Christi, & ad eundem potum sanguinis eius, frequenter simul fuerunt.] Annuit Auctor sermonum ad fratres in eremo.^b [Reducamus fratres ad nostram memoriam, quòd Dominus ab inimico osculatus est, & tamen amicum vocat illum proditorem: *Amice*, inquit, *ad quid venisti?* Date igitur reconciliationis pacem, sed non osculum proditionis. Qui enim fictè inimicum osculatur, vel verbo blanditur, Iudæ proditoris fratrem, & socium, & similem sibi esse, quis dubitare poterit?]

b serm.
28 sub finem.

9. APOSTATÆ REGULARES. S. Ephrem sub initium Testamenti, regulares Apostatas Iudæ confert. Et rursus^c agens de Paullona Apostata, sic habet.

c in fine.

Væ

[Va
lieri
peri
refu
ianu
neq
nud
quat
& ex
lum
dere
ipse
lum
nati
niam
est,
quip
quen
ram
passi
corp
Au
[O m
apost
stabil
amic
eunc

[Væ tibi Paullona : Cuius mater ex mulieribus maledicta. Væ ventri qui te peperit, quoniam perditionis omnium hæresum particeps factus es, & prædonum ianua ingrederis : opera enim tua omni nequitia, atque flagitio plena sunt. Denudatus, proiectus es à gratia : & tanquam Iudas Iscariothes proditor factus, & ex cunctis tuis studiis confusus. Columna enim huius, sedes est, quam tu dereliquisti. Horribile verò prodigium ipse in tuo ostendet corpore, qui cælum sustinet, & in quo omnis creaturæ natura constituta est, atque firmata, quoniam quælibet in ipso creatura fundata est, mare, & plenitudo eius. Confusus quippe es in arundine fracta, derelinquens Christi baculum, atque armaturam, quæ infirmos consolidat, & omnem passionem, ac morbum tum animi, tum corporis curat, sanátque.]

Autor sermonum ad fratres in eremo. ³ a serm. 8.

[O monache, leuis reputaris per tuam apostasiam, cum Iuda incurris mentis instabilitatem, postponis Deum, amittis amicos, spiritum, & spem perdis, odio à cunctis haberi, & velut omnibus peior

apostata comprobaris in vita. O mona-
che attende, quia nisi perseueraueris,
morieris. Igitur si incepisti edificare,
perface: si non incepisti, incipe. Si obtu-
listi florem iuuentutis tuæ diabolo, sal-
tem facem senectutis tuæ, immolare
non differas Christo. Ipse enim miseri-
cors est, & recipiet te libenter, & dabit
tibi stolam candidam, & anulum in ma-
nu tua, & calceamentum in pedibus
tuis. Tunc inueterate olim diebus malis,
renouabitur, vt aquilæ iuuentutis tua dur-
rans in æternum. Incipite ergo fratres
mei, & perseuerate, reducentes uobis ad
memoriam à quanto bono recessit Iu-
das, & quomodo feruenter bene agere
cepit, lingua uobis nullatenus exprime-
re possem; quomodo tamen perseuera-
uerit, scitis.]

*a serm. 3.
in psalmo
qui habi-
tat.*

S. Bernardus. ¶ Letos uos esse uolo,
sed nondum securos. Gaudentes in Spi-
ritu sancto, sed tamen pauentes adhuc,
& cauentes à reciduo. Quid enim uobis
ultra pauendum est? Vnum utique, id-
que grauissimum, peccatum Iudæ, pec-
catum apostasiæ. Bene enim factum est,
vt pennas acciperetis, sicut columbæ, &

Al
volaret
terra n
lor, &
dum el
vel sim
deside
illis per
tur, &
ra prio
mendu
etiam
tur.]

The
Alexan
dieritis
der ad
confes
cōtrax
equid
studio
ret?
prodic
gariis
accipe
ditoris
à relig
neius

volaretis ad requiescendum. Nam in terra non erat requies, sed labor & dolor, & afflictio spiritus. Quid ergo timendum est sic volanti, nisi ne forte cadatur vel simile aliquid in terra videat, cuius desiderio tractus videatur à venatoribus illis pessimis, & præparatis laqueis capiatur, & sint nouissima hominis illius peiora prioribus. Hoc inquam omnino timendum est, ne quis aut corde solo aut etiam corpore ad vomitum reuertatur.]

Theodorus Studita, agens de duplici Alexandri monachi apostasia. [Iam au-

dieritis sine dubio, quid infœlix Alexander admiserit, vt obedientiam iuxta & confessionem abiurauit. Quod vnde cõtraxit, nisi quia solitarius obiret (quod equidem frequenter solitariis obiecto) studioque nummorum Iudaico flagraret? Igitur herum vtérque gloriosum prodidit, hic Iudæis, ille Iudæorum gregariis Iconomachis.] Iudaicum studium, accipe non populi Iudaïci, sed Iudæ proditoris: cum quo, vt vides, confert illum à religione ac fide apostatam. Sed Liui-
ginem

ginem egregio Scriptori.

Ad hanc Apostatarum regularium cum Iuda Germanitatem, omnino facit, quod testimonio comperi viri fide digni, in quo per hos dies, ex lue mors acerba, filium nascentis spei immaturè præcidit. Narrabat is nuper ex Cayro redixi accepisse ibi se de Apostata Franciscano, recentissima tunc memoria; qui post triduum ab Apostasia, nullo prævio aperto morbo, (imò cum valeret bellissimè, & prodiret ex adipe iniquitas eius) Iudæ exemplo crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius.

a P. Ay.
marus
Guerin.

in 4.

b in 4.

IO. RELIGIOSI SPECIE TENVS Auctor sermonum de coena Domini^b [Hanc panem scilicet gratiam, quam illi dederat Dominus intinctum accipit, quia in Iesum consummatorem virtutum non amorem, sed rancorem exercuit. Huic debebatur panis intinctus, cuius sanctitatem vultus palliabat sophisticus. Nam religionem simulabat in facie, quam non habebat in mente; sanctitatem prætendebat in veste, quam alienabat in corde, foris agnus in publico, intus lupus in occulto: foris discipulus Christi, intus disci

monig

discip
come
tendu
cto. Q
eti Ber
dent; a
claustr
biles. I
nem, in
rio vig
tes, te
Claustr
gentes
frequ
non pr
derio
res, se
Quid a
panem
isti tal
& cum
damne
tinctan
falsi re
bolum
minicu
cerni n

discipulus diaboli. Multi hunc panem comedunt, quia religionem quam præ-
tendunt in verbo, non ostendunt in fa-
cto. Quanti monachi in monasterio san-
cti Benedicti sunt, qui aliis lugentibus ri-
dent, aliis dolentibus gaudent? Corpore
claustrales, mente vagi, & nunquam sta-
biles. Pigri ad lectionem, tardi ad oratio-
nem, in Ecclesia dormientes, in refecto-
rio vigilantes. De vigiliis longis dolen-
tes, sed de longo conuiuio gaudentes.
Claustrum execrantes, auditorium dili-
gentes. Extra eorum pro infirmitate
frequentius remanentes, infirmitorium
non pro infirmitate carnis, sed pro desi-
derio carnis toruis luminibus aspicien-
tes, semper murmurosi & detractores.
Quid aliud isti miseri agunt, nisi quodd
panem intinctum comedunt? Profectò
isti tales traditorem Iudam sequuntur,
& cum Iuda nisi resipuerint, videant ne
damnentur.] Et mox [Per buccellam in-
tinctam exprimitur traditor. Multi enim
falsi religiosi & falsi tonsurati, cum Sym-
bolum piæ religionis communiter Do-
minicum corpus accipiunt, ab aliis dis-
cerni non possunt, nisi per buccellam in-
tinctam.

unctam quæ est detractio, murmuratio, inobedientia, verborum lasciuia, occulta pecunia, & fortè grauiora peccata: Qui talis est, monachus non est, imò Iudæ traditori consimilis est. Sed quisquis est miser ille, timeat pœnitēdo quod sequitur, ne cum Iuda traditore damnetur. Sequitur enim, *tunc introiuit in illum Satanas*, vt pleniùs possideret, in quem iam intrauerat. Tunc introiuit vt deciperet, & à consortio Apostolorum extraheret: vt eo iam non in occulto, sed manifestè vtens, libera potestate in barathro perditionis mactaret & perderet. Et quod de traditore fecit, hoc de consimilibus facere non desistit. Nam quem diu in monasterio possederit seruum, ad vltimum nec socium monachorum relinquit, & traditorem quem in monasterio tenebat, iam extra monasterium necat.]

II. REGVLARES PROPRIETARI.

S. Basilius^a post exagitatam in religioso furtiuam alicuius rei possessionem ita concludit. [Proinde perspicuum est, qui talis sit; eum de præcidenda, ac morte afficienda anima sua meditari, qui exiguis obolis salutem suam addicere ac prode-

^a in con-
stit. mo-
nast. c. 35.

re par-
vos ali-
sentio-
à furto
tuata p-
nat: c-
etiam
enim
non li-
ad qua-
que p-
re, nec
moliri
uerfira-
sit obe-
legibu-
tem pr-
expila-
cumq-
deinde
nem c-
hunc n-
alteru-
tum in
S. B-
operis
cietate

re paratus sit; & (liceat mihi quæso per vos aliquantulum loqui audacter, quod sentio;) alter Iudas efficiatur, nempe qui à furto exordiat, (furtum enim est priuata possessio,) & in prodicionem desinat: quando vt ille Dominum, sic iste etiam veritatis verbum prodit. Quando enim instituti nostri regula hoc habet, non licere nobis, neque ab ea societate, ad quam aggregati sumus, disungi, neque priuatam vllam pecuniam acquirere, neque denique clancularium quiduis moliri, aut eiusmodi quod exempli peruerfitate reliquorum fratrum saluti possit obesse, tum neglecto Dei timore, & legibus Spiritus sancti violatis societatem primùm expilare, (societatis enim expilatio est, rei cuiuscumque, & vnde cumque in priuatum vsum seuocatio) deinde defectionem etiam, ac separationem cogitauerit, quî defendi potest, hunc non verbum veritatis prodidisse, & alterum Iudam factum esse, qui quantum in ipsa re sit, veritatem prodat.]

S. Bernardus (aut quisquis apud eum operis autor)^a [Multi ad communem societatem monasterij veniunt: sed quod

sine

^a l de modo bene viu. serm. 48.

sine graui gemitu dicere non possumus, non omnes in eo secundum Euāgelium viuunt, In monasterio sunt sancti Apostoli Iesu Christi, est etiam illic Iudas Scarioth traditor Domini, & ibi Ananias cum sua vxore Sapphira. Est etiam ibi Giezi discipulus Helisæi. Qui itaque propter Deum omnia quæ habent in hoc mundo, ad imitationem Apostolorum derelinquunt, causa solius æternæ vitæ cum eisdem Apostolis lætabuntur, & remunerabuntur in æterna beatitudine. Qui autem postquam ad conuersionem monasterij venit, de rebus monasterij facere fraudem præsumit. Iudas est, & pœnam Iudæ sustinebit in inferno: quia de hoc quod commune est facere fraudem præsumit, cum proprium facit.] Rursus apud eum aliquis^a [ô monache Dei, ô discipule Christi, audi me, audi consilium meum. Te diabolus quærit auellere, te extrahere de grege Domini. Vide ne consentias ei. Vide ne credas ei. Mendax est, & pater eius. Te vult occidere. Te vult mactare. Te vult perdere secum in gehennam. Caue te à oculis. Caue à marfupis. Foueæ diaboli sunt. Heu quor

in

*a auctor
serm. x. de
cena Do-
min.*

in illi
Dicit
habeb
ad lac
morte
supia
eti. F
tonsu
haber
supiur
gation
malæ
dilecti
ditore
daueri
12.
nus^a [
fur est
crilegu
coloru
rum, se
tur in f
latus; (
republi
rei priu
vehem
gus, qu
Tom.

in illis perdidit, quot in illis interfecit? Dicitur de Iuda, *quia fur erat, & oculos habebat* &c. Iste dñm sicut lucrum, tendit ad laqueum, dum perdit vitam, lucratur mortem. Heu quot loculi, heu quot marsupia sunt in monasteriis sancti Benedicti. Heu quot cucullati super auriculas confurati, habent marsupium mentis, habent loculum proprię voluntatis, marsupium murmurationis, detractionis, vagationis, superbię, & liuoris, inuidię & malę voluntatis. Sed mementote, fratres dilectissimi, quod qui talia agunt, Iudam traditorem sequuntur: & idem nisi se emendauerint, regnum Dei non possidebunt.]

12. FURES SACRILEGI, S. Augustinus^a [Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas, & ne contempnas, fur sacrilegus, non qualiscumque fur. Fur loculorum, sed Dominicorum; loculorum, sed sacrorum: si crimina discernuntur in foro qualiscumque furti & peculatus; (peculatus enim dicitur furtum de republica, & non sic iudicatur furtum rei priuatę, quomodo publicę) quanto vehementius iudicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuerit, non vndecumque

*a tract.
50. in 10.
art.*

tollere, sed de Ecclesia tollere. Qui aliquid de Ecclesia furatur, Iudæ perditio comparatur, talis erat iste Iudas.] Descripsit hunc locum Concil. Aquisgranense sub Ludouico.^a

a l. 3. c. 5.

b epist. 2.
ad acobum.

Clemens Rom.^b [Si fortè quispiam Presbyter siue Diaconus, sacrarij Sindonem, vel velum, subtracta vendiderit, Iudæ Iscariothis similis æstimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit se supradicti Iudæ suscepturum pœnam.]

c hom. 41.

Antiochus^c [Furtiua compilatio, pararia est consilij quo ab ipsa deficias veritate, magis autem euadas autor Dominicæ proditiõis. Scriptum quippe est in Ioannis Euangelio, Fur erat, & loculos habens, quæ intrebantur, expottabat.]

d lib. 10. in
Ioan.

Rupertus^d ad illud Ioannis 12. *Sed quia fur erat.* [Quare Dominus noster omnia sciens, cum talem illum sciret, non solum Apostolum, sed & prouisorum, vel sacculatum fecit Apostolorum? Ad hæc inquam: Quare vsque hodie multos in Ecclesia sua idem Dominus permittit esse præpositos similes eius? Qui enim aliquid de Ecclesia furatur Iudæ

da p
puta
niste
gunt
perib
non
gium
quali
latus
& si n
quon
tius in
sus fu
fia to
sint lu
Eccle
terrog
quean
Deus
merè
Th
mitteb
hoc et
crileg
que in
legi qu
S.A

da perditio comparatur. Quanti autem putas de Ecclesia furantur, abutētes ministerio, quo, permittente Christo funguntur? Quanti rem pauperum non pauperibus tribuendo, furtum faciunt, & non qualecumque furtum, sed sacrilegium? Si crimina discernuntur in foro qualiscunque furti, & peculatus, (peculatus enim dicitur furtum de republica, & si non sic iudicatur furtum rei priuatę, quomodo publicę) quanto vehementius iudicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuit non vndecumque, sed de Ecclesia tollere? Igitur cū hodięque multi sint Iudę similes, & cur ad ministerium Ecclesiasticum peruenire potuerint, interrogati certum quid respondere nequeamus, nisi quia multa permittit fieri Deus, quę non vult, de illo vno non temerē iudicium Domini discutiamus.]

Theophilactus ^a expendens illud, *quę* ^{a in c. 12. Joan.} *mittebantur, portabat.* [Portabat (inquit) hoc est, furabatur quę mittebantur: sacrilegus erat, in suum vsum rapiens ea quę in diuinum dabantur. Audiant sacri-legi quarum partium sint.]

S. Agobardus ^a cum multis ex Euan-

b lib de dispensatione rei ecclesiastica.

gelio & D. Augustino monstret, Iudam furem loculorum præuiffe furibus & expilatoribus rerum Ecclesiasticarum, sic concludit. [Cùm alicui homini de proprio thesauro aliquid furari, proculdubio reatus sit, multo maior de publico, quod & leges sæculi sacrilegium vocauerunt. Iam verò de Dominicis, id est Ecclesiasticis thesauris aliquid fraudare; quod apud nos specialiter sacrilegij nomine censetur; adeò immane scelus esse manifestum est, vt qui ista committant, in sortem Iudæ deputandi minimè dubitentur. Cùm ergo hæc ita se habeant, cùmque de præfatis rebus illicitè aliquid in dando, accipiendo, vel retinendo vsurpare furari sit; penset piemens, quanta cautela res egeat. Quæsitum est etiam, vel quæri potuit, cur Dominus exactoribus publicis, qui dixerunt Petro; *Magister vester non soluit didrachma*, de oculis, non dederit staterem, sed Petrum ad mare direxit, vt de ore piscis tolleretur? Responsumque est à Doctoribus Ecclesiæ, quia Domini oculi in pauperes, & in dies festos expèdebantur: & cum exegisset necessitas in alimentis.

menta discipulorum Domini, sicut scriptum est, *Discipuli autem abierunt in civitatem, ut cibos emerent; noluisse Dominum rem pauperum, in publicam exactionem mittere, sed omnipotenti virtute, quod utique pauperum non erat de mari tollere, & fisco reddere voluisse, ut formam daret discipulis, quam Ecclesiae commendarent.]*

13. In capitulis villae Sparnaeci sub Carolo Caluo. Direptor hospitalium doctorum, *est necator pauperum, & Christi voli cap. 7. traditor Iudas.*

S. Bernardus^b [Quid prodest si Canonice eligantur, (quod est per ostium intrare) & non Canonice vivant? Dixit Dominus ad duodecim. *Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus est?* Domine Iesu, cum esset illa electio in manu tua, & non haberes aliquem contradicentem & reclamantem tibi, quare elegisti diabolum Episcopum? Cur bone Iesu non elegisti bonum, & iustum & sanctum; sicut Petrus bonus, iustus, & sanctus fuit? vel si elegisti diabolum, cur te iactas elegisse? fratres, sic facit Iesus hodie, eligens sibi multos diabolos Epi-

a in capitular. Caroli cap. 7.

b serm. ad Cone Rhe-nense.

scopos.] Rursus infra [Omnes amici & inimici, omnes necessarij, omnes domesticj, & nulli pacifici, & quę sua sunt quę runt omnes. Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo: Honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem non deferunt, inde hinc est eis quem quotidie videmus meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus: inde aurum in frænis, aurum in sellis, & in calcaribus. Plus nitent calcaria, quàm altaria. Inde mensæ splendidæ, & cibis, & scyphis. Inde commestationes & ebrietates; inde cythara, & lyra, redundantia torcularia, & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia. Huiusmodi sunt & volunt esse Ecclesiarum præpositi, Decani, Episcopi, & Archiepiscopi. Nec enim hæc meritò cedunt, sed negotio illi quod perambulat in tenebris. Olim prædictum est, & nunc tempus impletionis aduenit, *Ecce in pace, amaritudo mea amarissima.*] Hæc serm. 33. in cantica, totidem verbis habentur vt non sit dubium hunc quoque sermonem esse Bernardi. Tandem sic in fine. [Relinquamus istos, quia

quia
imite
tauer
quide
sed n
piunt

14
lud,
suscit
terior
figura
qui p
stum
pecun
Pelus
copu
Psalm
ris h
Marc
delico
vition
tur se
spirit
nume
ditor
in fel
quita

quia non sunt pastores, sed traditores, & imitemur illos qui viuētes in carne, plātauerunt Ecclesiam sanguine suo. Et quidem isti sortiti sunt ministerij locum, sed non zelum. Successores omnes cupiunt esse, imitatores pauci.]

14. SIMONIACI. Ambrosius ^a ad il- ^{a in ps. 49.}
lud, *Tu autem Domine miserere mei & resuscita me, &c.* post multa de Iuda in anterioribus præmissa, sic concludit [Iudas figura erat infidelis populi Iudeorum, qui pecunia vel emit vel vendidit Christum: quod faciunt, qui pluris ducunt pecuniam quam religionem.] Isidorus Pelusiota ^b scribens ad Eusebium Episcopum Simoniacum. [Pulchrè illud ^{b lib. 1, c. fist 119.} Psalmistæ meditatus es, atque vnus moris homines in Dei domo collegisti qui Maronem Zosimo adiunxisti: Illud videlicet omni studio contendens, ne quid vitiorum ab altari remotum sit. Hoc igitur scias, te, vt qui Simonum qui se Dei spiritum pecuniâ mercari existimant, numerum augeas, commune cum proditore marsupium tibi comparasse, dum in felle amaritudinis, & colligatione iniquitatis te ipsum volutas, eaque quæ ab

ipsis etiam Angelis expetuntur prodia.]

a epist. 76.

S. Basilius^a increpans Coëpiscopos suos quos inaudierat ob sacramentorum & ordinū collationem pecunias accipere; nominatimque eos qui exortes se culpæ censebant, si non ante, sed post manuum impositionem, pecuniam acciperent; sic concludit. [Cessabo si adhuc vnum adiecero. Propter auaritiam ista fiunt. Auaritia verò malorum omnium radix est, & idololatria vocatur. Ne velit igitur, modicæ pecuniæ gratia, idola Christo præferre, neque quædam sectantes, quæstus gratia secundò illum prodeire, qui semel pro nobis cruci est affixus. Alioqui & ipsi agri, & manus eorum qui hosce fructus metunt, akeldama vocabuntur.]

b catech.
16.

Cyrillus Hierosolymitanus^b post multa in Simonem magum [Quare damnatus est Simon magus? Num non ideò, quòd accedens ad Apostolos dixit: *Date mihi hanc potestatem vt cuiuscumque manus imposuero Spiritum sanctum accipiat?* Nò enim dixit: *Date mihi Spiritus sancti communionem, sed potestatem, vt aliis venderet, quod non erat venale, quod ipse*

illud venalitatē adscribitis; & perpetrati
 sacrilegij commodum possidetis: quique
 fueratis vltione plectendi, scelera com-
 missa lucramini. Quibus ergo vos meri-
 tō comparauerim, quia diuina munera
 non vobis sed aliis habetis, & quæ illis
 ad salutis proueniunt cumulū, vobis in
 iudicium perditionē nique vertuntur. Iu-
 dæis planè vos similes video qui me-
 dullitūs diuinæ legis ignari, Christi fide-
 libus per orbem vbique facti sunt feri-
 niarij. Apum quoque formam propemo-
 dum tenere videmini quæ dum obdul-
 candis faucibus hominum elaborata
 mella transmittunt ipsæ mox peritura
 famis inopia contabescunt. Denique per-
 pendite infœlices & miseri, quàm im-
 manissimo perditionis baratro sitis im-
 merſi, quorum non solum mala, mala
 sunt, sed ipsa etiam bona à vobis facta,
 sunt mala: quibus nimirum benedictio
 in maledictionem, Charismata in hære-
 sim, sacramenta in sacrilegium, honor in
 contumeliam, prouectio versa est in rui-
 nam. Huc accedit quia & de tot anima-
 bus estis reddēdæ rationi obnoxij, quod
 nunc videmini fidelibus esse prælati. Af-
 fluite

fluite
 cente
 vt v
 aduer
 stolos
 rum
 surge
 tentia
 cio d
 offen
 infest
 remit
 te po
 nis v
 das ex
 cestor
 reoru
 est: N
 peper
 que p
 cessib
 Be
 pugn
 niaco
 dicis,
 sti qu
 anath

fluite nunc diuitiis, constipamini tumescen-
tes obsequentium cuneis; propè est,
vt videatis omnes Angelorum exercitus
aduersum vos vehementer iratos; Apo-
stolos, Martyres, omniumque Sancto-
rum agmina contra vos terribiliter in-
surgere, & in damnationis vestræ sen-
tentiam concordi simul ac parili iudi-
cio conuenire. Illum quippe habetis
offensum, atque ideò consequenter
infestum, cuius offensio neque hîc
remittitur neque in futuro. Immanita-
te porrò eruenti ac sceleratissimi crimi-
nis vestri, adulteros vincitis, homici-
das exceditis, raptores, sacrilegos, in-
cestos, parricidas, atque omnium penè
reorum flagitia superatis. Adhuc parum
est: Nam si res digna vt est existimatione
penditur, ipsa Iudaïca perfidia omnif-
que prorsus hæretica prauitas vestris ex-
cessibus non æquatur.]

Berthenardus siue Bernardus ^a pro-
pugnans decretum latum contra Simo-
niacos sic præclare præter cætera. (Sed
dicis, quomodò conficiet corpus Chri-
sti qui per hæresim, seu per meritum
anathematis, se demēbrauerūt à corpo-
re

*a episto. ad
Adalbertū
pro decretis
Synodi Ro-
mana sub
Gregor. 7.
ad calcem
tomi primi
Grosferi
pro Bellar-
mino in
Appēdise.*

re Christi? Respondetur. Iudas vnus de duodecim erat, eandem cum eis potestatem miracula faciendi habebat, & quamuis loculos portans fur esset, tamen quibus par erat in signis, par videbatur & meritis: Ante oculos quippe hominum, in miraculorum insignibus, Petri, Andreæ, Iacobi, & Ioannis, erat socius: ante eius autem oculos, cui non erat opus vt quis sibi testimonium perhiberet de homine, quia ipse sciebat quid esset in homine erat diabolus. Dictum est enim de eo: *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Ideò vtique diabolus quia dualem spirabat spem: esse videlicet & venditor Domini, & discipulus Domini. Sed cùm iam nequitia suæ pretium venditi Domini promitteret, cùm iam opportunitatem tradendi eum quæreret, in hoc barathro sceleris, non minus vltus est potestate Apostolica, & hac tam diu, donec audito: *quod facis, fac citius*, exiuit foras. Erat enim nox, ad hunc modum credimus, & hos posse Ecclesiastica efficere sacramenta, dum nondum eos publicauit, & quodammodo ante Episcopalem Ecclesiasticam ex-

commu

comm
ciariè
tuma
E
done
(Qui
largi
perib
Filiu
hære
& ille
thori
stis: Il
lices
camp
largy
quitia
tium,
Chri
& Iuc
num
Rurfi
ditus
erit d
Parac
vltior
vend

communicationem ab Ecclesia præiudicialiè eliminavit eorum se effrenis contumacia.)

Et infra ex Paschali Papa^a seu ex VVi- done vt habet glossa ibidem appositã. (Quicumque sacros ordines ad pretium largiuntur, cum Iuda pessimo mercatore peribunt, qui pro 30. argenteis, æterni Filium, vendidit parentis. Audiat hoc hæreticus, audiat & Christianus, audiat & ille qui hæresim vult rabido ore authorizare. Istis dico vbi est, quod accepistis? Illis dico, vbi est quod dedistis? Infelices infelicitè sibi inuicem contra campserunt; hic vt consuleret suæ philargyriæ, ille vt satisfaceret propriæ nequitia. Quapropter nec ille habet pretium, nec illi habent Christum. Exulta Christiane, quia quod Iudas vendidit & Iudæus emit, tu acquisisti. Grande bonum suo malo operati sunt nobis ambo.] Rursus inferius. [Si tali exterminio traditus est qui vendidit Christum, quid erit de sociis eius qui emunt vel vendunt Paraclitum? Nunquid non pares sunt in vitione, qui pares sunt in crimine? Ille vendidit filium. Isti quantum in ipsis est, Spiri

*a epist. ad
Mediolanensem
Ecclesiam.*

Spiritum sanctum conantur vendere.]

al de To-
bia c 4.

16. FOENERATORES S. Ambrosius²
post multa de fœneris iniquitate in su-
perioribus capitibus præmissa, subdit.
[Hanc præcipue iniustitiam deplorat S.
David dicens. *Vidi iniquitatem & contra-
dictionem in ciuitate, & non defecit de
plateis eius, usura, & dolus.* Itaque cum
proditionem Iudæ subiecerit, hoc præ-
misit: siue quod ultra sacrilegij iniuriam
coniuratis Dominicæ necis, fœneris cri-
men acciderit; siue quod tantum sacri-
legium satis abundeque usura fœneris
ultum iret. Mali fœneratores, qui dede-
runt pecuniam vt interficerent autorem
salutis. Mali & isti, qui dant vt interfi-
ciant innocentem. Et iste quoque qui
pecuniam accepit, vt proditor Iudas, la-
queo se & ipse suspendit. Ipsum Iudam
hoc maledicto putauit esse damnandum
vt scrutaretur fœnerator eius substati-
tiam: quia quod proscripio Tyranno-
rum aut latronum manus operari solet,
hoc sola fœneratoris nequitia consueuit
inferre.]

b in e. 14.
Marci t. 5.

QVODCVNQVE SCELVS PROPTER
PECVNIAM ADMITTENTES. Beda^b
multi

(mult
num.
cunia
rium
cum.
libet
verita
pecun
sum v
tis ali
Dom
est. C
spem
& ver
firmi
simili
nitare
mend
mure
17
stola S
stition
ipsum
ctus i
tas, ni
ditore
M.

(multi hodie, Iudæ scelus quod Dominum ac Magistrum Deumque suum pecunia vendiderit velut immane & nefarium exhorrent, nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profectò quia veritatem pro pecunia negant Deum pecunia vendunt. Ipse enim dixit, *Ego sum veritas*. Cum societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste commaculant, Dominum produnt: quia *Deus charitas est*. Qui ergo charitatis & veritatis iussa spernunt, Deum utique, qui est charitas & veritas produnt: maximè cum non infirmitate vel ignorantia peccant, sed in similitudinem Iudæ quærunt opportunitatem, qualiter arbitris absentibus, mendacio veritatem, virtutem crimine mutent.)

17. VENDENTES IUSTITIAM. Epistola Synodi Pistensis^a [Vendentes iustitiam & veritatem, & in his scilicet ipsum Christum, qui est nobis à Deo factus iustitia, & qui dixit, ego sum veritas, nisi dignè pœnituerint, cum Iuda traditore Christi, æterna expectet incēdia.]

MALI PROBIS INFESTI. Origenes^b expo

^a inter capitula Caroli Calvi.

^b tract. 33. in Matth.

exponens illud Christi, *Ecce appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum*, quod dictum à Christo est aduentante Iuda, & cohortem ductante. [Vtinam & in illorum peccatorum tantummodò manus Iesus traditus tunc fuisset. Nunc autem arbitror semper in manus peccatorum traditur Iesus, quando hi qui videntur in Iesum credere, habent Iesum in manibus suis, cum sint peccatores. Sed & quotiescunque iustus habens in se Iesum, in potestate factus fuerit peccatorum facientium ei quod possunt, Iesus est traditus in manus peccatorum.] Et mox, proposita Iudæ ad cohortem præmonitione vt cautè Christum duceret. [Multi & nunc cum spiritualibus gladiis, specie malignorum, & fustibus similiter contra Iesum militant quemadmodū illi: quorum insidiis, omnino melior sit Iesus, quamuis pro tempore suscipiat in se eorum incurfus, vt impleantur peccata insidiantium ei, & manifesta fiat malitia voluntatis eorum, aduersus veritatem vnigeniti Verbi. Qui autem sic cum gladiis & fustibus militant contra Iesum, variis & diuersis dogmati

matil
Iesu,
piis tr
litauit
18
ximè
nus
autem
uesce
nō di
vius
lorum
pus b
pus E
tro ne
ei dic
gnica
soluta
gauer
hoc P
hoc E
vt qua
tur, &
in coe
clesia,
cū r
soluit
Ton

matibus venientes, exposito insidiantur Iesu, sunt autem & qui à presbyteris impiis transmissi populi, contra verbum militant veritatis, quod est in Iesu.]

18. VNIVERSITAS IMPIORVM maximè autem, AVARORVM. S. Augustinus ^a [Quomodo intelligendum est, *Me autem non semper habebitis?* Nolite expauescere. : Iudæ dictum est. Quare ergo nō dixit. *Habebis, sed habebitis?* Quia non vnus est Iudas. Iudas malus, corpus malorum significat quomodo Petrus corpus bonorum, corpus Ecclesiæ. Imò corpus Ecclesiæ sed in bonis. Nam si in Petro non esset Ecclesiæ sacramētum, non ei diceret Dominus. *Tibi dabo claves regni cælorum; quacunque solueris in terra, soluta erunt & in cælo, & quacunque ligaueris in terra, ligata erunt & in cælo.* Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc Ecclesia. Si autem & in Ecclesia fit, vt quæ in terra ligantur, in cælo ligentur, & quæ soluantur in terra, soluantur in cælo quia cum excommunicat Ecclesia, in cælo ligatur excommunicatus; cum reconciliatur ab Ecclesia, in cælo soluitur reconciliatus. Si hoc ergo in Ec-

a tract 50.
in Ioan.

clesia fit, Petrus quando clauis accepit, Ecclesiam sanctam significauit. Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, in Iudæ persona significati sunt in Ecclesia mali. Ipsis dictum est, *me autem non semper habebitis.*]

Origenes ^a expendens illud Iudæ, *a tract 35. in Matth.* *Quid vultis mihi dare? ita scribit [Quid dixit Iudas ad Sacerdotes audiamus. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Volebat enim accipere pecuniam, & tradere Verbum Dei. Quod faciunt omnes qui accipiunt aliquid corporalium aut mundialium rerum, ut tradant & eiiciant ab anima sua, Saluatorem & verbum veritatis quod erat in eis. Et opportunè hoc vteris exemplo ad omnes qui quodcunque peccatum facientes propter auaritiam, & causa pecuniarum aut alicuius lucri, verbum Dei tradunt & contemnunt. Nam huiusmodi homines quasi manifestè clamare videntur, & dicere virtutibus aduersariis præstantibus lucrum aliquod pro peccato transgressi verbi Dei. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Quod & si traditus fuerit, fit quidem extra tra-*
den

den
cepit
vt ec
rent

Mell
n


1. 

dulce
indur
non
num
neni
cond
eruun
perue
ris sti
effet
struen
mus;

dentem; vincens autem eos qui eum suscepisse videntur, operatur decentia se, vt euacuare cupientes eum, nihil operentur in ipsum.]

Mellificium Tropologicum de Iudæ acornis per Christianas apes lectum.

CAPVT XVII.

1.  EDVLÆ apes, non edules tantum herbas aut innoxia prata legulo ore populantur, sed & ex aconitis dulcem succum sublegunt. Sic & Patres industriique omnes e Christi familia, non tantum in probatissimorum hominum vita, sed & in perditorum gestis, inveniunt quod in mentis aluearium recondant; & dulcedinem ex amaritie eruunt. Nihil quippe adeo malignum & peruersum est, cui non aliqua dulcis rosis stilla inspergatur. Et malum si purum esset, omnisque boni exsors, seipsum destrueret. Itaque si Christi apiarium sumus; vt Nazianzenum^a optare memini,

^a orat. 43.
in fine.

idem præstemus quod apes, & ex Iudæ
nequitia, sanctitatis mella legamus: quod
quomodo SS. Patres fecerint, exhibitum
eo.

I. *Suspectio benignitatis Christi, in vo-
cando ac fouendo quem præsebat
proditorem. Eiusdem multa pa-
tientia in tolerando bipe-
dum nequissimo, ex-
pensi.*

*a l. de bona
patientia.*

2. S. Cyprianus ^a Quæ gloria est, si-
mitem Deo fieri? Qualis & quanta felici-
tatis, habere in virtutibus, quod diuinis
laudibus possit æquari? Nec hoc fratres
dilectissimi Iesus Christus Deus & Do-
minus noster, tantum verbis docuit, sed
impleuit & factis. Et quia ad hoc descen-
disse se dixerat vt voluntatem Patris fa-
ceret, inter cætera admirabilia virtutum
suarum, quibus indicia diuinæ maiesta-
tis expressit, paternam quoque sapien-
tiam tolerantie tenore seruauit. [Ename-
rat pleraque in Christo patientie mira-
cula, sed hoc præter cætera. [Discipulis
non

non vt seruis dominica potestate præfuit, sed benignus & mitis, fraterna eos charitate dilexit. Dignatus etiam est pedes Apostolorum lauare; vt dum circa seruos talis est Dominus, exemplo suo doceret, qualis circa compares & æquales debeat esse conseruus. Nec mirandum quòd circa obediens talis extiterit, qui Iudam potuit vsque ad extremam longa patientia sustinere, cibum cum inimico sumere: hostem domesticum scire, nec palam ostendere, traditoris osculum non recusare.]

S. Chrysostomus ^a [Sciebat Saluator quòd Iudas traditor esset. Cur igitur eligitur? Vt commendaret excellentem misericordiam. Quasi dicat, quod in me est, & Apostolus es, & cum discipulis te numero. Quòd si tu indignum te declaraueris, conspicua quidem erit excellens mea misericordia, sed & manifesta erit prodigiosa tua malitia. Nam & marsupium illi suarum rerum concrediderat, nõ ignorans quòd furaretur. Sed volebat dando hanc potestatem, mederi illius auaritiæ. Nesciebat igitur & prædicebat. Non solum præscijs erat sed & sæpè

*a serm. x.
de ieiunio.*

prædicebat, *vnus ex vobis me tradet.* Cui igitur accusaretur quòd malus malitia sua boni dispensationem implet? Sed qui eum elegit, non proditorem ipsum coëgit fieri. Nam quòd ex necessitate fit, ipsum dicitur fieri non fit. Continens ex necessitate, non est continens eò quòd necessitas fit. Non enim vinculis virtus, sed electione vitæ constat.] ut iup.

a hom. de
non scruta-
tandis cu-
riose pau-
perib' qua
verbatim
exscripta
est ex hom.
21 in ad
Rom. in
mor.

3. Idem ⁴agens de Christi in hostes charitate, & benignitate [Super conspicato proditore suo, turbatus est & contristatus: non ideò quòd crucifigendus ipse, sed quòd ille perierat. Turbatur itaque, quòd præciseret illius & strangulationem, & post strangulationem supplicium. Et licet non ignoraret illius malitiam, ad extremam tamen vsque horam illum tulit, non repellens, sed & tamen si proditorem, diligens. Dominus tuus diligit, labiisque osculando excipit eum qui statim sanguinem illum suum pretiosum fufurus erat. Tu verò pauperem neque pane dignaris neque legem quam Christus dedit reuereris. Per hæc enim quæ recensæi satis ostendit, quòd non solum pauperes, sed & eos qui nos ad mortem vsque impellunt, auerfari

non oporteat. Ne dicas igitur mihi, quod vel hoc vel illud operatus sit mali, sed perpende quid Christus fecerit, qui ad crucem vsque, proditorem suum oculo quo tradendus erat, emendare studerat. Et vide quàm modestè & ad verecundiam mouendam appositè. *Iuda*, siquidem inquit, *osculo Filium hominis tradis*. Quem non delinuiisset? Quem non flexisset ipsa vox? Quam bestiam? Quem adamanta? Infœlicem tamen illum non flexit. Ne dicas igitur, quoniam illum vel illum interfecit, atque ideò ipsum auersor. Nam etiam si te ipsum ense impetiturus, dexteramque suam in tuum ipsius guttur immerfurus esset, nihilominus tamen ipsam eandem dexteram osculare: quoniam & Christus os illud quod mortem operatum erat, osculatus est. Et tu itaque insidiantem tibi, non odio, sed lachrymis ac misericordia prosequere. Dignus enim est cuius miseremur, quemque deploremus. Sumus enim illius famuli qui proditorem suum exosculatus est, (neque enim cessabo, quin factum illud continuo versem:) quique teneriora etiam verba quàm os-

culum sit, erga illum est locutus. Neque enim dicebar. O sceleste! ô perditè! ô proditor! Hanc nobis pro tanto beneficio gratiam rependis. Sed quomodo? *Iuda*, inquit, proprium illius nomen ponens, id quod magis erat miserentis & reuocantis, quàm indignantis. Neque dixit, præceptorem tuum, Dominum tuum, Benefactorem tuum: sed *Filium hominis*, quasi dicat etiam si non esset Præceptor tuus, non esset Dominus tuus, cum qui tam mansuetè, tam candidè erga te affectus est, vt & in ipso prodicionis articulo te osculetur, idque cum prodicionis ipsius symbolum sit osculum, tradere potes. Benedictus sis Domine. Quanta humilitatis, quantaque nobis patientia exemplum tradidisti.]

trad. 35.
in Marth

Origenes^a Christi in Iudam charitatè, agnoscit, in ea oratione qua in horto factus in agonia, mortem deprecari visus est. Mortem enim præsertim Christo amarâ fuisse censeret, quod perspiceret eam in Iudæorum ac Iudæ exitium celsuram: ideoque cupiuisse illam auerti, si per Patris scita liceret, & absque morte tantoperè Iudæ ac Iudæis nocitura, bonum

num
tiner
Orig
dem
rant
men
& gl
fione
ua.
erant
& Ba
ceba
trans
desid
tas m
nem
sed f
lum d
ex du
ditio
calice
tes tr
pter
bat p
trans
auter
morte

num quod morte querebatur, posset obtineri. Quasi filius charitatis Dei (inquit Origenes) secundum præscientiam quidem diligebat eos qui ex gentibus fuerant credituri. Iudæos autem quasi semen Patrum sanctorum, quorū adoptio, & gloria, & Testamentum, & repromissiones, diligebat quasi ramos bonæ oliuæ. Diligens autem eos, videbat qualia erant passuri, petentes eum ad mortem, & Barrabam eligentes ad vitam: Ita dicebat dolens de eis; *Pater, si possibile est, transeat calix iste à me.* Rursus reuocans desiderium suum, & videns quanta utilitas mundi totius esset futura per passionem ipsius, dicebat: *Sed non sicut ego volo, sed sicut tu.* Videbat adhuc propter illum calicem passionis, etiam Iudam qui ex duodecim vnus erat, filium fore perditionis. Rursus intelligebat, per illum calicem passionis, principatus & potestates triumphandas in corpore suo. Propter hos ergo quos in passione sua volebat perire, dicebat: *Pater, si possibile est, transeat calix iste à me.* Propter salutem autem totius humani generis, quæ per mortem eius Deo fuerat acquirenda, di-

cebat quasi recogitans. *Sed non sicut ego volo, sed sicut tu.*]

2 orat. 25.
2. 39.

4. Nazianzenus [Gratiam vobis habeo, quod mansuetudinem & facilitatem, mihi tanquam amentiam obiecistis. Sic enim excelsius multo quàm pro vestro more mecum reputo. Quota tandem pars hæc sunt sputorum & alaparum Christi, pro quo & ob quem pericula subeuntur? Omnia enim verò vnica spinea corona quæ victori nostro coronam detraxit, & per quam me quoque vitæ asperitate velut corona quadam redimiri sentio, minoris duco: vnica arundine per quam infirmum & imbecille imperium sublatum est: vnico felle atque vnico aceto, per quæ amarulenta nostra degustatio sanata est: vnica in perferendo cruciatu, animi æquitate & lenitate. Si osculo prodatur, coarguit quidem, sed non percutit. Si subito corripitur, ita exprobrat, vt tamen sequatur. Si zelo inflammatus Malchi aurem gladio præcideris, indignè feret, eamque loco suo restituet. Si quis Sindone amictus profugiat, eum conteget. Si ignem Sodomiticum aduersus eos à quibus abduc-

tur

tur p
det.
subl
gnita
gni
sunt,
quid
stant
ipsan
cont
iurias
S.
nobis
dans
niter
5.
subn
in su
hanc
Patre
admi
S
sti pa
lebra
trem
cum
cum

tur poposceris, haudquaquam profunder. Si Latronem ob scelus in crucem sublatum acceperit, eum pro sua benignitate in paradifum introducet. Benigni denique Christi, benigna omnia sunt, itidemque Christi paffiones: quibus quidnam tandem aliud maius ac praestantius daremus, si cum Deus mortem ipsam nostrae salutis causa pertulerit; nos contra, ne leues quidem offensas & iniurias aequalibus nostris remittamus.]

S. Hieronymus ^a [Christus perfectae nobis humilitatis exemplar in se tribuit, dans osculum proditori, & Latronis poenitentiam in patibulo suscipiens.] a epist 75. initio.

5. Affinis est fructui proposito, quem subnecto de thesauris patientiae Christi in sustinendo vase irae. Mellitissimam hanc considerationem, saepe infigunt Patres, tanquam reuera fructu aequae & admirabilitate plenissimam.

S. Cyprianus ^b inter alia quibus Christi patientiam extollit, illud maxime celebrat quod [Iudam potuit vsque ad extremum longa patientia sustinere, cibum cum inimico sumere, hostem domesticum scire, nec palam ostendere, traditoris]

b l. de bono patient.

ris

ris osculum non recusare.] Expressit Ter-
tullianum.^a

*a lib. 3 de
parien. c.*

*b hom. de
anathe-
mat.*

S. Chryostomus ^b [Dominus qui præ-
nouit quid vnusquisque nostrum ele-
git, & qualis futurus est, hoc facit, vt ho-
ninitatem & magnificentiam suam com-
probet. Neque enim propter malos crea-
tionem intermisit, sed etiam illos com-
munibus bonis locupletauit. Quo pacto
igitur tu secus fa cis, qui in Ecclesia cum
aliis accurras, & sacrificium Filij Dei per-
ficis? Nescitis quòd calamum confra-
ctum non contriuit, & linum fumigans
non extinxit? Et quorsum hoc dictum?
Audi. Iudam & eos qui sicut ille excide-
rant, tamdiu non abiicit, quousque sei-
psum quisque, abduetum errori manci-
pauit.] Et ^c alibi [Nec etiam in ipsa cœ-
na, curam eius prætermisit, sed vsque ad
vltimam pene horam qua fuit traditus,
de hac re ille ænigmaticè loquebatur
nihil tamen ille lucrari potuit, nec pro-
pterea Dominus quæ sua sunt facere cœ-
lauit. Hoc igitur probè tenentes, cuncta
libenter ad reuocandos peccatores &
desides faciamus; admonentes, docen-
tes, exhortantes, rogantes, consolantès-
que

*c hom. 81.
in Matth.*

que n
deam
emer
durit
quæ f
rande
nec a
culti
prod
eo di
sequ
cred
lum
crite
6
mih
pit,
mici
dele
blan
Iuda
mea
cult
pace
ab al
lud
exer

que nō cessemus etiā si nihil prodesse videamur. Nam & Christus quanquam in-
emendabilem Iudæ in immisericordia
duritiem ignorabat, non tamen cessauit
quæ sua sunt facere, admonendo, mini-
tando, & quasi miserum lachrymando:
nec aperte vnquam & liquidò, sed vt oc-
cultius, ita illi expressius. In ipso verò
proditionis momento, & osculari se ab
eo dignatus est. Sed nihil hinc ille con-
sequutus est. Tantus certè, tàmque in-
credibilis auaritiæ furor est; hæc enim il-
lum & proditorem nequissimum, & sa-
cilegum nefandissimum fecit.]

6. S. Paulinus egregiè ^a [Meliora a epist. 2.
ad Sene-
rum.
mihi amici vulnera, quæ Christus acce-
pit, vt sanaret me, quàm voluntaria ini-
mici oscula, quibus mihi per illecebras
delectationum suarum caro male suada
blanditur; vt me quasi illo parricidali
Iudæ osculo paratis in captiuitatem
meam prodat inimicis. Quod tamen os-
culum Dominus non idè suscepit, vt
pacem proditoris acciperet, sed vt suam
ab alienato reciperet. Quamquam & il-
lud ad intuemdum perfectæ bonitatis
exemplum tenere salubre sit, vt eo affe-
ctu

tu quo & inimicos diligere iubet, amicum osculum dederit pacis inimico; dilectionem reddens pro odio, qui pro sua dilectione odium recipiebat.]

a l. patien
tia c. 9.

S. Augustinus^a [Hanc patientiam Dominus docuit, quando commotis zizaniorum permixtione seruis, volentibus ea colligere, dixit respondisse patremfamilias, *Sinite utraque crescere usque ad messem.* Oportet enim patienter ferri, quod festinanter non oportet auferri. Huius & ipse patientiæ præbuit & demonstrauit exemplum, quod ante passionem corporis sui, discipulum, priusquam ostenderet traditorem pertulit furem: & ante experimentum vinculorum, & crucis, & mortis, labiis eius dolosis, non negauit osculum pacis.] Idem, explanans Psalmi tertij titulum. [Domini nostri tanta & tam miranda patientia, quod eum tandiu pertulit tanquam bonum, cum eius cogitationes non ignoraret, cum adhibuit ad conuiuium in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis commendauit & tradidit. Quod denique in ipsa traditione, eius osculum accepit, bene intelligitur, pacem Christum exhibuisse

tra

traditori suo: quamuis ille, tam sceleratæ cogitationis interno bello vastaretur.] Rursus ^a alio loco [Si vos Macarius, si ^a in psal. vos Cæcilianus offendit, Christus quid ^{10.} fecit vobis, qui traditorem suum tantâ patientiâ pertulit, vt ei primam Eucharistiam, confectam manibus suis, & ore suo commendatam, sicut cæteris Apostolis traderet?] Item alibi ^b tractans il- ^b in psal. ^{34.} lud, *gratis absconderunt mihi muscipulam corruptionis suæ*; Ita enim ipse legit, quâuis paulò aliter in vulgata habeatur. [Cui absconderunt muscipulam? Qui videbat corda abscondentium, sed tamen erat inter illos ignoranti similis, quasi falleretur, cum illi deciperentur eo ipso quo eum illi falli arbitrabantur. Ideò enim ille tanquam fallebatur inter illos viuens, quia nos inrer tales sic victuri eramus, vt sine dubio falleremur. Ille videbat traditorem suum, & elegit illum magis ad opus necessarium. Illius malo magnum bonum operatus est, & tamen inter duodecim electus est, ne ipse duodenarius tam exiguus numerus, esset sine malo. Hoc ad exemplum nostræ patientiæ, quoniam necesse erat vt inter malos vi-
uere

ueremus. Et quia necesse erat, ut malos, siue scientes, siue nescientes toleraremus, exemplum patientiæ præbuit ne deficias cum cœperis inter malos vivere. Et quia illa schola Christi in duodecim non deficit, quanto magis firmi esse debemus, cum implentur in Ecclesia magna quæ de malorum permixtione prædicta sunt? Neque enim videbat ipsa schola, redditum semini Abraham quod erat promissum, & ipsam aream vnde messis quæ implebit horreum, processura erat. Quare igitur, non cum trituratur in ea dignè palea toleratur, donec vltima ventilatione purgetur?

^a in psalm.
55.

7. Pulcherrimè ^a ad illud *inhabitabunt & abscondent*. Vbi multa præfatus de falsis fratribus quos Iudæ confert, subdit. [Tu ut disceres talem ferre, caput tuum contemplatus es, botrum illum primum, ad quem intrauit homo ut videret, incoluit & abscondit traditor Iudas, &c. Vnde posset tibi exemplum dare nescituro quos deuites malos, quos caueas falsos & fictos, incolentes & abscondentes, nisi ut dicat tibi. Ecce ego mecum habui vnum ipsorum: Præcessit
exent

exe
scie
lati
bi,
accu
est,
te p
runt
lum
Itē
giam
addi
nis, n
enim
nobi
ita su
perfe
satiu
profi
[Vbi
ceter
bunt
socie
mal,
elong
deser
lus ho
To

exemplum toleraui, perferre volui quem sciebam, vt tibi nescienti præberem solatium. Quod mihi fecit, hoc faciet & tibi, vt multum possit, vt multum sæuiat, accusaturus est, falsa crimina dicturus est, vt præualeant falsitates. Nunquid in te præualebunt, & in me non præualuerunt. In me certè præualuerunt; sed cœlum mihi non abstulerunt.]

Itè in Psal. 54. ad illud, *Ecce elongaui fugiens*: post multa in eam sententiam hæc addit. [In omni cōgregatione multitudinis, necesse est vt inueniantur mali. Deus enim qui nouit exercendos nos, miscet nobis & non perseueraturos, aut certè ita simulatos vt nec inchoauerint in quo perseuerare debeant. Nouit enim necessarium esse nobis, vt feramus malos, & proficiat quòd boni sumus.] Et mox. [Vbicunque fugeris, congregabunt se cæteri. Desertum tecum petent, affectabunt vitam tuam, tu repellere non potes societatem fratrum. Miscentur tibi etiam mali, adhuc tibi exercitatio debetur. *Ecce elongaui fugiens & māsī in deserto*. In quo deserto? Si fortè in conscientia quòd nullus hominum intrat, vbi tecum nemo

est, vbi tu & Deus est. Nam si in deserto, in aliquo loco es, quid facies de congregantibus se? Non enim à genere humano separatus esse poteris quandiu in hominibus viuis. Attende potius consolatorem illum, Dominum, & Regem, Imperatorem, & Creatorem nostrum, creatum esse etiam inter nos. Attende quia duodecim suis, miscuit vnum quem pateretur.]

a presb me-
dium.

Optimè in Psalmo contra partem Donati^a [Fœcunda messis Ecclesiæ, quæ per totum orbem crescit, plura debet sustinere? Habet enim Domini exemplum & in Iuda traditore. Hunc inter bonos ferebat, Hunc misit & prædicare. Malus seruus prædicabat, sed Christus erat in fide. Quia qui iudici credebant non curabant de præcone. Quando dedit sanctam cœnam, nec tunc illum exclusit inde; Et posset per illum tradi, etiam si inde exisset ante. Sed nobis exemplum datum est, malos fratres tolerare, vt quando non possunt excludi, solo separentur corde.] Et infra. [Non enim peiores erant illo Iuda traditore, cum quo Apostoli acceperunt primum sacramentum cœnæ, cum

cum
scin
fore
etia
Apo
inbe
gnu
& fa
mal
situr
dor
Pr
tinu
enim
antic
liosè
quã a
sæpè
lus ef

II. C
Op

8.
apud
lerand

cum tanti sceleris reum, inter se iam scirent esse. Nec tamen hos inquinabant fordes in alieno corde.] Tandem ^{a 18. Ciuit. cap. 49.} alio etiam loco. [Elegit discipulos quos & Apostolos nominauit, humiliter natos, inhonoratos, illiteratos, ut quicquid magnum essent & facerent, ipse in eis esset, & faceret. Habuit inter eos vnum quo malo utens bene, & suae passionis dispositum impleret, & Ecclesiae suae tolerandorum malorum praeberet exemplum.]

Profecit ex hac tanta patientia S. Martinus, ut est apud Seuerum. ^{b dialo. 3. sub finem.} Vrgentibus enim discipulis ut discolam Brictionem, antiquum discipulum, a quo contumeliosè acceptus fuerat, exautoraret, nunquam adduci potuit ut hoc praestaret, illud saepe ingeminans, [si Christus Iudam passus est, cur ego non patiar Brictionem?]

II. *Occulta aliorum probra, premenda.*

*Opera, & correctio, nemini dum
viuit, deneganda.*

8. Autor qq. vtriusque Testamenti apud Augustinum, ^{c q. 102.} Christi in Iuda tolerando patientiam suspicit & quod nunc

aggredimur de regendis aliorum culpis illustre documentum, eruit ex ea tolerantia qua Christus Iudam publice innoxium, ad communionem admisit. Proposita enim hac Nouatiani in Catholicam Ecclesiam criminatione, [Cur corpus Domini tradunt eis quos nouerunt peccatores?] Respondet in hunc modum. [Quasi possint ipsi accusatores esse, qui sunt iudices. Si autem accusati fuerunt & manifestati, potuerunt abiici. Nam quis iudex accusantis summa persona? Nam si ipse Dominus Iudam passus est, quem sciebat furem esse, & ea quae mittebantur exportare, nec enim qui accusatus non est abiiecit, hoc exemplo ut oportet ut eum abiicere non liceat, qui publice detectus non fuerit. Nam nec iusto viro competit, aliquem accusare. Vnde Matthaeus, *Ioseph cum esset (inquit) homo iustus, & nollet eam traducere, voluit eam occulte dimittere.* Iudas ergo cum esset inter discipulos, contagione sua non eos maculauit, dissentientes utique a furtis eius; & Eucharistiam inter eos accipiens, non polluit innocentes. Nec Dominus ei quem Latronem sciebat, cor-
pus

pus
Apost
sibi su
auerit
quico
ctum
cum e
tiam
funde
refero
ment
suum.
damn
fur es
fatus,
eande
sed &
deant
fonte
rij Di
plenit
9-
tienti
vlli q
viuit.
sciatur
nequ

pus suum denegabat : quia secundum Apostolum, *Qui indigne sumit, gladium sibi sumit.* Unde nec ab oculis eius se avertit. Peccatores etenim eos polluunt, qui consentiunt malis eorum. Unde dictum est, *videbas furem, & concurrebas cum eos.*] Expendit in eandem sententiam iussum Apostoli ^a vt publicè suffereretur qui publicè peccarat. Quod refero ex huius ipsius scriptoris commentario in eum locum apud Ambrosium. [Iudicis non est sine accusatore damnare, quia & Dominus Iudam cum fur esset, sciebat. Sed quia non est accusatus, minimè abiicit.] Vides non modò eandem utrobique dubij enodationem, sed & eadem propè verba. Vt planè videantur hæc tam gemina, de eodem fonte manasse, & vtrumque opus Hilarij Diaconi esse, quam suspicionem alibi plenius firmaui.

9. Alium fructum ex eadem patientia collegit S. Chrysostronus ^a negās vlli quantumuis impio negandam, dum vivit, correctionem; etiamsi periturus sciatur. [Non oportet (inquit) desistere neque curam abiicere; etiam si certò

^b homil. 1.
de Laz. ar.

præsciamus futurum , vt post multam sollicitudinem multamque adhibitam admonitionem , nihilo plus simul profecturi. Quòd si hæc oratio videtur incredibile, ex factis dictisque Christi, reddemus eam credibilem. Nam nos quidem ignari sumus futurorum : vnde nec diu dicare possumus de iis qui audiunt, vtrum optemperaturi sint dictis nostris, an secus. Christus autem istarum rerum certam habens præscientiam, non defatigatus est corrigendis iis à quibus audiebatur, vsque ad extremum. Itaque quum sciret Iudam non esse reuocandum à prodicione, non tamen cessauit assiduis consiliis, monitis, beneficiis, minis, demum omni doctrinæ specie, à prodicione retrahere: nec destitit illum dictis ceu freno cohibere. Hoc autem fecit, nos instituens, vt etiam si præsciamus futurum vt fratres non obtemperent, tamen quicquid in nostra fuerit facultate præstemus, tanquam parata nobis admonitionis nostræ mercede. [Subdit longam expansionem curæ quam Christus adhibuit in sanando proditore. Tum concludit.] Attamen cum Christus tam multa
tum

tum fe
hilo fa
esset p
veco
præsci
que ac
tem.
omnia
ac per
glecto
monit
si Do
futura
dine
erat ex
digni
nobis
rimus
atque
rentes

io.
tam n
sapien

tum fecisset, tum dixisset, ille tamen nihil factus est melior: non quòd parum esset potens qui monebat, sed quòd ille vecors. Christus autem cum hæc omnia præsciret, non desit tamen ab initio usque ad finem, suam exhibere benignitatem. Sic igitur & nos, etiamsi sciamus omnia, debemus tamen infatigabiliter ac per omne tempus, fratres nostros neglectos componere, etiamsi nihil ex admonitione fructus sit redditurum. Etenim si Dominus qui prænouerat huiusmodi futurum euentum, hac usus est sollicitudine erga eum qui nihil fructus laturus erat ex admonitione; qua tandem venia digni fuerimus nos; si quum incertus sit nobis rerum euentus, adeò socordes fuerimus circa proximi salutem, post vnam atque alteram admonitionem eos deserentes?]

*III. Deus malitia impij,
optimè vsus.*

10. Diu toleratam & frustra curatam nec sanatam Iudæ nequitiam, Dei sapientia vertit in bonum. S. Augustinus

*a tract 27.
in Iean.*

tractans illud, *Nonne ego vos duodecim ele-
gi?* egregiè hoc aperit verbis illis. [Ait
Dominus IESVS, *nonne ego vos duodecim
elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Ego
vndecim elegi, diceret. An eligitur dia-
bolus, & in electis est diabolus? Electi in
laude solent dici. An electus est iste de
quo nolente & nesciente magnum ali-
quid boni fieret? Hoc est proprium Dei,
contrarium iniquis. Sicut enim iniqui
malè vtuntur bonis operibus Dei; sic
contra Deus benè vtitur malis operibus
iniquorum. Quàm bonum est membra
corporis ita esse, quemadmodum dispo-
ni non possunt nisi ab artifice Deo. Petu-
lantia tamè malè vtitur oculis? Fallacia
quàm malè vtitur lingua? Falsus
testis nonne linguam suam & animam
suam priùs trucidat, & alterum lædere se
perèpto conatur? Malè vtitur lingua, nec
ideò malū est lingua. Opus est Dei lin-
gua sed bono opere Dei, malè vtitur illa
nequitia. Quomodò vtuntur qui pedibus
currunt ad scelera, quomodò vtuntur
manibus homicidæ, & illis adiacentibus
forinsecus bonis creaturis Dei? Quàm
malè vtuntur mali auro? Iudicia corrup-
punt

punt, i
mali m
ipsam l
rium
enim v
sibi val
dit & c
iam in
bonis I
gum su
homin
Et quis
Quand
nemo b
go ille
lis nost
adhære
loculi i
pauper
nescio.
perdidi
tuus, q
micus p
lum Iud
Domin
ret nos.
conuer
Iud, scie

punt, innocentes opprimunt. Luce ista mali malè vtuntur. Malè viuendo, etiam ipsam lucem quam vident, ad ministerium scelerum suorum vsurpant. Iens enim vt faciat aliquid mali, malus lucere sibi vult ne offendat, qui iam intus offendit & cecidit. Quod timet in corpore, iam incurrit in corde. Omnibus ergo bonis Dei, ne per singula currere longum sit, malè vtitur malus. Contra malis hominum malorum, benè vtitur bonus. Et quis tam bonus quàm vnus Deus: Quandoquidem ipse Dominus dixit: nemo bonus nisi vnus Deus? Quanto ergo ille melior, tanto meliùs vtitur & malis nostris. Quid Iuda peius? Inter omnes adherentes magistro, inter duodecim, loculi illi commissi sunt, & dispensatio pauperum distributa. Ingratus tanto beneficio, honori tanto, accepit pecuniam, perdidit iustitiam; tradidit vitam mortuus, quem vt discipulus secutus, vt inimicus persecutus est: Et totum hoc malum Iudæ. Sed malo eius benè vsus est Dominus. Tradi se pertulit, vt redimeret nos. Ecee malum Iudæ, in bonum conuersum est.] Videndus etiam ^a ad illud. *sciens quia omnia.*

a ser 110.
de diuers.
cap. 5.

Idem ^a alibi. [Malus erat Antiochus, sed Deus bene vsus est illo, quia malus esse non potest. Sicut enim mali homines male vtuntur creaturis bonis, sic Creator bonus; bene vtitur hominibus malis. Nouit quod tamen agat qui creauit totum genus humanum Aurifex portat, appendit, aurifex librat. Pictor nouit vbi ponat nigrum colorem vt sit decora pictura: & Deus nescit vbi ponat peccatorem, vt sit ordinata creatura. Nisi Deus antiquioribus seculis seruaret sua patientia peccatores, vnde nascerentur hodie tot fideles? Alij mali seruantur, vt boni inde nascantur. Boni gratia Dei, nam tota damnata est massa peccati. Quid diabolo nequius? Et de illius nequitia quanta bona fecit Deus? Non funderetur pro salute nostra sanguis Redemptoris, nisi per nequitiam desertoris. Lege Euangelium, & vide quid ibi scriptum est: *Immisit diabolus in cor Iudæ vt traderet Christum.* Malus diabolus, malus Iudas. Qualis organarius, tale organum. Vsus est ergo male diabolus vase suo. Vsus est ambobus Dominus bene. Conati sunt ergo ad nostram perniciem.

Deus

Deus
fram
& dan
natur
tur. T
& dan
laudat
stum, c
lis aud
lium?
vt reco
rem d
non pep
illum. E
lexit
iam vic
rem, I
vtrum
creator
enim b
est, no
ait Iud
genus
tia, in
est Iud
lo Deu
est in h

Deus hoc vertere dignatus est ad nostram salutem. Tradidit Iudas Christum, & damnatus est Iudas: tradidit & damnatur. Tradidit Filium Pater & glorificatur. Tradidit inquam Iudas Magistrum & damnatur. Tradidit seipse Filius, & laudatur. Quomodo Iudas tradidit Christum, omnes nouimus. Expectatis fortassis audire, quomodo Pater tradidit Filium? Et hoc nostis. Sed commemorabo ut recordemini. Audi Apostolum dicentem de Deo Patre. *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Audi & de Filio. *Qui me, inquit, dilexit & tradidit semetipsum pro me.* Duos iam uide traditores; Patrem Filij traditorem, Filium sui ipsius traditorem: sed utrumque Saluatorem; quia utrumque creatorem. Iudas ergo quid fecit? Quid enim boni fecit? Bonum de illo factum est, non ipse bonum fecit. Neque enim ait Iudas: Tradam Christum ut liberetur genus humanum. In Iuda tradidit auaritia, in Deo misericordia: Non redditum est Iudæ nisi quod fecit, non quod de illo Deus fecit. Quare ista diximus? quia est in hoc seculo impio locus; & prorsus nouit

nouit Dominus qui sunt eius : & nouit quid pro ipsis faciat , de illis qui non sunt eius.]

a conc. i. in
psal. 36.

Et alibi^a ad illud, *Queres locum eius.*
[Quid est locum eius? Vsum eius. Habet enim aliquem vsum peccator? Habet. hic vtitur illo Deus ad probandum iustum, quomodo vsus est diabolo ad probandum Iob: quomodo vsus est Iuda, ad tradendum Christum. Est ergo in hac vita quid agatur de peccatore. Hic est ergo locus eius. Quomodo est in fornace aurificis, locus paleæ. Ardet palea vt aurum purgetur. Sic sc̄uit impius, vt iustus probetur. Sed cū transierit tempus probationis nostræ, quando non erunt qui probentur, non erunt per quos probentur. Nunquid quia diximus nō erunt qui probentur, non erunt ipsi? Sed quia iam non opus erit peccatoribus per quos iusti probentur, & *queres locum eius & non inuenies.* Modò quære locum peccatoris, inuenies. De peccatore fecit Deus flagellum. Dedit ei & honorem, dedit ei & potestatem. Aliquando enim facit hoc: dat peccatori potestatem, flagellantur inde res humanæ, emendantur inde

inde p
debetu
de pro
Ruri
rat exē
tis, op
& eius
nobis p
fione
bis. Q
tamen
Domi
go? B
est de
est inie
Illi vol
tes esse
sent.
iustum
quia n
micid
enim i
cogita
Discu
quid p
potuif
reman

inde pij, peccatori illi hoc redditur quod debetur. Et tamen factum est de illo, vnde proficiat pius, vnde deficiat impius.]

Rurfus in Psal 61.^a [Eia fratres, opus erat exēplo patientiæ, exemplo humilitatis, opus erat signo crucis ad diabolum & eius Angelos debellandos, opus erat nobis passione Domini nostri. Nam passione Domini nostri redemptus est orbis. Quanta bona egit passio Domini? Et tamen passio huius iusti, non esset, nisi Dominum iniqui occidissent. Quid ergo? Bonum hoc quod nobis præstitum est de Dominica passione, imputandum est iniquis interfectoꝝ Christi? Absit. Illi voluerunt: Deus permisit. Illi nocentes essent, etiamsi tantummodò voluissent. Deus autem non permisisset, nisi iustum esset. Voluerunt occidere. Pone quia non potuerunt. Iniqui essent; Homicidæ essent: quis dubitaret? Dominus enim interrogat iustum & impium, & in cogitationibus impij interrogatio erit. Discutit Deus quid quisque voluerit nõ quid potuerit. Ergo si voluissent, & non potuissent, & non occidissent, iniqui illi remanerent: tibi Christi passio non præstare

*a in fine
expositio-
nis.*

staretur. Voluit ergo facere impius ut
 damnaretur. Permissus est, ut tibi præ-
 staretur. Quod voluit imputatur iniqui-
 tati impij: quod permissum est, imputa-
 tur potestati Dei. Ille ergo iniquè voluit,
 Deus iuste permisit. Itaque fratres mei,
 & Iudas malignus traditor Christi, &
 persecutores Christi, maligni omnes, im-
 pij omnes, iniqui omnes, dānandi omnes.
 Et tamē Pater Filio proprio suo non pe-
 percit, sed pro nobis omnibus tradidit il-
 lum. Dispone si potes, distingue si potes,
 redde Deo vota tua quæ distinxerunt
 labia tua. Vide quid tibi fecerit iniquus,
 quid iustus. Ille voluit, iste permisit. Vo-
 luntas iniusta damnetur, permissio iusta
 glorificetur. Quid enim mali accidit
 Christo, quia mortuus est Christus? Et illi
 mali sunt qui mala facere voluerunt, &
 nihil mali passus est cui fecerunt. Occisa
 est caro mortalis interficiens mortem,
 morte præbens patientiæ documentum,
 præmittens resurrectionis exemplum.
 Quanta bona facta sunt iusti, de malo in-
 iusti? Hoc est magnum Dei, quia & bo-
 num quod facis ipse tibi dedit, & de ma-
 lo tuo, ipse benè facit.]

Syne

II.
 xrum
 bat tua
 merita
 defensi
 bat eni
 cem to
 tebat q
 quem r
 si non es
 dem vi
 spendi
 videri
 compre
 animus
 tori Ch
 tuta. N
 acciden
 modum

De
 vsu in b
 deo F

IV. P.

ca.

Quo

II. Synesius, ^a [Non quoniam *aepist. 57.*
 arumnis conflictari ciuitatem oportebat tua est verò id opera perfectum, ideo meritas pœnas effugies. Alioqui eadem defensione, & Iudas vti poterat. Oportebat enim pro peccatis omnium, in crucem tolli Christum Dominum: sed oportebat quidem (inquit.) *Va autem ei per quem istud fit: Et. Bonum esset huic homini si non esset natus.* Quamobrem quod quidem videri poterat, prodicionē illius suspendium est consecutum. Quod autem videri non potest, nemo cogitatione comprehendere possit. Neque enim id animus hominum capere potest, proditori Christi quanta sint supplicia constituta. Nam illud fato ac necessitati pro vt accidere oportebat ministrare, non admodum scitæ excusationis est.]

De hoc per Deum bonum malitiæ vsu in bonum, videndus insuper, qui latè de eo Honorius Augustodunensis. ^a

a sub finem dialog. de predestinatione.

IV. Parum est vocatum esse, nisi vocatio per bona opera, certa fiat.

Quod Hieronymus Paulinum monebat

a epist. 13. bat; ^a non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis benè vixisse laudabile esse; hoc de sublimi statu ad quem Dei beneficio quis euehitur, latè confirmat Eucherius, ^b & proposito Iudæ exemplo contestantur Patres.

*o hom. 4.
ad monac.*

*c tract.
quod nemo
laditi nisi
à seipso.*

12. S. Chrysostronus ^c opponens Paulo Iudam, & ostendens quantoperè desidi animo, & vocatio, & status eminentis ac opportunus ad sanctitatem noceat nisi torpor excutiat, & fructus statu ac vocatione digni progerminent, ita scribit. [E contra Iudas, vnus fuit & ipse de duodecim, & vocatus Apostolus Christi. Sed neque quòd vnus ex duodecim fuit, neque quòd vocatus Apostolus dictus est, prodesse ei quicquam potuit, non habenti animum virtutibus deditum. Sed Paulus quidem cum penuria & plagis, cucurrit cursum qui ducit ad cœlum. Ille verò cum & prior vocatus esset in Apostolatam, & simili cum cæteris gratia donatus, cœlestemque edoctus esset philosophiam, & sacræ Christi mensæ, venerandique sacramenti particeps extitisset; habuisset etiam donum Spiritus sancti, ita vt mortuos suscitaret,

&

& lep
ret,
rium
rens
bono
tio, q
laten
fur:)
meliu
que p
Ide
eund
optau
vnà c
quidd
disper
steaqu
tra qu
prædic
pecun
ctè eas
punita
simum
supplic
que e
ficabu
das, qu
Tom

& leproſos curaret, ac dæmones effugaret, cùm de contemptu rerum ſecularium frequenter fuiſſet edoctus, adhærens lateribus Chriſti, atque ingentium bonorum ſibi eſſet comiſſa diſpenſatio, quò ſcilicet auaritiæ, per horũ uſum latens in eo vitium ſanaretur, (erat enim fur:) tamen nec ſic quidem proficere in melius potuit: cùm erga eum tot tantifque prouiſionibus Dominus utereret.]

Idem alibi ^a [Iudam DEVS elegit, eundemque in ſacroſanctum illud co-
optauit collegium, dignitate Apoſtolica ^{a l. 4 de Sacerd.} vnà cum aliis ornatum, cui etiam maius quiddam quàm aliis dedit, pecuniarum diſpenſationem. Quid igitur? Num poſtea quàm duabus illis prærogatiuis contra quàm debuit uſus eſt, tum eo quem prædicandum ſuſceperat prodito, tum pecuniis (illi hoc nomine creditis ut re-
tè eas adminiſtraret) malè impenſis, impunitate donatus abiit? Certè hoc potifſimum nomine, grauius ſibi accerſiuit ſupplicium: idque per quàm meritò. Neque enim prærogatiuis à Deo acceptis ſic abuti decet, ut per eas Deum offendas, quin imò ut magis ac magis Deo ac-

ceptus fias. Cæterùm qui hoc nomine quòd alios aliquo honore excellat, pro delictis pœnam commiserentibus, veniã dignum se esse censet; perinde facit, vt si quis ex infidelibus Iudæis Christum audiens, sic loquentem: *Nisi venissem, eisque loquutus fuissẽm peccatum non haberent*; ipsum Seruatorem optimè de humano genere meritum; his verbis increpet, infimuletque: Tu verò cur venisti, ac loquutus es? Cur & signa fecisti, vt grauioribus in nos suppliciis animaduertes? At verò demētix ac summx aded̄ insanix verba hæc: neque enim medicus vt te magis condemnaret, curatum accessit, sed vt prorsus à morbo liberaret. Te autem vltro ipse ab illius manibus sum mouisti. Igitur & grauius supplicium sustineto: nam quemadmodum si curationi paruisses, futurum erat vt à pristinis morbis peccatisque liberareris; sic quandoquidẽ medicum quem præsentem habuisti, auersatus es, iam non peccata illa abstergere potes. Quòd autem id nequaquam possis, propterea horum certè pœnas dabis. Idque eò magis, quòd medicus, quod quidẽ ad te spectat, studium

dium
bus d
mune
gnita
iis qu
gimur
lic pl
accep
grauit
Ru
loco.
Sacer
neres.
das A
tamen
eius v
quam
suam
facile
ipsum
& cor
calam
Propt
sunt, v
Ali
prude
non m

dium operamque suam perdiderit. Quibus de causis efficitur, ut ne pares communisque pœnæ ex sint, quas ante dignitatem à Deo acceptam damus, cum iis quas dignitate iam accepta, luere cogimur. Hic enim longè grauius, quàm illic plectimur. Etenim quem beneficia accepta meliorem non reddunt, is certè grauius supplicium commeretur.]

Rursus in eandem sententiam, alio loco. ^a [Etiam si innumeros corruptos Sacerdotes in tui excusationem proponeres, nihil id tibi profuerit. Nam & Iudas Apostolis connumeratus est. Veruntamen nihil hoc sacrilegia & auaritiam eius vnquam excusauit. Neque quisquam accusatus, poterit in purgationem suam afferre, Apostolum furem fuisse, & sacrilegum, & proditorem. Sed hoc ipsum maiorem in modum nos puniet & condemnabit, quod neque aliorum calamitatibus facti sumus sapientiores. Propterea namque illa literis mandata sunt, ut eorum fugiamus cupiditatem.]

*a hom. 21.
in 1. Cor.*

Alio item loco ^b [Contingit ut anima prudens si videt aliquid quo sibi opus, non multis ad hoc egeat adiumentis. Im-

*b in demost. quod
christus
sit Deus.*

prudens autem & stupida, & quæ multis antea languet affectionibus, cæcutiens maneat, etiam quâticumque illi contingant manductores. Vide ut hoc semper & vbiq̃ue euenit; non in hoc argumento dumtaxat. Nam quot sunt qui nullis vquam auditis legibus, honestè ac legitime vixerunt, cum interim quidam à puericia enutriti legibus vsque ad senectam, nunquam trãsgredi illas cessarunt? Hæc & apud vetetes contigerunt. Nam Iudæi licet signa & plurima miracula haberet, nunquam tamen per ea meliores euasere. Niniuitæ vna tantum voce audita, vitam mutarunt à peccatis liberati. Hoc etiam videre licet, non in nobilibus tantum viris: Nam Iudas quanta doctrina admonitus factus est proditor: Latro autem qua admonitione inciratus, in cruce Christum confessus est, & eius regnum prædicauit? De rebus igitur, non à peruersis consilia quære, sed à rerum veritate calculum iustum affer apud rectè volentes.]

*a hom. 83.
in Matth.*

Alibi conferens ^a Petrum cum Iuda, & agens de compressa Petri elatione, quam ut subigeret Deus, lapsum eius per

per
dog
lo m
auxi
hil l
nio,
alter
mat
larg
atten
secu
fuer
stare
ter r
ira D
mier
si vig
effici
resup
non
corru
mifit
remo
est, o
T
oport
pone

permisit, ita scribit. [Magnum profectò dogma hinc discimus; quia videlicet nullo modo hominis voluntas sufficit, nisi auxilio superiori roboretur. Et quia nihil lucrari poterimus superiori patrocínio, si voluntas nostra repugnat: quorum alterum Petrus alterum Iudas confirmat: Hic enim etsi præsidium Christi largum habuerit, tamen quoniam noluit attendere, nullam inde vtilitatem consecutus est. Ille verò etsi benè animatus fuerat, diuino tamen subtracto auxilio, stare non potuit. Quas ob res vehementer rogo atque obsecro, ne velitis cuncta ita Deo attribuere, vt oscitandum dormiendúmque vobis putetis. Nec rursus si vigilatis, laboribus rem vestris aliquam effici arbitremini. Nam nec desides ac resupinos iacere nos Deus vult, ac ideò non nihil à nobis petit; nec arrogantia corrumpi: ac ideò totum nobis nō commisit. Ita ex vtraque parte incommodo remoto, quod nobis vtile ac necessarium est, operatur.]

Tandem expendens dictum Pauli, oportet hereses esse, Iobum & Iudam opponens [Ille quidem (inquit) nihil incom-

modi à diabolo accepit. Iudæ autem, quia negligēs erat ac deses, neque Christi consuetudo profuit. Nam post tot consilia, póstque plurimas illas admonitiones, mansit qualis erat, proditor. Causa autem est, quia Deus non adigit vi, neque cogit inuitos. Itaque nec nos, sicut neque Iob, modò prudentes simus, nocere peterit diabolus. At si sobrij prudentesque fuerimus, sed ignaui etiam illa quæ prodesse possent, non proderunt, summamque interim faciemus iacturam. Tantum malum est ignaui. Quocirca Iudæis præsentia Christi non solum non profuit, sed & nocuit: non ob Christum, sed ob suam ipsorum malitiam, & stuporem: & de hoc audi Christum dicentem: *Nisi venissem, ait, & locutus fuisssem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem peccati sui non habent.* Vides quomodo illos præsentia Christi, etiam venia facit indignos, & excusationis effugium tollit: Tantum mali est, non attendere sibi ipsi, neque quæ sua sunt, sicut par est, regere.]

*a apud Anast. q. 3.
in scripta.*

13. S. Maximus ^a [Non est labor iusti, vanus, nec reprehensione carēt mores
pecca

peccatoris cum in vtrisque facta fuerit mutatio. Qualem enim te inuenero, talem te iudicabo, inquit Deus, ubi enim sunt magni Mosis tot labores? Aut quod rediit contradictio quæ circumscripsit introitum in terram promissionis? Vbi autem est etiam ingenium & sapientia Salomonis? Et quæ est utilitas magnæ illius prudentiæ, & eius quæ præcessit Dei intelligentiæ; cum ex infano amore mulierum, postea ceciderit in insanum cultum idolorum? Vbi est autem etiam Giezi conuersio ad Elifæum, qui propter auaritiam ad se attraxit lepram? Quid autem Iudæ quoque profuit tanta Christi doctrina, & tam multa quæ fecit Christus miracula; cum laqueo postea vitam finierit? Quamobrem non is qui benè incipit & malè profequitur, est perfectus: sed qui rectè incipit, ac recondit, is est iustus apud Deum.]

S. Asterius, ^a demonstrans paupertatem esse ad multa flagitia viaticum si sola sit, nec aliæ ei virtutes adiungantur, professam Iudæ ex instituto paupertatem allegat. [Quis Iscariothe Iuda pau-

*a hom. de
diuino &
Lazaro.*

perior? Neque tamen vel minimum ad salutem ei profuit egestas: Verum cum & vndecim pauperibus ac philosophis, & ipsi Christo Domino, qui voluntariam causâ nostrâ paupertatem susceperat, contubernio iunctus esset, nimia cupiditate & avaritia abreptus, proditoris scelus molitus est.]

a initio
Exat to-
mo v. tie-
rem.

14. Autor epistolæ de scientia diuinæ legis, ^a multus est in demonstrando, Iudæ exemplo, vocationi adiungendam esse institutionem vitæ consentaneam, & parum esse vocari, nisi vocationi pareatur. Sed quia hic autor Pelagianus audit, eum prætereo.

b l. 3. de
Spiritu
sancto.

S. Ambrosius ^b [Et si multi se nomen Christianos, nomen vsurpant, non omnes mercedem habent. Et Caïn obtulit sacrificium, & Iudas accepit osculum, sed audiuit: *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Hoc est amoris pignore scelus implex, & pacis instrumento odia seris, & charitatis officio mortem irrogas? ergo nec Arriani sibi vsurpato nomine blandiantur, quia Christianos se esse dicunt. Respondebit eis Dominus: Nomen meum præterditis, & substantiam dene-
gatis

gatis.
vbi no
S.B.
qui au
varias
hanc f
cipum
quibus
eorum
quibus
pes era
stulisse
& à Iu
prius n
bus ali
rectum
ges ter
militar
Quant
tanto
tiam in
Non
vocati
excuse
ipso Ch
men pe
vsus. I

gatis. Sed non agnosco nomen meum, ubi non est mea sempiterna diuinitas.]

S. Bruno, ^a tractans illud, *terribili & ei* a in psal. 75. qui aufert spiritum principum, post allatas varias alias morales interpretationes, hanc subiicit. [Qui aufert spiritum principum, id est spiritum rectum aufert, à quibusdam principibus propter aliquorum mala merita; à fidelibus scilicet quibusdam, qui priùs sui ipsorum principes erant: sicut legitur à Salomone abstulisse, quoniam idolis caput inclinauit: & à Iuda quoniam eum tradidit; qui priùs miracula fecisse legitur, & à pluribus aliis. Et quia à principibus spiritum rectum aufert terribilis existit, apud Reges terræ, timentes ne si ceciderint, similiter eis spiritum rectum auferat. Quanto verò eum terribiliorem indicat, tanto magis auditores ad eius obedientiam inuitat.]

Non est ergo quod quis, statum & vocationem qua à Deo vocatus est, vel excuset, vel efferat. Iudas de Ecclesia, & ipso Christi domestico cœtu fuit, & tamen periit quia tanto bono segniter est vsus. Porro diligentem conuulsionem

al. 7. pa.
ren. c. 21.

erroris, quo impij aut reprobj negantur esse de Ecclesia, suppeditabit Mich. Med. ^a ex Iudæ exemplo latè argumens. Fuit enim Iudas semper reprobus, & diu impius; etiamsi adhuc esset Christi affecla, & verè membrum Ecclesiæ; In eo autem impegit, quòd vocationem suam per bona opera non fecit certam.

V. *Cauendum minutiis culparum, quæ ad Iudæ exitium viam præstruxerunt*

b l. 2. de
erudit. in-
ter hom.
c. 26.

c hom 4. in
Cant.

d in c. 4.
ad Ephes.

15. Nemo repente malus, multo minus pessimus. Et primùm rore respurguntur, qui postmodum planè perfunduntur malitiæ flumine vt disputat Richardus Victorinus. ^b Itaque Iudam, in barathrum nequitiae præcipitavit neglecta minimorum cautio. Immisit ei primùm Satanas, ait Origenes, ^c motus leuiter malos. Hæ erant vulpes paruulæ, quas cum capere negligeret, demolitæ sunt eius vineas S. Hieronymus non ab- similiter ^d tractans illud, *nolite locum dare diabolo*, ita monet. [Diabolus tanquam Leo rugiens, quærit aditum per quem possit irrumperè. Quomodo enim Pater &

& Fili
intro
ceper
est pa
derim
quam
re; &
cogita
stro su
& cre
lem su
intra
prima
torem
non f
pater
Satan
tendi
cum i
iam a
Salua
testat
nitate
ne eiu
gnè.]
Ch
planè

& Filius stant ante ostium, & pulsant, vt introeant, & cœnent cum eo qui se receperit: ita & aduersarius semper in nos est paratus irumpere: & cùm locum dederimus, ingreditur. Solet autem antequam veniat, quædam iacula præmittere; & præcursorem aduentus sui facere cogitationem: hanc si nos in corde nostro susceptam nutrierimus intrinsecus, & crescere fecerimus; cùm in nobis prolem suam auctam viderit, & ipse audebit intrare. Denique in Iudæ Iscarioth cor primam iecit sagittam, vt traderet Saluatorem: quam si exceptam ille miserabilis non fouisset, nunquam post intinctum panem in paropside, intrasset in illum Satanas. Simulque & hoc diligenter attendite, quòd non inuenerit diabolus locum introeundi in Iudam, cuius pectus, iam antè percusserat, nisi in conuiuio Saluatoris. Quia tunc vel maximè in potestatem ei datur; quando nec humanitate, nec clementia, nec mansuetudine eius vincimur, quem odimus indignè.]

Chrysofomus de hac re vniuersa planè insigniter ac potèter de more ^a ad illud,

*a hom. 87^a
in Matth.*

illud, *accipite eum vos*. Ita enim philosophatur, occasione stuporis in quem Iudæorum nequitia à minimis initiis prouecta est, vt cum semel quasi vinolentia vel insano furore oppressa est anima, per frequentationem exilium initio culpæ. operosum planè esse statuatur, resipiscere, & ex neglectu minorum defectuum cum dicitur, *quid est hoc?* aut, *quid est illud?* Leue est, & modicum, certam homini vastitatem inferri dicat. Probat hoc exemplis Saulis, & Caini, qui dum oscitanter repellunt initia malorum, facti sunt insipientibus exemplum inconsultæ improuidentia. Concludit inde S. Chrysostomus, [Repellenda igitur malorum initia sunt. Nam etsi ad maiora, prima non progredierentur peccata: non esset tamen negligendum. Nunc verò per istam incuriam, gradatim semper ascendunt. Quapropter omni studio atque opera, funditus principia peccatorum sunt euertenda. Non enim vim delicti soli consideres, nec quia paruum sit, cogites: sed illud præcipuè tene, quia si radicem non euulseris, magis inde labor succrescet. Mirabile quiddam, atque in-

audi

auditu
nunqu
gna pe
ua &
auerfa
parua
temnu
eorum
citò e
nostra
accide
prodi
putass
pum s
non d
tassent
esse,
fuisse
debis.
impro
tum q
innatu
proiic
paulat
etiam
cum v
eti non

auditum dicere audeo. Solet mihi nonnunquam videri, non tanto studio magna peccata esse euitenda, quanto parua & vilia. Illa enim natura ipsa sponte auersatur; hæc autem, hac ipsa re quia parua sunt, desides reddunt, & dum contemnuntur, non potest ad expulsionem eorum anima generosè insurgere. Vnde citò ex paruis maxima fiunt, negligentia nostra. Hoc ipsum corporibus quoque accidere videbis. Sic in Iuda maximum prodicionis malum concreuit: nisi enim putasset paruum esse, pecuniam inopum surripere, in tantam proteruitatem non deuenisset. Iudæi quoque, nisi putassent inanis gloriæ delictum minimum esse, vsque ad cædem Christi, lapsi non fuissent. Hac via omnia scèlera fieri videbis. Nemo enim repètè ad extremam improbitatem insiliit. Habet quippe insitum quemdam anima pudorem, atque innatum, quem subitò calcare atque proiicere non potest: sed sensim atque paulatim ex negligentia perit, hoc pacto etiam idolorum cultus aditum inuenit; cum vltra quàm oportet, viui ac defuncti nonnulli honorarentur; hoc pacto si-

mula

mulachra & statuae adoratae sunt; hoc pacto denique fornicatio, & caetera vitia dominantur. Consideremus autem si nimium quidam, ac importunè risit, reprehensus à quopiam est; respondet aliis, nihil esse id mali. Quid enim est risus? aut quid vnquam ex risu mali sequetur? Orta tamen ex immoderato risu, paulisper scurrilitas, à scurrilitate turpiloquium, à turpiloquio operatio turpis profecta. Cùm alius proximo ex incuria malediceret, reprehensusque esset, contempserit, dicens nihil esse mali, huiusmodi verbis uti: Sed hinc dissidia & odia nata sunt. Inde inimicitiae capitales, hinc contumeliae: à contumeliis porrò pulsatio, ac inde caedes plerumque secuta est. Sic à minimis ad maxima, gradatim diabolus ducit, & inde ad desperationem detru- dit.]

16. Disputat vniuersè in hanc sententiam insigniter Richardus Victorinus, ^a exponens quomodò statua primùm aurea tandem testea, sit comminuta. Mihi colligendum quid S. Augustino ^b [Sunt leuia peccata & minuta quae deuitari omnino non possunt, quae quidem

^a lib. 1. de
erudit. in
ter hom. c.

23.

^b serm. de
vocatione
Apostoli
Pauli.

dem v
premu
nutissi
onera
rentur
alique
nimia
tos int
ex mu
vno m
autem
plerun
ciem i
superb
ergo c
tamen
aceru
est De
quibus
modò
quae in
sic est
dus, in
potest
mas c
adhibe
tam co

dem videntur minora, sed multitudine premunt. Nam & aceruus frumenti minutissimis granis colligitur, & tamen onerantur inde naues: Et si amplius onerentur, demerguntur. In flumen deiicis aliquem & occidis. Sed & si pluuia si sit nimia, minutissimis guttis, tamen multos interficit. Illud vno ictu peremit, illa ex multitudine extinguit. Magnæ bestię vno morſu occidunt hominem, minutæ autem cū fuerint multæ congregatæ, plerumque interimunt, & talem perniciem inferunt, vt pœnis huiusmodi gens superba Pharaonis iudicari meruerit. Sic ergo quamuis minuta sint ista peccata, tamen quia multa sunt, vt congregata aceruum faciant, quo te premant; bonus est Deus, qui etiam ipsa dimittit, sine quibus non potest ista vita duci. Quomodò autem dimittit, si tu non dimittas, quæ in te committuntur? Sententia ista sic est in corde hominis, quomodò cadus, inde sentinatur naus in pelago. Nō potest enim nisi aquas admittere perrimas compaginis suæ. Paulatim tamen adhibeto tenuem liquorem, facit multam collectionem, ita vt si non exhauria

riatur, nauim opprimat. Sic & in ista vita habemus quaedam mortalitatis fragilitatisque rimulas per quas intrat peccatum, de fluctibus huius sæculi. Arripiamus tanquam situlam istam sentinam, vt sentinemus, ne demergamur.]

VI. Declinandus nimius amor extremorum, prima Iudæ mali labes.

a hom. 20. 17. Valerianus Cemeliensis ^a scriptor facundus iuxta ac pius, latè versans oraculum Apostoli, radicem omnium malorum esse cupiditatem, tanquam verticem malorum ad quæ prouehitur, profert Domini prodicionem, à Iudæ patratam per cupiditatem.

b serm. 29. Chrysologus ^b cùm monstrasset, auri cupiditate venditum à Patriarchis Iosephum; auri item amore insanum populum ad vitulum pro Deo habendum fatuè inductum, fudit. [Attendite quàm sit pernicies ista fugienda, quæ cùm mores hominum, honestatem, vitamque perdidit, ipsum quoque Deum voluit homini, & contendit auferre. Hoc est quod Iudam fecit esse proditorem, vt hominem

nem
man
tore
tio, q
largo
S.
dent
fruct
quan
nium
lum p
titur
audi
vilis
cupid
tuit. N
vestig
taculu
vener
laque
trigin
ret &
18.
cupid
gistr
huius
anima
Tom

nem cogeret Deum negare, videri germanum sui sanguinis, distrahere conditorem, & ipsi sanguinem taxare pretio, quem sponte Dominus erat nostrum largiturus in pretium.]

S. Leo ^a [Videte dilectissimi & prudenter inspicite, quæ germina & quales fructus de auaritiæ stirpe nascantur, quam merito Apostolus radicem omnium malorum esse definiuit; quia nullum peccatum sine cupiditate committitur, & omnis illicitus appetitus istius auaritatis est morbus. Amori pecuniæ, vilis est omnis affectio, & anima lucri cupida, etiam pro exiguo, perire non metuit. Nullumque est in illo corde iustitiæ vestigium, in quo sibi auaritia fecit habitaculum. Hoc perfidus Iudas inebriatus veneno, dum fecit lucrum, peruenit ad laqueum: Et tam stultè impius fuit, ut triginta argenteis & Dominum venderet & magistrum.]

18. Chrysostomus ^b [Cuncta mala, cupiditas procreauit. Hac affectus, Magistrum tradidit Iudas. Nam cupiditas, huiusmodi sortita est naturam, captiuas animas retinet & omnibus nodis alliga-

tas adstringit & rerum obliuionem imponit, & alienationem mentis ostendit. Est autem Iudas captus cupiditatis infamia quanta beneficia respuit; conuersationis, mensæ, discipulatus, admonitionis; suasionis oblitus est. Frænis cupiditatis impeditus. Et ideò Paulus, radicem omnium malorum cupiditatem nominat.] Item alibi potētissimè^a [quod emolumentum fuerit, quis profectus, quæ utilitas, cognoscere quòd vnus ex duodecim Christum prodidit? Multum profuerit: Quando enim cognouerimus, vnde ille in perniciosum hoc consilium incidit, custodiamur & nos, ne eadem faciamus. Vnde igitur in hoc consilij venit? Ex auaritia, Fur erat, triginta argenteis Dominum tradidit. Ita scilicet ista animi passione inebriatus, vt Dominum orbis pro triginta argenteis proderet. Quid ista insania peius? Nihil illi adequari, nihil par esse poterit. Quem tradidit? Cui comparatæ gentes nihil reputatæ sunt, illum pro triginta argenteis tradidit. Grauis est enim auaritiæ tyrannis, stupidam potens efficere mentem. Non ita ab ebrietate quisquam ac ab auaritia

*a hom. 6 in
ad Philipp.
in mor.*

atton

fo? C
vnu
tibi u
na, m
rum,
nium
& reli
rant?
potes
non a
non c
re. Sæ
turus e
bat. Q
choro
adhuc
decim
que ô
immac
des tue
rabaris
ius ma
rebat.
stia fui
illis tib
non fu

attonitus redditur. Quid enim dic quæ-
 so? Obscurum te & ignotum vocauit, &
 vnum ex duodecim effecit, doctrinam
 tibi impertiuit, promisit innumera bo-
 na, miracula patrare fecit, mensæ, itine-
 rum, conuersationis, conuictus, & om-
 nium eorum particeps factus es, quorum
 & reliqui. An ista te cohibere non pote-
 rant? Cuius gratia tradidisti? Quid queri
 potes ô sceleste? Quid vetò beneficij
 non accepisti? mentem tuam sciebat,
 non cessabat quod suum erat impende-
 re. Sæpè dicebat. *Vnus ex vobis me tradi-
 turus est.* Sæpè pugnabat tibi que parce-
 bat. Quamuis talem te sciret, non tamen
 choro illo eiiciebat. Adhuc te portabat,
 adhuc velut genuinum, & vnum ex duo-
 decim, ita honorabat, ita diligebat, deni-
 que ô animum scelestum, accepto linteo
 immaculatis illis manibus impuros pe-
 des tuos lauit, neque hoc te cohibuit. Fu-
 rabaris quæ pauperum erant & ne in ma-
 ius malum progredereris, etiam hoc fe-
 rebat. Nihil tibi persuasit. Etenim si be-
 stia fuisses, si lapis non fuisses, beneficiis
 illis tibi impensis, non fuisses miraculis
 non fuisses adhortationibus immutatus?

Verum etiam usque adeo efferatum vocauerat, & operibus mirandis, lapidibus stupidiorem ad saniora inducebat. Tu vero nihilo per hanc melior euasisti. Merito tantam proditoris amentiam miramini. Formidate itaque vulnus illius. Per auaritiam talis factus est, per pecuniarum amorem. Excide affectum hunc: Tales enim morbos parit. Impios facit, & efficit ut Deus non agnoscat, etiam si innumeris beneficiis affecti fuerimus. Excide obsecro. Non est ex vulgaribus. Mortes innumeras ac perniciosas parere solet. Videmus Iudae passionem, & affectum. Formidemus ne in eadem incidamus, ipsi quoque. Propterea scripta sunt ne eadem patiamur & nos. Quapropter & omnes Euangelistae ista narrarunt, ut nos refrenarent.]

a hom 146.
in Ioan

Concludo ex eodem alibi. ^a [His igitur admonitionibus & sobrijs esse, & vigilare contedamus. Nam si is qui in sanctum illum chorum connumeratus erat, qui tantum donum consecutus, quisi-gna fecerat, (etenim in Iudas cum alijs ad suscitandos mortuos, & mundandam lepram mittebatur) ex quo grauissimo auari

auar
que
sti d
tio p
locu
hac
mea
Iuda
qui p
gran
fert.

VII.

co

qu

su

19.

Chri
stantu
Quod
sit vsq
saltem
ad suu
Mone
haben

anaritiæ morbo captus est, nihil ei neque beneficia, neque dona, neque Christi consuetudo, non obsequium, non locutio pedum, non mensæ participatio, non loculorum custodia profuit: sed omnia hæc aditus ei ad supplicium fuerunt; Timeamus & nos nequando per auaritiam Iudam imitemur.] Legesit Ambrosium, ^a *lib de Tobia cap: 4.* qui pecuniæ addictum & auaritia flagrantem sceneratorem, cum Iuda confert.

VII. *Temperandus amor propinquorum, eos cupiditatis Iudæ; & sacrilega quæcunque Christi bonorum erogatio, studiosè vitanda.*

19. Effudisse in suos Iudam quæ Christo furabatur, graues Doctores testantur ut ^b suo loco supra obseruauimus. ^{b cap. 1. ad finem.} Quod si id minùs placeat, eo quod non sit vsquequaque certum; at fatendum saltem erit, proditorem ea bona furatum ad suum commodum & oblectationem. Monendi ergo qui Ecclesiastica bona habent concredita, ne similes hac in par-

a hom. 14.
in Cant.

te Iudæ euadant. Monet hoc grauiffimè Gregorius Nyffenus ^a agens de sponfi manibus, cuiusmodi ait fuisse Iudam, & nunc esse qui bona Ecclesiarum temporalia administrant. Locum, ex parte infra adscribam.

b l. de mor.
c. 7. in fine.

Astipulatur Guliel. Paris. ^a [Si auaritia Iudæ proditoris & furtum, imò sacrilegium, quo ea quæ mittebantur, in oculis asportabat, cum ea fideliter egenis distribuere deberet, vxorique eius & filiis ea dabat: quâto magis sacrilega impietas Clericorû sæcularium & regulariû damanda est, cùm huiusmodi bona meretricibus, & histrionibus dare non verentur, & in omnes execrabiles turpitudines, & in omnes Dei contumelias expendere non formidant? Præcepit siquidem Dominus, vt sanctificata sibi, & oblata, comederent in loco sancto, sicut legitur Leuit. 10. Execrabilis ergo abusio, dona quibus Deus honoratur, & quæ ob honorem eius Ecclesiæ oblata sunt, in tantas, tamque impias ipsius contumelias detorquere.] Idem alibi ^c fures & latrones, atque adeò Iudæ germanos, vocat eos qui sanguinem Christi, id est bona

c l. de viy
tit. c. 11.

Eccle

Eccle
ex Ch
cat au
nem
Reder
acquit
Sacer
trimon
tur, &
sanctif
Propt
monib
di rub
distilla
ginum
primu
tanto
mè in
tùm su
lenter
mend
luptat
re in
volup
dorib
etorun
deliur

Ecclesiastica, aliò conferunt, quam quò ex Christi mente sunt impendenda. Vocat autem bona Ecclesiastica, sanguinem Christi. [Morte enim pretiosissima Redemptoris, ac sanguine viuifico illius, acquisita & empta sunt quodammodo Sacerdotibus, & toti Clero, vnde & patrimonium Crucifixi vsualiter nominatur, & sic morte martyrum, laboribusque sanctissimis Confessorum, & Virginum. Propter quod multotiès diximus in sermonibus declamatoriis, omnia huiusmodi rubere sanguine Christi, & Martyrum, distillare sudorem Confessorum, & Virginum. Valet autem iste sapor ad dño, primùm ad parsimoniam, dum enim tanto pretio empta cogitamus, parcissimè inde nobis sumendum esse, non tantum suaviorè suggeritur, sed etiam violenter ingeritur. Secundum est, ad reprimendam lasciuiam, & dissolutionem voluptatis. Quis enim non horreat lasciuire in sanguine Christi & Martyrum? Ac voluptate dissolui in tantis laboribus, sudoribus, atque doloribus omnium Sanctorum? Omnia enim hæc deuotione fidelium, & à Christo reddita sunt meritis

Sanctorum, & à fidelibus oblata.]

20. Gildas in ea correptione Cleri
 & sub finē.
 Britanni, quæ amarulentia certat, cum
 iniquitate illius æui Clericorum, ^a vr-
 gens Clericos ea lectione ex Actis Apo-
 stolorum, quam in die ordinationis præ-
 legi solitam refert, de Iudæ deiectione
 & Matthiæ subrogatione, ita scribit [Au-
 distis fortè in eodem die, quod in lectio-
 ne Actuum Apostolorum lectum est Pe-
 tro in medio discipulorum surgente, qui
 dixit. *Viri fratres oportet scripturam im-
 pleri; quam prædixit Spiritus sanctus per
 os David de Iuda. Et paulo post, Hic itaque
 acquisiuit agrum de mercede iniquitatis.*
 Hoc securo vel potiùs hebeti corde,
 quasi non de vobis lectum fuisset, audi-
 stis. Quis quæso vestrum non quærit
 agrum de mercede iniquitatis? Iudas
 quoque loculos compilabat; vos Eccle-
 siæ donaria filiorumq; eius animas va-
 statis. Ille adiit Iudæos vt Deum vende-
 ret, vos tyrannos, & patrem vestrum dia-
 bolum, vt Christum despiciatis. Ille tri-
 ginta argenteis venalem habuit omnium
 Salvatorem; vos vel vno obolo. Quid
 plura? Affertur vobis in medium ad con-
 fusio

fusione
 sanctorum
 iudicium
 luntate
 cæci e
 meritis
 affectu
 tis. Ap
 res scie
 mium
 profera
 crepati
 tantum
 quod tu
 cens, c
 mine e
 possit,
 rente,
 dente. C
 ôlicitat
 Tradito
 rum su
 Christi
 Rupe
 Christu
 rit eum
 usque h

fusionem vestram, Matthiæ exemplum; sanctorum Apostolorum electione, & iudicio Christi, non autem propria voluntate Episcopatum sortiti: Ad quod cæci effecti, non videris, quia longè à meritis eius distatis, dum in morem & affectum Iudæ traditoris sponte corruitis. Apparet ergo eum qui vos Sacerdotes sciens ex corde dicit, non esse eximium Christianum. Sanè quod sentio proferam. Posset quidem lenior fieri increpatio, sed quid prodest vulnus manu tantum palpare, vnguentòve vngere, quod tumore iam vel fœtore sibi horrescens, cauterio & publico ignis medicamine eget? Si tamen vlllo modo sanari possit, ægro nequaquam medelam querente, & ob hoc medico longiùs recedente. O inimici Dei, & non Sacerdotes: ô licitatores malorum, & non Pontifices: Traditores & non sanctorum Apostolorum successores! Impugnatores, & non Christi ministri.]

Rupertus^a proposita quæstione, cur ain e. 12. I. an Christus Iudæ scelerum præsciis, elegerit eum in procuratorem. [Quare (inquit) vsque hodie multos in Ecclesia sua idem

Dominus permittit esse præpositos similes eius? Qui enim aliquid de Ecclesia furatur, Iudæ perditio comparatur, &c. hodièque multi sunt Iudæ similes.]

VIII. *Scelus indignè communicantium, in lege sociorum, abominandum.*

21. Hic impietatis apex, autorem habet Iudam qui primus indignè communicavit. Itaque Patres, hoc nominatim inculcant communicantibus indignè Christi corpori ac sanguini, ut videant etiam atque etiam quem emulentur, eiusque sortem vereantur.

a l. i. epist.
170.

Isidorus Pelusiota ^a ad Cleremone[m] scribens. [Aiunt te nonnulli, cum omnia quæ diuinis legibus interdicta sunt, facere; tùm nonnulla etiam nefaria & impia perpetrare; atque interim tamen manus ad diuina mysteria continenter protendere, eaque quæ à te attingi nefas est, imprudenter percipere. Ac mihi sanè temeritatem atque imprudentiam tuam vehementer admirari subiit, qui cum dæmonum mensis ad saturitatem usque communices, Dominicæ quoque mensæ particeps fieri minimè timeas. Vide igitur

tur no
dam,
tioner
tioner
comm
sus al
myste
cero i
cò ad
Qui a
myste
non c
scribis
pliciis
mè m
sangu
obrem
haud
explor
cent, t
vener
cund
catum
tamen
ria con
infir
tatis &

tur ne quis te laqueus corripiat, vt Iudam, ob temeritatem suam in desperationem prolapsus: simulque & proditionem perpetrantem, & sacrosanctam communionem postulantem.] Idem rursus alibi. ^a [Qui peccant, atque ad sacra mysteria accedere minimè audent, syncero iudicio præditi sunt; ac confestim eò adducentur, vt à peccato abstineant. Qui autem peccant, & incontaminata mysteria scelestis manibus attingere non dubitant, (in quorum numero vt scribis, Zosimus etiam est) sexcentis supplicii digni sunt. Reos enim iuxta minimè mendacem Pauli vocem, corporis & sanguinis Domini seipso reddunt. Quãobrem etiam primos quidem diabolus haud valdè aggreditur; (quòd scilicet exploratum habeat, eos quamuis peccent, tamen id agnoscentes, diuinis rebus venerationem conseruare:) at verò in secundos, hoc est eos qui peccant, nec peccatum agnoscunt; aut licet agnoscant, tamen contemnunt, & sacrosancta mysteria contingere minimè verentur, totus se insinuat; istud nempe perfectæ stupiditatis & corruptionis argumentum esse non

*a epist ad
Nilamone
nem Dia-
conum l 3.
epist 364*

est, sicut Paulus ait, Christum conculcare & Testamenti sanguinem ducere communem, & spiritus gratiam contemnere. Multo igitur dæmoniaco peior est, qui peccati tibi conscius accedit. Illi enim quoniam dæmone vexantur non puniuntur. Qui verò indignè adeunt, æternis tradentur tormentis. Omnes igitur simpliciter pellamus, quos indignè accedere videmus. Nullus communicet, nisi ex discipulis sit, nullus impuro animo, sicut Iudas panem assumat, ne similia patiatur.]

*a form de
prodiz. in
da.*

Idem alibi ^a [Iam nos ad terribilem mensam, cum debita reuerentia, cum congrua vigilantia opportunum tempus inuitat: Nullus ibi Iudas reperiatur, nullus malignus accedat, nullus veneno pungatur, nec fucata verba linguâ proferantur, nec insidiæ mente condantur; sed quod voluntas possidet, sermo declaret. Et nunc illic præsto est Christus. Qui illam ornauit mensam, ipse istam quoque consecrat. Non enim homo est, qui proposita de consecratione mensæ Domini, corpus Christi facit & sanguinem, sed ille qui crucifixus pro nobis est
Christi

Christi
tur, &
tia. H
propo
quæ di
replete
sed om
neratio
illa, ter
nes mo
nam di
præstat
tur fictu
tatis au
demne
quod lu
post co
lus intra
minicu
Iudæ &
rius in
quod in
rum se
præpara
assimila
commu
vt vos te

Christus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur & gratia. *Hoc est, ait, corpus meum.* Hoc verbo proposita consecrantur. Et sicut illa vox quæ dixit, *Crescite & multiplicamini, & replete terram*, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationem operante natura: ita & vox illa, semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesiæ usque ad hodiernam diem, & usque ad eius aduentum, præstat sacrificio firmitatem. Nullus igitur fictus accedat; nullus fucato animo tãtis audeat mysteriis proximare, ne condemnetur, & sententiam mereatur, & quod Iudas sustinuit patiatur. Nam illum post communicationem mensæ, diabolus intrauit: Non quia contempserat Dominicum corpus, sed quia impudentia Iudæ & malignitas mentis, ut aduersarius in eo habitaret, effecit. Ut discas quod indigna & fucata mente, mysteriorum secreta celebrantibus, à diabolo præparantur insidiæ, & magis ac magis assimilantur eis, qui non æquo animo communicare festinant: & hoc dico, non ut vos terream, sed ut cautiore efficiam.

Nemo

Nemo fit Iudas in mensa. Hoc sacrificium cibus spiritualis est. Nam sicut corporalis cibus, cum ventrem inuenerit aduersis humoribus occupatum, & amplius lædit, magisque nocet, & nullum præstat auxilium: ita & iste spiritualis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet; non sua natura, sed accipientis vitio. Pura igitur sit mens in omnibus, pura cogitatio, quia & sacrificium purum est.]

alib. a. e
pist. 17c.

23. Isidorus Pelusiota ^a castigans Chæremone[m]. [Mibi sanè temeritatem atque impudentiam tuam vehementer admirari subit, qui cum dæmonum mensis ad saturitatem vsque communices, Dominicæ quoque mensæ particeps fieri minimè timeas. Vide igitur ne quis te laqueus corripiat vt Iudam ob temeritatem suam in desperationem prolapsus; simulque & prodicionem perpetrantem, & sacrosanctam communionem postulantem.]

tract. de
4. feria c.
3. & 4. 10.
mo 9.

S. Augustinus, ^b cum Iudæ & mali Christiani contentionem fecisset, venturumque esset ad vtriusque affinitatem in malè percepto Christi corpore & sanguine

guine
comm
de ma
ssi, rel
rum e
eo inc
cem f
clama
qui te
futur
dente.
modò
qui eu
qui ve
bibend
in illo
quòd e
enim v
Si enim
imitari
tremor
dicta, n
guinen
piens, c
ti pecca
parauit
testate
Tom

guine; ostendit ex antiquo ritu, quo qui communicabat accipiens Christi corpus de manu Sacerdotis aientis *Corpus Christi*, respondebat, *Amen*: contestando verum esse quod Sacerdos affirmabat; ex eo inquam ritu ostendit Augustinus, vocem sanguinis fratris per Iudam occisi, clamare tunc de terra: id est de homine qui terra est, & verbis illis suis profiteretur, fufum esse Christi sanguinem Iuda tradente. Tum concludit. [Vide terra quomodo accipias hunc sanguinem quia qui eum benè accipit benedictionem: qui verè eum malè accipit, iudicium sibi bibendo acquirit. Hoc figuratum est & in illo agro Iudæ, de quo dictum est quod esset ager sanguinis; secutum est enim vt diceretur, fiat villa eius deserta. Si enim ad Iudam pertines, si facta eius imitaris, si sanguinem Christi, non cum tremore accipis, eris villa deserta, maledicta, reproba & spinosa. Si autem sanguinem Christi cum reuerentia recipiens, cognoscis per illum tua tibi dimitti peccata, quoniam ager ille quem comparauit Iudas, figuli dictus est. Habet potestatem figulus luti, ex eadem consper-

fione, aliud quidem vas facere in honorem, aliud in contumeliam. O terra tanto rigata sanguine, responde de tanto sanguine, non sicut Cain & Iudas verba excusationis, sed sicut sancti Martyres verba confessionis. Responde sicut respondit Beatus Stephanus qui in isto agro dominico vt bonus colonus plurimum laborando, genu fixit atque de terra petrosa vulneratus ex ea, lapides in suo corpore tanquam in sinu suo collegit, & sudando in corpore, terram sancto sanguine rigando, centenum fructum ex martyrio Domino presentauit. Responde sicut respondit Cyprianus, Laurentius, ceterique sancti pueri & puellæ: Ætas omnis, & vterque sexus, qui percipientes sanguinem Christi, testimonium dicebant, & non negantes nomen Christi, pro sanguine quem biberunt, sanguinem suum fundere non dubitauerunt, simulque cum Perpetua & Felicitate in eternum regnare meruerunt. Hoc in Apocalypsi, reuelante Angelo Ioannes vidit, turbam multam, quam dinumerare nemo poterat. Hanc requirens quam esset, responsum tale accepit. *Hi sunt* (dictum

(dictu
 dida/
 lam a
 admo
 ris car
 de pu
 confe
 nauit
 aqua,
 dor. R
 esse: In
 in mal
 uimus
 est qu
 sanctu
 mandu
 mandu
 mala e
 piædo
 accipit
 tradita
 cus non
 dedit,
 ciem ac
 24.
 sempit
 sam Do

(dictum est) qui lauerunt stolas suas; candidasque eas fecerunt in sanguine Agni. Iam agnoscis anima Christiana, quem admodum & tu ex illo sanguine efficiaris candida, vt omnis & corpore & corde pulchra, ascendas de fonte Christi consecrata in sanguine: Quid enim manauit ex illo latere Crucifixi? sanguis & aqua, ex sanguine rubor, ex aqua splendor. Rursus alibi ^a [Et sancta possunt obesse: In bonis enim sancta ad salutem sunt; in malis ad iudiciū: certè enim fratres no- uimus, quid accipiamus: & utiq; sanctum est quod accipimus, & nemo dicit, nõ est sanctum. Et quid ait Apostolus, *qui autem manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit*: non ait: quia illa res mala est, sed quia ille malus, malè accipièdo ad iudicium accipit, bonum quod accipit. Nõ enim mala erat buccella quæ tradita est Iudæ à Domino: absit. Medicus non daret venenum, salutem medicus dedit, sed indignè accipiendo, ad perniciem accepit, quia non pacatus accepit.]

24. Beda ^b [Hodie quoque & in sempiternũ. Væ illi homini, qui ad mensam Domini malignus accedit, qui infi-

^a tract. 6.
in Ioan.

^b l. 6. in
Lucam. c.
suo 91. in
fine.

diis mente conditis, qui præcordiis aliquo scelere pollutis, mysteriorum Christi secretis participare non metuit. Et ille enim in exemplum Iudæ, filium hominis tradit, non quidem Iudæis peccatoribus, sed tamen peccatoribus, membris videlicet suis, quibus illud inæstimabile & inuiolabile Domini corpus, violare præsumit. Ille Dominum vendit, qui eius amore ac timore neglecto, terrena & caduca, immò etiam criminosa, plus amare & curare conuincitur. Væ inquam illi homini, de quo Iesus qui altaribus sanctis, inter immolandum, ut potè proposita consecraturus, adesse non dubitatur, adstantibus sibi ministris cœlestibus queri cogitur, *Ecce, inquit, manus tradentis me, mecum est in mensa.*

al. de sacra altar.
p. 2. c. 9.

S. Anselmus^a [Secundùm Isaiam omnes voluptatum amatores magis quàm Dei, sanctificantur in hortis & liminibus, quia mysteria veritatis non valent introire, & comedunt cibos pietatis, dum sunt sancti corpore & spiritu. Neque comedunt carnem Iesu, neque bibunt sanguinem de quo ipse loquitur. *Qui manducant carnem meam, &c.* Sanctificantur quip

quip
hoc i
accipi
neran
tis, sed
sancti
mus su
efficiu
Christi
dixim
bibunt
bunt, a
bunt.
hinc c
non di
rebus c
inueni
ipso est
sed diu
in eis c
miseric
non iur
miseret
das in c
num bu
nu eius
micus i

quippe in liminibus, qui in sacramento hoc solum attendunt quod corporaliter accipiunt, & sanctum quoquo modo venerantur. Sicque comedunt cibos pietatis, sed pietatē ipsam repellentes à corde, sanctificationē gloriæ cœlestis intra domus suæ limina nolūt recipere. Nō enim efficiūtur corpus Christi sumēdo corpus Christi. Ideò & carnē Iesu de qua supra diximus non māducant neque sanguinē bibunt. Qui autem manducant & bibunt, ad iudicium sibi manducant & bibunt. Nam sicut sol vno radij sui calore, hinc ceram soluit, inde lutum stringit: & non diuersus in se, diuersè operatur in rebus contrariis; vtens materiis, sicut eas inuenit: sic Christi gratia, quantum in ipso est, vno modo infundit se in omnes: sed diuersos inueniens animos, diuersè in eis operatur: hunc in amorem suum misericorditer emolliens, illum iustè non iuuando indurans: Nam *cuius vult miseretur, & quem vult indurat*: Fuit Iudas in conuiuio Saluatoris, cui fuit venenum buccella Dominica quam de manu eius suscepit; quam cū suscepit, inimicus in eum intrauit: Non quia malum,

sed quia bonum malus malè accepit. De vno enim pane, Iudas accepit, & Petrus: sed tamen quæ pars fidei cum infideli? Petrus eum accepit ad vitam, Iudas ad mortem. Itaque secundum diuersum intellectum, & diuersum effectum, cum vnicus sit panis Christi, alter tamen quodammodo quem sumpsit Petrus alter quem sumpsit Iudas.]

2 l. de corp.
Et sang.
Domini,
c. 8.

25. Paschasius Rathbertus^a [nihil in præsentiarum periculosius, quam letaliter peccare, & à Christi corpore corâ interni iudicis oculis decidere. Deinde nihil damnabilius, antequam quis corrigatur, propter perfidiam humanam, cum Iuda à mysterio sanctæ communionis pedem non retrahere. Vnde à primordio huius celebritatis, iudicium malè accipientibus minatur: dum continuo post buccellam de manu Domini perceptam, Iudam diabolus peruasit. Vbi mox ostenditur futurum in Ecclesia iudicium, quia sancta sanctorum sunt. Si quis ergo lapsus, de corpore Christi factus membrum meretricis vel diaboli, præsumpserit accipere: non dubium quin ad iudicium accipiat, & cum Iuda culpæ
focie

focie
quàm
sus el
veni
præse
ritus,
quæ v
numo
eius &
futura
stit, iu
De
quam
gnè c
S. Od
id loc
nè rep
gimur
nem
ment
nepla
stolus
fastid
quæst
bus r
cume
runt,

societur obnoxius; tam quia corrui-
t, quàm quia in conscientia damnatus, au-
sus est sine pœnitentia & correctionis
venia, sancta mysteria temerare. Nec
presentiam igitur diuinæ maiestatis ve-
ritus, dum cogitat nihil amplius, quàm
quæ videntur, nec intelligit miser quod
numquam caro Christi, nisi de manu
eius & sublimi ara, ubi Christus Pontifex
futurorum bonorum pro omnibus assi-
stit, iure accipitur.]

Descripsit hunc Paschasij locum, tan-
quam ad terrendos Iudæ exemplo, indi-
gnè communicantes, valdè appositum
S. Odo.^b Tum alium ex eodem libro ad
id locum subnectit, quem ex ipso S. Odo-
ne represento. Item ex eodem libro le-
gimus, quia Deus dedit filiis Israël pa-
nem de cœlo habentem omne delecta-
mentum, sed non in pluribus eorum be-
neplacitum fuit Deo, vt testatur Apo-
stolus. Nam populus ille carnalis manna
fastidiuit, quia inibi non nisi carnalia
quæsiuit. Illi itaque mortui sunt, in qui-
bus non beneplacitum fuit Deo. Qui-
cumque verò inter eos spirituales fue-
runt, mori non potuerunt, quia spiritali-

*a lib. 2.
collat. c.
30.*

ter comederunt; quia eis esca illa cœlestis, saporem, & delectationem immortalitatis præbuit. Itaque similiter nunc in Ecclesia, cibus iste quibusdam vita est, quibusdam verò supplicium. Vnde ô homo, disce quia Deus spiritus est, & ideo intellige quia cibus iste non carnaliter, sed spiritualiter, & cogitandus & sumendus est; quia neque ab alio quàm ab ipso Christo consecratur neque ab alio quàm ab ipso porrigitur. Et quidem Sacerdos visibilis astat, per cuius manus cōsecrari & tribui videtur, sed Christus qui illum & consecrat & tribuit, cui ad remedium tribuatur, diuinitus discernit. Nam is qui cum Iuda contemptu & vitio reus tenetur, cum Iuda utique condemnatur: & qui cum Petro ac cæteris fideliter participatur, cum ipso utique & cæteris Apostolis in corpore & anima consecratur. Hoc ergo iudicium in natale calicis mox excipitur: vt doceatur quid contemptoribus immineat, si damnati à conscientia, pedem à mensa Domini non retraxerint.]

26. Petrus Blesensis carmine de Eucharistia.^a

a cap. 19.

Quapro

Qua
C
Dum
tu
Ad I
ra
Ne si
Iudas
Et ta
Dupl
tio
Quàn
Quar
qu
Intro
Ergo
ple
Quod
ne
Prabe
tur
Ne cor
pur
Nam q
pie
Idem
plinata m

*Quapropter quisquis non es de corpore
Christi*

*Dum sordescis adhuc, & nondum peni-
tuisti,*

*Ad Domini mensam non est tunc accele-
rare,*

Ne si presumas, Iudæ similis videare.

Iudas omnimodis se deliquisse sciebat

Et tamē à sacris epulis se nō retrahēbat:

*Dupliciter reus hic, tam crimine prodi-
tionis,*

Quām de contemptu violata religionis,

*Quare iudicio Domini mala tanta se-
quente,*

Introiit Satanas in eū cum pane repētē.

*Ergo punit eum sententia pænæque du-
plex*

*Quod non ante sacrum fuerit pro crimi-
ne supplex.*

*Præbet in Ecclesia Iudas exempla fu-
turis,*

*Ne corpus Christi, manibus tractent nisi
puris.*

*Nam qui cum Iudæ malè percipit, exci-
pietur.*

*Idem alibi^a [ex inordinata & indisci-
plinata multitudine Sacerdotum, hodie*

*^a epist.
123.*

datur ostentui nostræ Redemptoris venerabile sacramentum. Nam qui debuerant esse Vicarij Apostolorum, & filij Petri, facti sunt socij Iudæ, & præambuli Antichristi. Verbum quippe Gregorij est. *Qui Christi corpus indignè conficit, Christum tradit, ut Christus, dum traditur, dicat, Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Augustinus super illum versiculum, *dederunt in escam meam fel, grauius, inquit, peccant, offerentes indignè Christum regnantem in cælis, quàm qui eum crucifixerunt ambulantem in terris.* Et idem. *Magis peccant qui tradunt Christum peccatoribus membris, quàm qui tradidit ipsum crucifixoribus Iudæis.*

27. Non grauabor addere, que graphicè continenti oratione subiicit, ad exponendam truculentiam tanti sceleris, & eius germanitatem cum Iudæ scelere. Pergit ergo ex Augustino in hunc modum. [Et adaptat Sacerdotibus prauis, illud lamentabile verbum Christi, *dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Dominus equidem salutem nostram sitit & esurit: & ideò damnabiliter peccat, qui ad corpus eius

eius c
cum a
B.Hic
Christi
sanguin
manib
verò p
ante s
homin
lò ante
qui fue
brum C
memb
ret me
memb
bro ab
biliter,
lud pr
munda
tem in
te, & in
te crap
Angeli
prospic
cipiunt
quam
quante

eius cum felle conscientiaꝝ prauaꝝ , & cum aceto iniquitatis accedit. Verbum B. Hieronymi est: *Perfidus Iudæus, perfidus Christianus: Ille de latere, iste de calice, sanguinem Christi fundit.* Porro Ioseph manibus corpus Christi baiulauit, iste verò pollutis manibus, & quibus paulò ante scorti pudenda tractauit, salutem hominum tangit, & recipit ore, quo paulò ante basia meretrici impresserat. Ille qui fuerat Christi membrum tollit membrum Christi, dicit Apostolus, & facit membrum meretricis qui enim adhæret meretrici vnum corpus, vnumque membrum efficitur cū ea. In hoc membro abominabiliter ponitur, & detestabiliter, corpus Christi. Repositum fuit illud pretiosissimum corpus in syndone munda, & in monumento nouo: iste autem in ore adhuc potu hesterno foetente, & in sentina ventris adhuc præcedente crapula æstuante, demergit eū, quem Angeli prospicere concupiscunt, quem prospiciendo delectationes æternas accipiunt. Nōne potius Antichristianus quam Christianus iudicandus est, qui quantum in se est, Christum iam factum impassi

impassibilem, ita tractat indignè: ita probris afficit, ita crudeliter interimit, & sepelit inhonestè? Verùm, quia cœlestis animaduersionis sententiam, sicut Dathan & Abiron in ipsa sui sacrificij vsurpatione non sentiunt, diuinum non putent se euasisse iudicium, dicentes cum vxore Manue, *Si Dominus voluisset nos occidere, non suscepisset sacrificium de manu nostra.* Certè Maria, quam Christi charitas vehementer accenderat, prohibetur Dominum tangere. Ioãnes etiam Baptista, quo maior inter natos mulierum, testimonio Christi non surrexit, vertici Saluatoris Angelicis potestatibus tremendo, manum veretur apponere, & filius plorationis æternæ, manu sacrilega, & ore polluto, sacramentum in quo vita æterna est, recipit, ipsùmque sibi damnabiliter incorporare, aut potius incarceratione præsumit?

apost. ad
sui ordinis
San. erdo-
20.

29. S. Franciscus ^a [Rogo in Domino omnes fratres meos Sacerdotes, qui sunt & qui erunt, & esse cupiunt altissimi, quod quodcumque voluerint Missam celebrare, purè faciant, cum reuerentia verum sacrificium sanctissimi
corpo

corpor
su Chri
non pr
vel am
centes
quantu
ad eum
mo tan
lus ope
sicut ip
meam c
cerit, lu
Lau
non D
lus, dur
à cæter
sti, dum
in sacr
dum in
conting
myster
percep
tior fac
absenta
concep
quod su
licta gr

corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, sancta intentione & munda: non pro vlla terrena re, neque timore vel amore alicuius hominis, quasi placentes hominibus; sed omnis voluntas quantum adiuuat gratia omnipotentis ad eum dirigatur, & soli ipsi Deo summo tantum, placere desideretis. Ipse solus operatur sicut sibi placet quoniam sicut ipse Dominus dicit, *Hoc facite in meam commemorationem* Si quis aliter fecerit, Iudas traditor efficitur.]

Laurentius Iustinian. [Iudicium sibi non Domino manducat iniquus & malus, dum ex incuria, seu mentis cæcitate à cæteris cibis nō discernit corpus Christi, dum præsentem Domini maiestatem in sacramento hoc minimè veneratur, dum incredulus, & pollutus præsumit contingere sancta, atque immaculata mysteria. Iudam imitatur huiusmodi, qui perceptâ panis intincti buccella, sceleratior factus, à conspectu veri luminis se absentando, fugit ad tenebras quatenus conceptum perageret facinus. Hinc est quod sumentes indignè, præ cæteris delicta grauiora committunt, & pertinaciores

a form. de
corpore
Christi.

ciores in malo, atque ad emendationem vitæ tardiores sunt. Quonam modo in sceleribus non excellunt alios, dum Regem gloriæ, atque vniuersorum conditorem contemnunt, & irreuerenter tractant? Nempe qui tales sunt, si sacramenta cœlestia, Christi corpus verum, eiûsque sanguinem esse non dubitant quâ temeritate, quâue impudentia tremendam in se nequaquam verentur percipere maiestatem? scelus hoc grande est, & nefas pessimum. At si increduli sunt, Deumque in sacramento negant esse præsentem, quem in cæremoniis, colere videntur, verbis fatentur, circumstantibusque adorandum exhibent, utique diabolo peiores censendi sunt, & supra modum peccant, dum diuinitatis honorem, modicirati panis & vini, quantum ex ipsis est, populis impendere faciunt. Prophani quippe sunt, & membra diaboli, qui ob altissimi contemptum idolatriæ ritum instituit, per quod totum penè humanum genus à veri Dei cultura subduxit. Propterea horum (nisi resipuerint) erit damnatio, & in inextinguibilis gehennæ mittentur incendium.]

Apost

IX. A
tibus
fide
les su
mu
us,
tores
puli,
amul

30.

des has
bus qui
da neces
men in i
ter dum
verius qu
Apost
exemplo
author
apud Be
apostasia
monach
est discip
cor eius

1 X. *Apostata à Collegiis Apostolicis, cœ-
tibus inquam regularium proprietarij,
filem Deo datam infringentes, infide-
les superiorum administri, Simoniaci,
murmurantes de collatis Christo bo-
nis, muneris ex iustitia debiti vendi-
tores, dolosè blandiloqui, ingrati disci-
puli, Omnes Iudæ germani, cuius acta
amulantur, sortem metuant.*

30. Conuerro in hoc horreum for-
des has omnes, quod intercedat omni-
bus qui huiusmodi sunt, magna cum Iu-
da necessitudo atque germanitas. Ne ta-
men in immensum excrescat oratio, obi-
ter dumtaxat puncta singula attingam
verius quàm persequar.

Apostatas regulares proposito Iudæ
exemplo grauius his verbis admonet,
author ^a sermonum de cœna Domini, ^a *serm. 1.*
apud Bernardum, post descriptam Iudæ
apostasiam. [Nonne contremiscis tu,
monache sancti Benedicti, quid actum
est discipulo Christi? Diabolus misit in
cor eius vt traderet vitam, & tradens vi-
tam,

tam, per laqueum desperationis se & vitam perdidit. Si lupus non timuit intrare in gregem Domini, & vnum de duodecim tam pauculo numero mactare & perdere, quid facturus est de tanto grege commisso pastori? Vnusquisque vestrum, fratres Charissimi, videat ne sit Iscarioth Iudas. Videte quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes; cauti contra callidi hostis infidias. Misit in cor Iudæ, vt traderet Dominum. Quid est tradere Dominum? Vendere Dominum. Quid est vendere? Alienare. Dominum vendit, qui à se Dominum alienat. Dominum alienas à te, si depellis eum à te. O monache Dei, ô discipule Christi, audi me, audi consilium meum. Te diabolus quærit auellere, te extrahere de grege Domini. Vide, ne consentias ei. Vide, ne credas ei.] Videtis cætera quæ indidem adduxi superiori capite.

a serm. 3.
in psal qui
habitat
ferè in si-
ne.

31. S. Bernardus, Apostasiam peccatum Iudæ nominat^a [Exultate (inquit) sed adhuc interim cum tremore. Letos vos esse volo, sed nondum securos. Gaudentes

dente
uente
Quid
Vnum
catum
Hoc
ne qu
pore,
enim
in A
clausu
prohi
fingu
quanc
vt ma
ab co
poris,
stasiam
ligion
secula
rint, a
S. B
quibu
plexi,
duode
Iudas
etiam
III. Tom

dentes in Spiritu sancto, sed tamen pa-
 nentes adhuc, & cautes à reciduo.
 Quid enim vobis ultra pauendum est?
 Vnum vtiq;e, idque grauissimum pec-
 catum Iudæ peccatum Apostasiæ, &c.
 Hoc inquam omnino timendum est,
 ne quis aut corde solo, aut etiam cor-
 pore, ad vomitum reuertatur. Legimus
 enim de filiis Israël quia corde redierunt
 in Ægyptum. Nam corpore reuerti,
 clausum post eorum talos rubrum mare
 prohibebat. Hoc est quod vehementer
 singulis quibusque timendum est, ne-
 quando fortè eatenus Deum offendant,
 vt manifestè abiiciantur, & euomantur
 ab eo: aut si pudor neget apostasiam cor-
 poris, tepor ipse paulatim ingerat apo-
 stasiam cordis, vt videlicet in habitu re-
 ligionis cor seculare gerant, & quidquid
 secularis consolationis inuenire potue-
 rint, amplectantur.]

S. Ephrem^a [Nolite mirari super ali-
 quibus qui obedientie disciplinam com-
 plexi, à me recesserunt: Nam & inter
 duodecim Apostolos vnus erat proditor
 Iudas Iscariothes. Nostis verò, quòd
 etiam in vinea præter imperium rubus

*a sub ini-
 tium Te-
 stamenti.*

germinare consuevit, & inter rosas spinæ quoque nascuntur, ac decerpuntur.]

2 serm 8.

Autor sermonum ad fratres in eremo
 ô Monache, leuis reputaris per tuam apostasiam, cum Iuda incurris mentis instabilitatem, postponis Deum, amittis amicos, spiritum & spem perdis, odio à cunctis haberi, & velut omnibus peior apostata comprobaris in vita, &c. Incipite ergo fratres mei, & perseuerate, reducentes vobis ad memoriam à quanto bono recessit Iudas, & quomodo feruenter agere cœpit, lingua nullatenus vobis exprimere possem, quomodo tamen perseuerauerit, scitis. Ecce enim Salomon per inconstantiam corruit, sic, & Saul, sic & multi alij, quia multorum incipere fuit, sed perseuerantium paruus est numerus. Cauete ergo quomodo cautè ambuletis, considerantes quòd qui se existimant stare, caueat, ne cadat.]

32. Primum proprietarium, fuisse Iudam, liquet ex probabilissima sententia quæ fert Apostolos emisisse votum paupertatis. Idcirco enim S. Petrus demissa à se & collegis omnia pro Deo, profitebatur. Iure igitur SS. PP. cauendam

dam
 nem
 quot
 Deo
 fo, a
 Gerle
 rium
 Basili
 Qu
 primu
 fuit ti
 infide
 tetur.
 [Si qu
 portan
 dico &
 Actu
 atrocit
 alieno
 Eiusm
 ria est
 te, mag
 tionis.
 Euang
 lis ipsi
 quid un
 denari

dam addictæ Deo paupertatis violatio-
nem, Iudæ exemplo, admonent quot-
quot onera temporalium bonorum pro
Deo abiecerunt. Et ita Cassianus, ^a & Ger-
so, aut alius autor opusculi quod apud
Gerlonem ^b habetur contra proprietaria ^{b p. 1.}
rium Augustinianum; ^c sed insigniter S. <sup>c p. 1. opus-
cul pro-
batione.</sup>
Basilii ^d adductus superiori capite. <sup>19.
d. c. 35.
constit.</sup>

Quia item primæ religiosæ familiæ
primus œconomus ac procurator, Iudas
fuit timenda est Iudæ fors, ei qui Iudæ
infidelitatem in simili procuratione imi-
tetur. Quo aptari potest illud Antiochi. ^{c hom. 41.}
[Si qui ex propriis suppilarunt, talem re-
portarunt ex furto exitum, (Ananiam
dico & Sapphiram, vt in Apostolicorum
Actuum historia proditum est): quanto
atrocius illos manet supplicium, qui ex
alieno compilant, & arrodunt peculio?
Eiusmodi enim furtiua compilatio, para-
ria est consilij quo ab ipsa deficias verita-
te, magis autem autor Dominicæ prodi-
tionis. Scriptum quippe est in Ioannis
Euangelio, *dixit igitur vnus ex discipu-
lis ipsius Iudas Simonis ille Iscar iotthes, vt
quid unguentum istud non venit trecentis
denariis, & datum est pauperibus?* Dixit

autem hoc, non quia de pauperibus illi cura erat, sed quia fur erat, & loculos habebat, & ea quæ mittebantur, exportabat.]

al. 1. apum
c. 24. n. 3.

33. Thomas Cantipratanus^a [Exercent officia ut quærant quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Certè Iudas fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Et quia infidelis, semper infideliter agit, murmurat contra Dominum veritatis, eò quod passus est pretiosum unguentum super caput suum sacratissimum diffundi. Malè ergo invidus pietati, assuescit in peius: & sub vili pretio distrahit salutis autorem. Credisne Iudam istum, officiatorum aliquem imitari? Ne dubites, subtrahunt nonnulli tales Prælati, subtrahunt fratribus, subtrahunt & egenis, & sua implent marsupia. Et, si cupidi sunt honoris, aut gloriæ, student interim parcitati, donec aliqua dignitas pateat, quam mediante Simone consequantur. Nec in hoc tantum diei sufficit malitia sua, sed & si locus occisionis fuerit, surgunt in patrem proprium patriciæ, sicut Iudas in Dominum, & per complices clam corruptos, si qua fortè vel pauca sunt, sinistris accumulanti

grauio

grau
tueru
sacra
tem
regn
face
rum
possi
mali
ut fr
tur:
absc
tuit
dius
O n
simi
pote
long
dere
ter
mal
inu
cier
fas,
nab
S
lud

grauiora: & vbi, hæc inueniri non poterunt, fingunt mendacia, & per hæc sacramento firmata, deuorant innocentem, vt pro eo regnent, aut hypocritam regnare faciant, per quem exercere, & facere possint quod intendunt. Hæc plerumque patenter: & si quando latenter possunt, hoc faciunt, ne in suspicionem malignitatis veniant, aut doli. Sed absit vt frustretur sententia veritatis, quâ dicitur: *Nihil opertum quod non reueletur, nec absconditum quod non sciatur.* Quod patuit in Iuda, qui suspensus crepuit medius; & diffusa sunt omnia viscera eius. O nostri temporis Iuda, non credis pati similia? Minimè dubites. Ad modicum potes dissimulare nequitiam, sed non in longum. Accedet citiùs vltra quàm credere potes, pertinenter, aut impertinenter occasio, per quam non tantùm ista malignitas integrè pateat, verùm etiam inuerecunda vulgeris audacia veris adiciens nefanda feraliter, vt per fas & nefas, in ore indifferenter omnium abominabilis habearis.]

S. Gregorius Nyssenus ^a tractans illud, *manus eius tornatiles*, sic ait. [Fidelis

^{a hom. 14.}
^{in Cant.}

& prudens dispensator rei familiaris, qui Ecclesiæ manus est loco, sapientem Dominum suum in vita imitando, manum corporis, ad similitudinem capitis auream reddit. Non erat eiusmodi manus in Apostolorum corpore, Iudas ille miserandus, ac miser, vel potius odio dignus, & execrabilis: cui cum cura esset commissa pauperum, avaritiæ lapidem non abrasit, sed propter fures marsupij custos, ipse sui ipsius fur factus est, dum quod in manibus suis habebat, propriis manibus cleperet, non ad Dei mandatum, sed ad pecunias ipsas respiciens: ex quibus deinde fructum nullum alium percepit, nisi strangulationem, spontaneam abruptionem vitæ, certum animæ interitum, monumentum sceleratum, quod quidem æternum durabit. Quamobrem manus esse belle tornatas, ac sculptas oportet, vt amputatis ijs quæ male adhærent, aurum supersit, quod specie sua capitis pulchritudini respondeat.]

34. Simoniacos Iudæ æmulatione & imitatione infamant SS. PP. Chrysostomus^a [Merito & Presbyter reddere debet Sacerdotium acceptum, & Diaconus

^a tract. de
fugienda
simulata
specie to. 6.
Græcol. in
fine.

conus, (seu minister) ministerium irreprehensibile: non ea quę ad Diaconi ministerium pertinent, furtim auferendo, ne condemnetur vt Iudas, dum vendit. Multa igitur hic opus est diligentia & cautione, ne quis fortè Deum tallat.]

Tharadius Patriarcha Constantinop.^a [Macedonij, & eorum qui circa illum erant sancti Spiritus hostium, tolerabilior erat hæresis. Cum illi enim sanctum Spiritum, Dei & Patris creaturam, & seruuum nungentur, hi ipsum, vt videntur, suum seruuum faciunt. Omnis enim Dominus, id quod habet vendit. Similiter, & qui emit, volēs esse Dominus eius quod emptum est, argenti pretio id acquirit. Sic qui hanc rem nefariam faciunt, Spiritum sanctum deprimunt; æquē peccantes, ac ij qui Christum in Beelzebub dæmonia eiicere, impiè blasphemęque dicebant. Vel, vt veriùs dicam, sunt Iudæ proditori similes, qui Dei interfectorijs Iudæis, argenti pretio Dominum vendidit. Quemadmodum ergo diuinus Spiritus, est Christo Deo nostro consubstantialis, eos eiusdem futuros partis, cui libet manifestum est.] Confirmat hæc

^a *epist ad
Adria 1.
de non fa-
ciendus pe-
cunia or-
dinat. t. 1.
bibl marg.*

Balsamon in notis ad eandem epistolam.

a serm. de
vigilia S.
Iacobi.

35. Callistus Papa^a [Iudas qui interpretatur Confessor, cum in bona significatione ponitur, Sacerdotes ostendit, qui fidei confessionem quam habent in corde, debent etiam ore confiteri, & memorare mortem Dominicæ passionis, iugiter in prædicatione. Cum verò in mala significatione ponitur Iudas, antistites malos, Presbyteros, Abbates, Monachos & Prælatos, sanctæ Ecclesiæ iniquos significat, qui Dominum vt Iudas vendunt, cum aut de sacris ordinibus, aut de Episcopis ordinandis, aut de præbendis Ecclesiasticis, aut de nuptiali benedictione, aut de sepulturis mortuorum, aut dedicationibus basilicarum, aut de Sacerdotibus in Ecclesiis iustè ponendis, vel iniustè positis, aut de defunctorum exequiis, aut de pueris baptizandis, aut de pœnitentiis peccatoribus datis, ad excommunicandum in Ecclesia præmissis, aut de missis, & matutinis pretium accipiunt. Sicut mercator & carnifex, qui in macello tres, aut sex, aut duodecim, aut triginta nummos de apposita carne facit

cit; sic
monia
stica o
tres, au
ta num
& vigi
tis can
decim
igitur
petuun
æuum
Christi
accepti
sas aut
trigint
exinde
merca
niaci, a
primu
dit cor
cerdor
Archie
niam,
damna
Gof
est nec
eumq

cit; sic Sacerdotes mali, & monachi Simoniacam hæresim sectantes, Ecclesiastica officia vendentes, de Domino, aut tres, aut septem, aut tredecim, aut triginta nummos faciunt, dum etiam de missis & vigiliis & obsequiis defunctorum gratis cantadis, vnum, aut septem, aut quindecim, aut triginta Missas quærunt. Sciât igitur se damnandos illa vltione in perpetuum, quâ Iudas perditus damnatur in æuum. Sicut Iudas qui tradidit corpus Christi, & triginta nummorum pretium accepit, damnatur; sic qui triginta Missas aut plus, aut minùs cantat, & pretium triginta nummorum, aut plus, aut minùs exinde quærit, punitur. Alij enim ex his mercatoribus vocantur Iudæ, alij Simoniaci, alij Giezitæ, Sicut enim Iudas, qui primùm accepit pecuniam, & pro ea dedit corpus damnatur, sic Episcopi, & Sacerdotes, Archipresbyteri, & Decani, & Archidiaconi, qui priùs accipiunt pecuniam, & pro ea dant Ecclesiastica dona, damnantur.]

Goffridus Vindocinensis. ^{a opusculo.} [Sciendum est nec obliuioni tradendum, quòd quicumque emit Ecclesiam, Iudæorum per-

fidiam, & qui vendit eam, traditorem Iudam imitatur. Iudæi etenim Christum emisse noscuntur, qui est caput Ecclesiæ, & eum vendidisse Iudas minimè dubitatur. Qui verò pro diuino mysterio munus exigit, Giezi sequitur discipulum Elizæi, & Naaman Syri lepram consequitur. Caueant igitur Episcopi, & Abbates, qui ideò dicuntur Christi vicarij, quoniam Christi creduntur agere vices; ne contra Christi auctoritatem, qui gratis tribuit, & eius vocem, qui gratis dari monet, & præcipit, cupiditatem, siue consuetudinem sequantur, qua fides Ecclesiæ, libertas, & castitas simul corrumpitur.]

36. In sponsione Archiepiscopi Mediolanensis, quæ est apud Petrum Damiani,^a pars Simoniacorum cum Iuda, Simone, & Caïpha dicitur futura.

In Synodo Constantinopolitana sub Hieremia Schismatico Patriarcha anno 1571. cõtra Simoniacos celebrata,^b pro lato S. Basilij loco aduersus simoniam, hæc subduntur ex Ioanne Zonara loci illius S. Basilij interprete. [Illi qui vendunt gratiam sancti Spiritus, per auaritiam

^a opusc. 5.

^b refert. l. 2. Iurco-
gr.

tiam i
omni
latia
gis ea
enim
prodic
tifices
produ
cruces
imitan
dona v
li pecu
Dioco
sunt ill
manus
tus, iu
ager sa
cap. 1.
tat.]
ctum e
quod d
cus, q
proditi
ager se
quibus
pellati
etiam

tiam id faciunt. Quæ auaritia, est radix omnium malorum, & nominatur idololatria; eo quod anteponit idola Deo, magis ea honorans, & imitatur Iudam. Ut enim ille ob lucrificandos argenteos, prodidit Christum; ita & nonnulli Pontifices, sua voluntate denuò Christum produnt; qui semel pro salute nostra in crucem sublatus fuit. In tantum enim imitantur Iudam tales Pontifices, qui dona vendunt spiritus, ut & loca quæ tali pecunia emuntur; nempe Parochiæ, & Diocæses quibus cum potestate præfunt illi ordinati, siue designati; & ipsæ manus, quæ accipiunt fructus, seu redditus, iure Hebraicè *Aceldama*, Latinè *ager sanguinis*, appellitentur: quæ vox cap. i. rerum ab Apostolis gestarum extat.] Subdit Synodus hoc *Zonaræ* dictum elucidans, [Sententia certè, eius quod dicit, hæc est: *Quemadmodum locus, qui argenteis illis, quibus Domini proditio ab Iuda constata, emptus est; ager scilicet ille figuli; & ipsi argentei, quibus is emptus est; reputati sunt, & appellati, pretium sanguinis: eodem modo etiam pecuniæ quas accipiunt illi cau-*

pona

ponatores gratiæ Dei ; & Parochiæ , atque loca Parochiarum, quas auro videlicet Embaticio, sibi comparant Sacerdotes, qui à Pontificibus ordinantur, merito pretium sanguinis vt sunt , ita etiam nominantur.]

a l. contra
Vigilanti-
um.

b in 20.
Matth.
c l. 5. c. 9.

37. Murmurantes de bonis in Christi gratiam collatis Ecclesiæ , aut personis sacris, S. Hieronymus ^a confert Apostolis de effusione vnguenti murmurantibus, qui vel vnus Iudas, vel princeps. Idemque perpulchrè adductus in Conc. Aquisgran. sub Ludouico Pio, ^c ad huiusmodi murmuraciones castigandas. Adducto namque Hieronymo, subdit Concilium. [Multi sunt hodie, qui Christiano cēsentur nomine, qui ad instar Iudæ, dicere solent super his quæ aut Domino consecrata sunt, aut consecrantur, aut consecrari decernuntur, *Vt quid perditio hæc?* putantes perditionem esse, quæ Ecclesiæ, ministrisque eius ac pauperibus ob amorē Dei sunt cōmodata. Animaduerti namque non inconuenienter potest, quod sicut vnguentum Mariæ Christus ad officium suæ suscepit sepulturæ, ita nimirum vota fidelium suscipiat ad
offi

officiu

Mu

tes, S

nera a

diuer

& ips

lem h

iudic

hic v

niato

in pro

sto in

dit, &

Euan

vm e

H

eorum

Pfalt

doce

ra, c

huius

trati

Vide

fact

peri

præ

C

officium sanctæ suæ Ecclesiæ.]

Munus ex iusticia debitum vendentes, S. Athanasius ^a ita corripit. [Qui munera acceperit super innocente, non est diuersus à venditore Domini Iuda. Nam & ipse Iustitiam quæ est Christus, venalem habet, vt ille Christum: Et qui non iudicat pupillo, neque viduæ ius reddit, hic vnus est ex insidiatoribus, & calumniatoribus Christi. In summa, quæ quis in proximum operatur, ea omnia Christo imputantur, qui nostri causa descendit, & mortuus est. Ita enim Dominus in Euangeliiis loquitur, *Quatenus fecistis vni ex pusillis istis, mihi fecistis.*

Hieronymus, tractans illud, *dextera b in psal. eorum repleta est muneribus*, sic glossat ^{25.}

Psaltem. [Abstinendum à muneribus docet, culpans eos qui accipiunt munera, qui iniquitatem agentes, quæstum huius impietatis lucrum aliquod arbitrati sunt, sicut ipse proditor Iudas fecit.] Vide sis præterea Bedam, ^c ad illud, *¶ cl. 6. in Lucam.* *facti sunt pecuniam illi dare.* Locus est perillustis, sed ex alio eius opere iam supra annotatus. ^d

Creditus Anselmus, reuera Petrus Ba- ^{sub finem.}
byon

d cap. 16.

sub finem.

a *Matth.*
26.

byon, eadem fere habet^a ad illud, & ex
inde querebat. [Multi hodie (inquit) qui
factum Iudæ execrantur, idem faciunt
quia, cum pro munere falsum testimo-
nium dicunt, quia veritatem negant;
Deum, qui veritas est, vendunt; dum
charitatem violant, Deum qui charitas
est, produnt, præsertim cum non faciunt
hoc ex ignorantia; sed potius opportu-
nitate faciendi quæ sita.]

b *tract. de*
lingua
malo & c.
aliis vitiis
r. 1.

38. Dolosè blandiloqui insistent
Iudæ vestigiis. S. Ephrem.^b Ad fallendos
simplices, linguæ dulcedinem antiquus
serpens adhibet, cuius rei exemplum ti-
bi sit Iudas Iscariothes, qui sub blando
oris osculo, & lingua pacem simulante,
dolum occultans aduersus Dominum,
qui scrutator est cordium, molitus est
proditionem. Quod si in ipsum Creato-
rem, talis visus est mendax; in te qualis
erit? O insipiens, quis mendace scele-
stior; nisi is qui suas vltro aures, verbis il-
lius accommodat? Seipsum sponte morti
obtulit Saluator, & sermonibus menda-
cij aurem nequaquam præbuit. Os suum
aperiens acetum cum felle gustauit, qui
scelesti verba auribus excipere recusa-
uit.

uit. Sic
dum p
si tuu
conde
ueris;
Melius
& gust
Cassi
[Leuit
quàm
ta. D
pheran
oleum
callido
penetra
potest
cum an
nit ei
decipit
prepar
te, cir
fodit t
in eam
compre
gladiis
nemo i

uit. Sic & tu os tuum maledicis osculan-
 dum præbe, aures verò minimè. Nam
 si tuum illis os præbueris, osculum illos
 condemnabit: Sin aures iis accommoda-
 ueris; iam te verborum gustus occidet.
 Melius autem fuerit, si odorem pariter,
 & gustum veneni euitaueris.]

Cassianus^a ex persona Abbatis Ioseph.
 [Leuius tolerantur inimicorum vulnera,
 quam iridentium subdola blandimen-
 ta. De quibus propriè dicitur per Pro-
 phetam. *Molliti sunt sermones eius super
 oleum & ipsi sunt iacula. Et alibi, Verba
 callidorum mollia, hæc autem feriunt in
 penetralia ventris.* Quibus etiam illud
 potest eleganter aptari: *In ore pacem
 cum amico suo loquitur, & occultè po-
 nit ei insidias;* quibus tamen magis
 decipitur ipse qui decipit. Nam qui
 præparat ante faciem amici sui re-
 te, circumdat illud pedibus suis, qui
 fodit foueam proximo suo, incidet
 in eam ipse. Denique cum magna ad
 comprehendendum Dominum cum
 gladiis & fustibus multitudo venisset,
 nemo in auctorem nostræ vitæ illo cruen-
 tior

^a collat.
 16. c. 18.

tior extitit parricida, quàm qui cunctos
 ficto salutationis honore præueniens, of-
 culum subdolæ charitatis ingessit. Cui
 Dominus. *Iuda*, inquit, *osculo Filium ho-*
minis tradis: id est amaritudo persecutio-
 nis, atque odij tui, hoc tegmen assum-
 pfit, quo dulcedo veri amoris exprimi-
 tur. Apertius quoque, ac vehementius
 per Prophetam vim huius doloris exag-
 gerat. *Quoniam si inimicus*, inquit, *meus*
maledixisset mihi, sustinuissem utique; &
si is qui oderat me, super me magna locutus
fuisset, abscondissem me utique ab eo. Tu
verò unanimes homo, dux meus, & notus
meus, qui simul mecum dulces capiebas ci-
bos, in domo Dei ambulauimus cum con-
sensu.

a in psal.
 14:

S. Chrysofostomus ^a tractans illud, qui
 non egit dolum in lingua sua, ita philoso-
 phatur. [Ne in corde tanquam in sepul-
 chro veritatem sepelias, nec tanquam
 mortuam includas in monumento; sed
 tanquam viuentem, & regnantem do-
 ceas eam extra sensuum fores progredi.
 Si enim occultatur veritas, tyrannidem
 obtinet mendacium, & tanquam ex
 agris

agri
 das
 tum
 Quo
 deu
 ritat
 in co
 sua.
 gua
 puit.
 vene
 tem
 matr
 dit;
 cit, d
 pfit;
 uit,
 ador
 tanq
 metu
 Dolu
 & Ap
 rem e
 vendi
 tem I
 39
 ra, a
 Ton

agris, qui carent Dominis, ex animis præ-
 das agit. Sin autem veritas ducat exerci-
 tum, mortuum iacet, quod falsum est.
 Quemadmodum enim tenebræ à luce
 deuorantur: ita etiam mendacium à ve-
 ritate sepelitur. *Qui loquitur veritatem
 in corde suo, qui non egit dolum in lingua
 sua.* Neque enim vt proditor eum in lin-
 gua tulit, sed dolum tanquam virus ex-
 puit. Fugiamus ergo dolum vt mortale
 venenum. Dolus cum armasset serpen-
 tem eum execrandum reddidit; dolus
 matrem generis nostri desertam reddi-
 dit; vt Caïn tremeret, & gemeret, effe-
 cit, dolus. Abel, sicut fera agnum, discer-
 psit; decem fratres aduersus vnum arma-
 uit, & vt qui venditum vendiderunt,
 adorarent: perfecit; & quem per dolum
 tanquam seruum vendiderant, eum per
 metum tanquam Dominum adorarunt.
 Dolus discipulum proditorem reddidit,
 & Apostolum, Dei præfractum vendito-
 rem effecit. Sed is quidem cum Deum
 vendidisset, emit laqueum, venditus au-
 tem Deus mundum redemit.]

39. Verum probra omnia anterio-
 ra, aut per Analogiam tantum commu-

a homil in
parasc.

b homilia
separata
in eum lo-
cum.

nia cum Iuda, aut admodum generalia. Illud maxime proprium, quo ingrati discipuli Iudam attingunt. Nulli sane Iudæ propiores; qui erga Magistrum optimum tantam perfidiam & ingratitude exprompsit, quam alij erant erga Christum boni discipuli, ut S. Chrysoctomus^a eorum cum Iuda contentione facta, annotavit. Qui etiam^b tractans illud Pauli, *Salutate Priscillam* in teterrimum hoc vitium late inuehitur antiquorum in Ecclesia discipulorum erga magistros veneratione & charitate fusè expensa, his præter cætera. [Illi sanguinem & animam pro præceptoribus præmittebant, nos autem neque breue verbum pro communibus patribus emittere audeamus, cum audiamus eis maledici, & conuiciis eos proscindi, & blasphemari, & à suis, & ab alienis. Nam maledicentes neque compefcimus, neque reprehendimus, neque prohibemus; vtinam ne ipsi primi accusatorum simus. Sanè non tanta ab infidelibus conuicia, & probra, quanta in principes ab his, qui nobis iuncti religione videntur, fidelibus, iaci videbit aliquis. Ultra hæc quærimus, vnde hæc

hæc
tem
ga
quo
diffe
mag
sub
Diu
mal
ctior
ait,
posi
obloq
lem,
la ac
Nan
mor
dicio
ei, c
est, d
riat
men
cam
iuxta
quo
instit
grato

hæc ignauia, & vnde hic pietatis contemptus euenit, quòd sic hostiliter erga patres nostros sumus affecti? Nihil est, quod Ecclesiam Dei ita destruere, & dissoluere potest, vt quando discipuli magistris & patribus filij, & principibus subditi, non magno studio cohærent. Diuina voce si quis fratrum cuiquam maledicit, à sacrarum Scripturarum lectione excluditur. *Vt quid enim accipis, ait, Testamentũ meum per os tuũ?* & causa posita dicit, *Sedens contra fratrem tuum, obloquebaris.* Patrem accusans spiritua- lem, dignum reputas, qui diuina vestibula accedas? Quomodò hoc congruet? Nam si maledicentes patri vel matri, morte moriuntur, iuxta legem: quali iudicio dignus eris, qui maledicere audes ei, qui parentibus illis magis necessarius est, & melior? An non times, ne se aperiat terra, & totum te absorbeat, vel fulmen supernè in te adigatur, & maledicam illam linguam comburat.] Patrem iuxta vsum prophanum & sacrum de quo plenè alibi appellat Magistrum & institutorem. Est ergo quod Magister ingratos nactus discipulos, soletur se exem-

a l. 5. in
Lucam.

plo Christi, qui à nullo tetrìus & indigniùs quàm à discipulo habitus est. Egre-
giè S. Ambrosius agens de discipulorum
Christi allectione^a [Eligitur & Iudas, nò
per imprudètiã, sed per prouidentiam.
Quanta est veritas, quam nec aduersa-
rius minister infirmat? quanta moralitas
Domini, qui periclitari magis apud nos
iudicium suum, quàm affectum maluit?
susceperat enim hominis fragilitatem, &
ideò nec has pãtes recusauit infirmita-
tis humanæ. Voluit deseri, voluit prodi,
voluit ab Apostolo suo tradi, vt tu, si à so-
cio desertus, si à socio proditus fueris,
moderatè feras tuum errasse iudicium,
periisse beneficium.] In hanc rem sola-
tia dabit Petrus Damiani^b

b sermone
de S. Cas-
siano.

*X Magnorum virorum casus in Ecclesia
non noui, nec quemquam debent con-
cutere.*

c Ecclesia.
stiet 11.
d hemil 3
in zech.

40. *Qui obseruat ventum non semi-
nat, & qui considerat nubes nunquam me-
tit, ait Sapiens.^a Quod interprete S. Gre-
gorio,^d aptissimè huc cadit. [Venti quip-
pe nomine, malignus spiritus, qui men-
tem*

tem tentationibus impellit; nubis verò appellatione peccator exprimitur, qui tentationis impulsione commouetur. Qui ergo attendit ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metit: quia is qui tentationes maligni spiritus metuens, & iniquorum lapsus conspiciens, semetipsum desperat, neque nunc exercetur in bono semine operis, neque pòst reficitur de munere iustæ retributionis.] Quare quòd nullus fuerit in Ecclesia Dei è sublimiore loco casus, quàm is quo Iudas deiectus est, neque tamen idcirco alij Apostoli concussi, aut de mentis constantia moti fuerint, solent Patres hortari Christianos, ne quibuscunque magnorum licet virorum casibus qui vix vnquam desunt, (*Soli enim* a in psal. *magni fecere hereses*, ait S. Augustinus ^a 124. ad illud, & *Dominus in circuitu*) concuti se sinant & de constantia debita dimoueri.

Tertullianus ^b [Solent quidem isti misiones, etiam de quibusdam personis ab hæresi captis, ædificari in ruinam. Quare ille, vel illi, fidelissimi, prudentissimi, & vsitatissimi in Ecclesia, in illam partem

b l. de pra-
script. c. 3.

transierunt? Quis hoc dicens, non ipse sibi respondet neque prudentes, neque fideles, neque vsitatos æstimandos, quos hæreses potuerint demutare? Et hoc mirum (opinor) vt probatus aliquis retrò postea excidat? Saül bonus præ cæteris, liuore postea eueritur. Dauid vir bonus, secundum cor Domini, postea cædis, & stupri reus est. Salomon omni gratia, & sapientia donatus à Domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur. Soli enim Dei Filio seruabatur, sine delicto permanere. Quid ergo, si Episcopus, si Diaconus, si vidua, si virgo, si Doctor, si etiam Martyr lapsus à regula fuerit, ideò hæreses veritatem videbuntur obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas? Nemo sapiens est, nisi fidelis, nemo maior, nisi Christianus, nemo autem Christianus, nisi qui ad finem vsque perseuerauerit. Tu vt homo extrinsecus vnumquemque nosti. Putas quòd vides. Vides autem quousque oculos habes. *Sed oculi, inquit, Domini alti. Homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur.* Et ideò, *cognoscit Dominus qui sunt eius, & plantam quam non plantauit pater, eradicat*

dicat; & de primis nouissimos ostendit. Palam in manu portat ad purgandam aream suam. Auolent quantum volent paleę leuis fidei, quocumque afflatu tentationum, eò purior massa frumenti in horrea Domini reponetur. Nonne ab iplo Domino quidam discentium scandalizati diuerterunt? Nec tamen propterea cæteri quoque discedendum à vestigiis eius putauerunt: sed qui scierunt illum vitæ esse verbum, & à Deo venisse perseuerauerunt in comitatu eius vsque ad finem: cum illis, si vellēt & ipsi, discedere, placidè obtulisset. Minus est, si & Apostolum eius aliqui, Phygellus, & Hermogenes: & Philetus, & Hymenæus reliquerunt: Ipse traditor Christi, de Apostolis fuit. Miramur de Ecclesiis eius, si à quibusdam deseruntur, quum ea nos ostendunt Christianos, quæ patimur ad exemplum ipsius Christi? *Ex nobis, inquit, prodierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum.*]

41. S. Cyprianus ^a firmans pusillos aduersus scādalum ex casu quorundam confessorum. [Et Iudam inter Apostolos

al de unitate Ecclēsie.

Dominus elegit, & tamen Dominum Iudas postmodum prodidit. Non tamen idcirco Apostolorum fides, & firmitas cecidit, quia proditor Iudas ab eorum societate defecit. Sic & hinc non statim confessorum sanctitas, & dignitas comminuta est, quia quorundam fides fracta est. Beatus Apostolus in Epistola sua loquitur dicens: *Quid enim si exciderunt à fide quidam illorum, numquid infidelitas illorum, fidem Dei euacuauit? absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Stat Confessorum pars maior, & melior in fidei suæ robore, & in legis, ac disciplinæ Dominicæ veritate. Nec ab Ecclesiæ pace discedunt, qui se in Ecclesia gratiam consequutos, de Dei dignatione meminerunt.] Et alibi^a [Nec nos quidem mirari oportet, cur iste Nouatianus tam nefanda, tam grauiam in personam lapsorum exercere nunc audeat: quandoquidem habemus exempla præuaricationis huius præcedentia. Saül ille bonus præter cætera, postea liuore eueritur, & contra Dauid omnia aduersa & inimica agere molitur. Iudas ille inter Apostolos electus, qui semper in domo Dei, vnanimis

*a epistola
ad Noua-
sianum.*

mis,
tradi
R
vel I
re de
minu
eo qu
prod
Abel
Iacob
infest
denti
legim
cos, i
lati
ipso
quis t
perm
que e
tribus
est glo
Bat
dreas,
tatem
choro
Apost
ad rec

mis, & fidelis, ipse postmodum Deum tradidit.]

Rursus alibi ^a [Non solas Gentilium, a epist. 55. vel Iudæorum minas cogitare, & sperare debemus, cum videamus ipsum Dominum à fratribus esse detentum, & ab eo quem inter Apostolos ipse delegarat proditum: Inter initia quoque mundi, Abel iustum non nisi frater occiderit; & Iacob fugientem persecutus sit frater infestus, & Ioseph puer vanierit vendentibus fratribus: In Euangelio etiam legimus esse prædictum, magis domesticos, inimicos futuros, & qui prius copulati sacramento vnanimittatis fuerint, ipsos inuicem tradituros. Nihil interest quis tradat, aut sæuiat cum Deus tradi permittat quos disponit coronari. Neque enim nobis ignominia est pati à fratribus, quod passus est Christus: nec illis est gloria facere, quod fecerit Iudas.]

Basilii ^b [Neque Petrus, neque Andreas, Ioannésve, propter Iudæ improbitatem se à reliquorum Apostolorum choro submouerunt, neque alius de Apostolorum numero quispiam hanc ad recedendum ansam arripuit; neque

quo minus Christo obtemperans esset, vlla in re illius vitiis retardatus est : sed contra potius relictâ illius peruersitate, Dominicæ disciplinæ seruientes, ac morigeri, pietatem, virtutemque, magno ipsi studio sectabantur. Ex quo intelligitur, qui aliorum improbitate cogi se dicat, vt à spiritali se segreget societate, eum neutiquam idoneam leuitatis suæ causam inuenisse.]

a epist. 34.
in fine.

42. Hieronymus ad meliora prouocans Iulianum ^a [Noli respicere Iudam negantem, sed Paulum respice confidentem. Iacob, ditissimi patris filius, solus, & nudus in baculo pergit in Mesopotamiam, iacet lassus in itinere; & qui delicatissimè à Rebecca matre fuerat educatus, lapide ad caput pro puluillo vtitur. Vidit scalam de terra vsque ad coelum, & ascendentes per eam Angelos, & descendentes, & desuper innitentem Dominum, vt lapsis manum porrigeret, vt ascendentes suo ad laborem prouocaret aspectu; vnde vocatur locus ipse Bethel, id est, Domus Dei, in qua quotidie ascenditur, atque descenditur. Et sancti enim corruunt, si fuerint negligentes

gētes
grad
ideo
tes,
quan
in fæ
incita
Eust
pla v
posit
vnde
fracti
tibus
subst
di Lu
qui h
fulge
dere
est, in
cata
lonis
obliti
cend
pluar
peru
& Al
inter

gētes: & peccatores pristinum recipiunt gradum, si sordes fletibus lauerint. Hoc ideò dixi, vt non te terreant descendentes, sed prouocent ascendentes. Nunquam exemplum à malis sumitur; etiam in sæculi rebus. Semper à meliori parte incitamenta virtutum sunt.] Idem alibi ^a *a epist. 22.* Eustechium monet, ne illarū sibi exempla virginum proponat, quæ sancti propositi rigorem laxarint. [Neque enim vndecim Apostoli Iudæ proditione sunt fracti nec Philetto & Alexandro facientibus naufragium cæteri à cursu fidei substiterunt.] Et alibi ^b [Semper istiusmodi Lucifer, quærit ascendere super eos qui habent imaginem cœlestis: & qui fulgent in Ecclesia sicut astra Dei: & sedere in monte pacti siue Testamenti, id est, in Ecclesia, quæ in sublimibus collocata est, & de lateribus quondam Aquilonis habitatores possidet. Qui in tantum oblitus sui est, vt velit super nubes ascendere, quibus mandauit Dominus ne pluuant super Israël imbrem; & ad quas peruenit veritas Domini. Cui loquitur & Abdias; *si exaltatus fueris vt aquila: & inter sydera cæli posueris nidum tuum, in-*
de

^b in c. 14.
Esai.

de te detrahā, dicit Dominus. Infelix Iudas, qui quasi nubes cum aliis Apostolis mittebatur, vt plueret super Israël imbrem: & quasi stella inter ceteras stellas erat; quibus Dominus loquebatur. *Lu- ceat lumen vestrum coram hominibus:* vitio suo suscepit ascensorer: diabolum; qui vt superbiæ verba completeret, etiam hoc est ausus dicere: *Ero similis altissimo:* Vt quomodo Christus habet Prophetas & Apostolos suos; sic, & ego habeam pseudopphetas, & pseudoapostolos.]

*a collat.
18. c. 16.*

Cassianus ^a [Si vnquam similis inter fratres fuerit oborta tentatio, nequam à cursu tranquillitatis excussi, blasphemis secularium obtreccionibus aditum referemus; nec peruersos, atque execrabiles quosque, sanctorum viro- rum numero insertos latitare miremur; quia dum in huius sæculi area conculca- mur atque conterimur, necesse est etiam paleas igni perpetuo deputandas, inter electissima frumenta misceri. Denique si vel Satan inter Angelos, vel Iudam inter Apostolos, vel Nicolaū prauissimæ here- seos inuētorē inter Diaconos reminisca-
mur

mur ele-
nes fan-
ferti, m
Nicola
fuisse,
lis est e
de illo
garè no
que pe
nifestu
in cœn
nam il
eremo
que ill
men il
mis po
tj nob
uerfior
Chr
spexer
fuscita
& ipse
regno
qui sp
qui ad
missus
uolent

mur electos, hoc quod nequissimi homines sanctorū ordini deprehenduntur inferi, mirū esse nō poterit. Nam licet hūc Nicolaum quidam asserant non illum fuisse, qui ad opus ministerij ab Apostolis est electus, nihilominus tamen eum de illo discipulorum fuisse numero negare non possunt, quos omnes tales, tamque perfectos in tempore illo fuisse manifestum est, quales nunc perpaucos vix in cœnobiis inuenimus. Non ergo ruinam illius supradicti fratris, qui in illo eremo tam lugubri lapsus est casu, neque illam horribilem maculam, quam tamen ille ingentibus pœnitentiæ lachrymis post diluit, sed beati potius Paphnutij nobis proponamus exempla, ne subuersione illius destruamur.]

Chrysostronus^a [Iudas qui signa conspexerat, & ipse fecerat, qui mortuos fuscitabat, & dæmones expulerat, (nam & ipse hanc potestatem accepit,) qui de regno, ac gehenna infinita audiuerat, qui spiritualis mensæ particeps fuerat, qui ad tremendum illud conuiuium admissus fuerat; erga quem tantam beneuolentiam, & curam exhibuerat, quam

a l. ad sc̄m
dalum
passos e.

14.

tam, erga Petrum, & Iacobum, & Ioan-
nem, immò verò maiorem; (siquidem
præter aliam sollicitudinem & condes-
censionem, qua illum complexus erat,
pecuniæ pauperum fuerat illi commissa
custodia,) tum verò iste post accepta
beneficia, furibunda quadam insolentia
cœpit efferrî, ac Satanam per auaritiam
in animum suum admittens, proditor
factus est, & quod caput est malorum
perpetrauit: Talem sanguinem triginta
argenteis vendidit, ac Dominum osculo
prodidit fraudulento. Quàm multos pu-
tas scandalizatos esse, quòd à discipulo
proditio sit admiffa? [Id tamen frustra &
planè absque fundamento factum fuisse,
contendit vniuersa lucubratione.

a serm. de
natiuit.
Deip.

43. S. Bruno^b [*Absorbet Behemoth
omnes fluuios, & non miratur: Sed insuper
habet fiduciam quòd influat Iordanis in os
suum.* Quid per fluuios intelligere de-
beamus, scriptura nos docet, vbi ait.
Aque multæ, populi multi: sed non mira-
tur Behemoth, neq; pro magno hoc ha-
bet, quòd alios fluuios absorbet, nisi ipse
quoque Iordanis, in quo Dominus bap-
tizatus est, & per quem baptizatorum po-
pulus

pulus d
enim si
Ipsos C
muit, &
uit. Ne
non cu
Sacerd
pos deu
sub cœl
que si
artifex
par est

Disp
optimè
nitorij
presert
Quibus
Cordub
badius
sis in G
quodan
to, ob
veræ sic
phaban
datum
Ofius il
Athana

pulus designatur, influat in os eius. Sunt enim sicut scriptum est *esca eius electa*. Ipsos Christi discipulos cribrare non timuit, & ad perditionem, Iudam concitavit. Non curat latrones, & adulteros: non curat vulgus ignobile, Monachos, & Sacerdotes prosequitur, & ip. os Episcopos deuorare conatur. Non est potestas sub cælo, qui ei comparari valeat.] Itaque si aliquos excutiat dolorum ab æuo artifex mirum esse non debet, nec inde par est concuti bonas mentes.

Disputat in hanc sententiam latè & optimè Vincentius Lyrin. aurei commentorij aliquot capitibus, ^a Origenis, ac presertim Tertulliani, casus perpendens. Quibus æquè addere poterat Osium Cordubensem cuius nomine, vt Phœbadius ^b illius æui scriptor & Agennensis in Gallia Episcopus prodidit; quasi quodam ariete in Catholicos temperato, ob exerrationem, post 90. annos in veræ fidei defensione cōsumptos, triumphabant Arriani, & plerisque infirmis datum scandalum. Quis enim fuisset Osius illuc vsque, constat ex paucis S. Athanasij verbis ^c postquam illum verè Osium

a c. 15. *in*
rursus a c.
23.

b in f. o.
pusculi
contra Ar.
rianos.

c sub ini-
tium Apo-
logia pro
fuga sua.

Ofium, id est sanctum & summæ claritudinis contestatus esset. [In qua Synodo (inquit) ille non Dux, & antesignanus fuit? Quem non ille recta tuendo in sententiam suam pertraxit. Quæ Ecclesia, illius præsentia non pulcherrima monumenta retinet? Quis illum moestus adiit, vt non lætus abierit? Quis indigus ab eo postulauit, quin postulatum obtinuerit?] Et tamen hic talis ac tantus, tandem impedit & cecidit. Alia exempla petè ex Medina.^d

a 5. paran.

e 2.

b loco allegato.

44. Concludendum itaque cum Chrystomo^a [Et tu igitur si quando quospiam videris ex iis quæ accidunt scandalizari, primùm quidem illud cogita, non inde sed à propria ipsorum imbecillitate scandala prouenire: id quod indicant illi, qui nihil tale patiuntur. Deinde considera multos illustriores inde redditos esse, qui Deum glorificant, eique summo studio pro his omnibus gratias agunt. Noli ergo eos, qui labefactati sunt, spectare, sed eos qui stabiles permanferunt, & immobiles, eaque ratione robustiores euaserunt; non eos qui conturbati sunt, sed eos qui secundum
naui

nauique p
Attan
lior est
ni, qua

X

Iud
Matth
quotie
tentan

S.G
ctans il
merabi
tacet e

45.
habes.

humili
pede c
bi præp
tuum f
dem ho
quam p
præsci
Verum
est, vt il
ab Tom

navigationis cursum tenuerunt, multo-
que plures sunt illis qui fuere peruersi.
At tamen quamuis illi plures essent, me-
lior est vnus qui facit voluntatem Domi-
ni, quam mille præuaricatores.]

XI. *Vno auulso, non deficit alter.*

Iudæ cadentis Episcopatum, accepit
Matthias: & ita semper à Deo seruatum,
quoties aliqui per nequitiam se Deo
tentant subducere.

S. Gregorius ^a latè id prolequitur, tra- ^{a 25. mor.}
ctans illud Iobi, *conteret multos & immu- ^{c. 9. 10 11.}
merabiles, & stare faciet alios pro eis, nec
tacet exemplum Iudæ.*

45. Rupertus ^b ad illud, *Tene quod* ^{b Apoc. 3.}
habes. [Ac si dicat (inquit Rupertus) in
humilitate certo pede consiste, ne moto
pede corruas, & corruendo coronam ti-
bi præparatam amittas, & alius in locum
tuum succedens, illam accipiat. Et qui-
dem hoc fieri non potest, vt eorum quis-
quam perdat coronam suam, quos Deus
præsciuit, & ad coronam prædestinauit:
Veruntamen & fieri potest, & factum
est, vt ille coronam perderet, quem Deus

ad coronam vocauit, vocatione visibili, siue quæ ab hominibus potuit audiri. Nam exempli gratia Iudam Dominus ad coronam vocauit Apostolicam, quem tamen ad coronam non prædestinauit, quia corona indignum fore præsciuit. Vnde & coronam eius, scilicet Apostolatus honorem, alius accepit, sicut scriptum est: *Fiant dies eius pauci, & Episcopatum eius accipiat alter.*

XII. *Nemo sit tutus cadente Apostolo, nemo de anterioribus meritis aut sanctitate confidat, neminem fructus in proximos, & anteriora illustra opera, certum salutis præstent, nemo vel post miracula edita, securus perseuerantia & gloria uiuat.*

Iudas initio bonus & sanctus, & plurimis diuinæ doctrinæ disseminatione ad Deum adductis, illustribusque compluribus factis ac miraculis clarus; tandem in proditorem euasit. In tanta lubricitate, quæ cuiquam stabilitas potest secunda videri? Itaque meritò monent Patres, Iudæ

Iudæ e
cludere

46.

quod C

[Scriptu

accipiat

minus n

ronam i

tia, rece

fessio ex

iam cor

initiat d

fit: Qu

hic salu

rit, gra

ascendit

minis fu

pabilis d

rit, & c

fatione

pi cædit

denique

quens, &

fidem pr

uerit bla

potest,

mium, q

zuzuz

Judæ casum omnibus securitatem præcludere.

46. S. Cyprianus ^a vrgens non esse ^{a de unit.} quod Confessores se tutos arbitrentur. ^{Eccles.}
 [Scriptum est; *tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Quod utique Dominus non minaretur, aufferri posse coronam iustitiæ; nisi quia recedente iustitia, recedat necesse est, & corona. Confessio exordium gloriæ est, non meritum iam coronæ; nec perficit laudem, sed iniciat dignitatem: cumque scriptum sit: *Qui perseverauerit usque ad finem, hic saluus erit;* quidquid ante finem fuerit, gradus est quo ad fastigium salutis ascenditur, non terminus quo iam culminis summa teneatur.] Et mox. [Si culpabilis & detestabilis postmodum fuerit, & confessionem suam mala conuersatione prodegerit, si vitam suam turpi fœditate maculauerit; si Ecclesiam denique ubi Confessor factus, derelinquens, & vnitatis concordiam scindens, fidem primam perfidia posteriore mutauerit blandiri se per confessionem non potest, quasi sit electus ad gloriæ præmium, quando ex hoc ipso magis creue-

rint merita peccatorum. Nam & Iudam inter Apostolos elegit, & tamen Dominum Iudas postmodum prodidit.]

a homil. de
prodit. Iu
da.

Chrysoſtomus ^a [Ne videndo meretricem de tua liberatione desperes, sed & Iudam cogitatio non debes esse securus. Vtrumque enim periculosum est, & confidentia & desperatio. Nam confidentia stantem euertit, & iterum desperatio post lapsum non admittit exurgere, & ideo Paulus exhortatur, dicens: *qui se putat stare videat, ne cadat.* Habemus exemplum vtriusque personae. Discipulus cum se stare putaret, cecidit: meretrix, cum se cecidisse arbitraretur, exurrexit. Mens humana facile labitur, & omnibus mutabilis sensus est, & ideo nos vndique tutari properemus.] Idem Chrysoſtomus alibi ^a [Quis Iuda beator? Sed factus est proditor, quis miserior Paulo? Sed vas electionis constitutus est. Quis Matthæo peior? Sed Apostolus est connumeratus. Quis Simone laudabilior? Sed factus est omnium abiectissimus. Quam multas huiusmodi mutationes, & olim & nuper factas, & nunc quotidie fieri non ignoramus? Quas ob res
sapius

b hom. 58.
in Matth.

sapius
nec
esse
omni
ait, q
Ad il
surge
47
ad eo
tame
quia
vnde
tus he
est:
eius m
certat
videli
put t
scit, tu
S. A
mirat
[Sicu
proce
quis
virtut
bantur
verum
sapius

sæpius mihi illud dicendum esse video; nec illi qui vixit in scena desperandum esse, nec huic qui versatur in Ecclesia omnino confidendum. Ad hunc enim ait, *qui existimat stare, videat ne cadat.* Ad illum verò, *numquid qui cadit non resurget?*

47. Rupertus^a [Iudam Dominus ^{a Apoc 3.} ad coronam vocavit Apostolicam, quem tamen ad coronam non prædestinavit: quia coronam indignum fore præsciuit, vnde & coronam eius scilicet Apostolatus honorem alius accepit sicut scriptum est: *Fiant eius dies pauci & Episcopatum eius accipiat alter.* Nemo enim quandiu certat, multum de corona confidat: quia videlicet si omnium præsciens Deus, caput tuum in fine dignum corona fore scit, tu tamen nescis.]

S. Ambrosius^b ad illud, *videntes sic admirati sunt*, id ad spirituales Reges aptas. 47.

[Sicut gratiam (inquit) in iis qui virtute processerant mirabantur, ita etiam ne quis relaberetur in vitia, de superiore virtutum deiectus fastigio commonebantur. Procliuis enim & mutabilis in verumque est humana conditio vs quo-

cumque intenderit, eò propendeat & vergat, vel ad studia virtutum, vel ad illecebram delictorum; & ideò non mediocri quatiebantur affectu, ita vt ex formidine tremor apprehenderet eos, considerantes illud quod scriptum est. *Quia in locis impiorum ingemiscunt iusti.* Denique vide mihi Petrum amarissimè fentem quòd ei error obrepserit, & virtutem suæ mentis, prolapsione corporeæ fragilitatis inflexerit: meritoque à Christo suppressè reprehensum, quòd ausus sit vsurpare constantiam, nec obnoxiam consideraret naturam. Et hic quidem per gratiam emendauit errorem; sed Iudas mansit in crimine perseuerauit in gemitu. Iustus erat cum Apostolorum numero neceretur: sed quia supplantatus à diabolo est, in locis nunc deplorat & ingemit impiorum, quod de gratia sit relapsus ad pœnam. Ergo cadentibus huiusmodi viris qualis fuit proditor Iudas, vel Saül à Domino Deo suo accitus ad regnum, etiam fortes viri trepidabant. Conferentes deinde quanto certamine perueniretur ad finem, quantæ contritiones iustorum, quantæ sollicitudines,

qualis

qualis
bore c
propo
tia, q
diocri
vel lab
vel de
acerbi
ciuitat
partur
nobis.

Alic
qui si
sua, tin
& tan
terram
Satanam
Deum
in De
que co
mus er
struat
diruat
ponat.
etiam c
nit, c
cœlo.

qualis aduersarius, quanta diuturno labore contentio, quanta amaritudines propositi terroris, quæ vincula continentia, quæ conscientia verbera, non mediocriter conturbantur; ne quis tantis vel laboribus vitæ austerioris cederet; vel doloribus. Sunt enim ibi dolores acerbi & graves. Id est in Ecclesia; in illa ciuitate Regis magni, sunt dolores sicut parturientis, donec formetur Christus in nobis.]

Alio loco, stellis ipsis cœli, iis inquam qui sicut sydera fulgent in cœlo Ecclesiæ, timorem incutit ex Iudæ deiectione, & tanti syderis casu, ac detractione in terram. Præfatus enim immanem esse Satanae superbiam, qua ipsum quoque Deum petit, addit mirum non esse, qui in Deum sic insurgit, in homines quoque concitari; concluditque. [Caueamus ergo ne muros animæ nostræ destruat, ne propugnacula nostræ mentis diruat, ne super sydera thronum suum ponat. Ponit super sydera, quando electum decipit, quando iustum circumuenit, cuius opera elucet sicut stellæ in cœlo. Nonne & Iudas proditor inter

a serm. 16.

in psalm.

118. v. 2.

ceteros audiebat; Vos estis lux mundi? Nonne diabolus lumen eius extinxit?

a in psalm.
133.

48. S. Hieronymus, ^a tractans illud, qui fecit caelum, & terram: [Licet peccator es, noli desperare: Dominus omnia potest. Multi de terra, caeli fiunt, & multi de caelo, terra. Infelix Iudas, caelum fuit, & factus est terra. Paulus Apostolus eo tempore quo persequebatur Ecclesiam, terra erat. Confessus est, & caelum factus est. Nec qui caelum est, debet esse securus, nec qui terra est, debet desperare de vita.]

b epist ad
Chilonem.

Hoc item exemplo docemur, nemini de anteriori sanctitate fidendum. Basilidis ^b [Vnius Iudae prolapsio execranda, nempe à melioris vitae rudimentis ad exitum sortis deterrimae, satis superque esse debuerat ad communiendos, [!] mēdōsve Dei famulos in via institutae rectitudinis. Hic namque Christo ubi diutius cohæsisset discipulus, inescatus tandem qualiscunque lucelli illecebra, & doctorem vanni exposuit, & per improbam eam negotiationem implicito sibi laqueo praefocavit gulam. Quare id tibi perspectum ut sit, velim frater ac persuasum,

sum, i
deber
que d
legiti
soluit
tur.]
tuis, n
frater
rere, v
gredi
geris,]
nis inl
contir
liscun
quam
49.
nobis
ciamu
dinem
tollen
scend
Tu ven
Domi
teum i
errant
diamu
te firm

sum, non eum qui benè cœpit continuo debere decerni perfectum ex qualicunque delineatione pij operis: sed quisquis legitimo cursu stadium istius semel absoluit vitæ, hic Dei iudicio comprobatur. Ne igitur dederis somnum oculis tuis, neque palpebris tuis dormitationem frater, vt dorcadis in morem è reti liberere, vt que volucris è laqueo. Scito te ingredi inter medios, quibus vndique cingeris, laqueos. Precelsi quoque muri pinis inherescens, ita obambulas, vt si illinc continget te fuere præcipitem, non qualiscunque ruina consequetur, sed per quam plena periculi.]

49. S. Hieronymus ^a [Præcipitur ^{a in cap. 58. E/ia.} nobis vt arrepto nobis aratro, non respiciamus post tergum, vt rectorum altitudinem conscendentes, nequaquam ad tollenda seculi vestimenta velimus descendere, sed vt audiamus cum Moyses, *Tu verò hic sta mecum & sedeamus cum Domino lassij in via huius seculi super puteum in via Samaritanæ, conuersionem errantiumque salutem, sitientes vt audiamus Apostolum commonentem: stare firmi & immobiles*, ne patiamur illud

quod Iudas passus est proditor, qui perdidit locum ministerij sui, & transgressor effectus est, illiusque semper sententia recordemur, *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.*] Præterea alibi ^a [Noli fidem pensare temporibus. Ne me idcirco meliorem putes, quòd prior in Christi exercitu cœperim militare. Paulus Apostolus & vas electionis, de persecutore mutatus, nouissimus in ordine, primus in meritis est: quia extremus licet, plus omnibus laborauit. Iudas, qui quondam audierat; *tu autem homo qui simul mecum dulces capiebas cibos, dux meus, & notus meus, in domo Dei ambulauimus cum consensu,* proditor amici & Magistri, Saluatoris arguitur voce, & nodum informis lethi, trabe nequit ab alta. E contrario Latio, crucem mutat paradiso, & facit homicidij pœnam, martyrium. Quanti hodie diu viuendo portant funera sua, & quasi sepulchra dealbata, plena sunt ossibus mortuorum? Subitus calor, longum vincit teporem.] Et rursus alibi ^b [nihil Christiano foelicius, cui promittitur regnum cœlorum, nihil laboriosius quod

^a epist. ad
Paulinum
de instit.
Monachi.

^b epist. 4.
in initio.

quor
qui v
qui
exem
cruce
dico t
das d
nis ta
tate c
nec o
mine
rat.]
eius
[Hoc
festiū
tem i
sed vt
iudici
dit, c
pi, vt
dant.
nachu
cet ho
nus de
non d
& dal
otiosa

quotidie de vita periclitatur: nihil fortius
 qui vincit diabolum: nihil imbecillius,
 qui à carne superatur. Vtriusque rei
 exempla sunt plurima. Latro credit in
 cruce & statim meretur audire. *Amen*
dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Iu-
 das de Apostolatus fastigio, in prodition-
 nis tartarum labitur, & nec familiari-
 tate conuiuij, nec intinctione buccellæ,
 nec osculi gratia frangitur, ne quasi ho-
 minem tradat, quem Filium Dei noue-
 rat.] Tandem^a ad illud, & *episcopatum*^{a in psal.}
eius accipiat alter, ita philosophatur.
 108.
 [Hoc & in Actibus Apostolorum mani-
 festiùs interpretatum est. Non solum au-
 tem in illo tempore de Iuda dictum est,
 sed vsque hodie dicitur & vsque in diem
 iudicij. Si ipse Iudas Apostolatum perdi-
 dit, custodiant se Sacerdotes & Episco-
 pi, vt non & ipsi suum Sacerdotium per-
 dant. Si Apostolus cecidit, faciliùs Mo-
 nachus potest cadere. Virtus nõ perit, li-
 cet homo cadat & pereat. Tamẽ Domi-
 nus denarios suos dat suo foenore. Si ille
 non duplicauerit, accipitur pecunia eius,
 & dabitur habenti. Pecunia Domini
 otiosa esse non potest.]

229 mor.
c.9.

50. S. Gregorius² [multos nouimus
semel inuentam viam iustitiæ illibatè
vsque ad mortem tenuisse, & plerosque
conspeximus, vsque ad exitum cœpta
semel crimina sine cessatione cumulasse.
Quis verò inter ista occultorum iudi-
ciorum nubila mentis suæ radium mit-
tat, vt aliqua consideratione discernat,
vel quis periret in malo; vel quis per-
ficeret in bono, vel quis ab infimis con-
uertatur ad summa, vel quis à summis
reuertitur ad infima? Latent hæc sensus
hominum, nec quicquam de cuiuslibet
sine cognoscitur, quia diuinorum iudi-
ciorum abyssus, humanæ mentis oculo
nullatenus penetratur. Videmus nam-
que quòd illa aduersa Deo gentilitas, iu-
stitiæ luce perfusa est, & Iudæa dudum
dilecta, perfidiæ est nocte cecata. Scimus
etiam quòd Latro de patibulo transiit
ad regnum, Iudas de Apostolatus gloria,
est lapsus in Tartarum. Rursusque quia
aliquando fortes quæ cœperint non mu-
tantur; & latronem nouimus, alium per-
uenisse ad supplicium, & Apostolo sci-
mus percipisse propositum quod desi-
derauerat regnum. Quis ergo discutiat,
in

in qu
quis l
termi
mus e
tionis
vocat
cultu
postq
Castig
digo; a
efficia
compr
retro p
tender
palma
Christ
quo ex
illo v
electio
corpu
Væ m
stra m
mus;
torpor
Ric
cisam
dam c

in qua via habitet lux, & tenebrarum
 quis locus sit, vt ducat vnumquodque ad
 terminos suos, & intelligat semitas do-
 mus eius. Video Paulum ex illa persecu-
 tionis saeuitia, ad gratiam Apostolatus
 vocatum: & tamen sic inter iudicia oc-
 culta formidat, vt reprobari se etiam
 postquam vocatus est timeat, ait enim:
*Castigo corpus meum & in seruitutem re-
 digo, ne forte aliis pradicans, ipse reprobus
 efficiar.* Et rursus: *Ego me non arbitror
 comprehensisse: Vnum autem, qua quidem
 retro sum, oblitus, ad ea qua sunt priora ex-
 tendens me ipsum, ad destinatum, sequor ad
 palmam superna uocationis Dei in Iesu
 Christo. Sequor autem si comprehendam, in
 quo & comprehensus sum.* Et certè iam de
 illo voce Dominica dictum fuerat: *Vni
 electionis est.* & tamen adhuc castigans
 corpus suum, metuit ne reprobetur.
 Vae miseris nobis, qui de electione no-
 stra nullam adhuc Dei vocem cognoui-
 mus, & iam in otio quasi de securitate
 torpemus.]

Richardus Victorinus, ¹ tractans suc- 2 l 2. de
erudit. in-
ter hom. 6.
19.
 cifam arbotem quam c. 20. ostendit Iu-
 dam quoque praesignasse. [Audiamus

quid

quid de hac arbore dicat, & quid quisque timere debeat, disceat, & ingemiscat. Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil, & sanctus de coelo descendit: & clamauit fortiter, & ait sic. *Succidite arborem, & praecidite ramos eius: excutite folia eius: & dispergite fructum eius. Fugiant bestiae quae subter eam sunt, & volucres de ramis eius.* Vae filiis Adae, vae conditioni humanae. Quis quaeso quantumcumque profecerit, quantumcumque ascenderit, de reliquo poterit securus esse, si tantus vir, tamque perfectus, quasi sub vnius horae momento, potuit de tanta sublimitate cadere? Recolamus ergo qualis superius ex mystica arbore describitur, qui hic praecidi iubetur, & tunc melius agnoscimus in qualicumque virtutis fastigio constitutis, morum ruina quam iuste timetur. In magnitudine arboris, miramur modum fortitudinis; in altitudine eius profunditatem subtilitatis; in aspectus dilatatione, magnitudinem autoritatis. In pulchritudine foliorum facundiam sermonis, in nimietate fructuum multitudinem eruditionis; in esca vniuersorum, doctrinam

ædific
rigore
lucris
Quis
litaris
tit, si v
succif
beat m
enim
51
Iudæ
mos e
esse, q
no po
gus?
ret ad
dedit i
supern
tum: v
visum
tum, &
malè h
redeun
ne, et
sunt no
cens:
ita sum
mille

edificationis; in subiectione bestiarum
rigorem seueritatis; in cohabitatione vo-
lucrum, prouidentiam circumspeditionis.
Quis ergo nisi insanus in tanto mutabi-
litate ancipiti; sibi securitatem promit-
tit, si verè aliquando talis fuit, qui postea
succisus cecidit? Verè (vt Scriptura dicit)
beatus homo qui semper est pauidus. Nescie
enim quid futura pariat dies.]

51. Item monent Patres ex eodem
Iudæ exemplo, nemini fructus in proxi-
mos editi magnitudine tumescendum
esse, quasi id circò stabilitatem sibi in bo-
no polliceri debeat. Petrus Chrysolog-
us^a [Apostolos suos Christus vt mitte-
ret ad populos vario dolore languentes,
dedit illis virtutem spiritus, potestatem
supernam dedit, dedit gratiam sanita-
tum: vnde perambulantes illi, reddebant
visum cæcis, claudis cursum, surdis audi-
tum, & ne per singula vos morer, cunctis
malè habentibus dabant salutem. Vnde
redeuntes gloriabantur, dicentes: *Domine,*
etiam in nomine tuo, demonia subiecta
sunt nobis. Quos Dominus temperat, di-
cens: *Nolite gaudere quia demonia subie-*
cta sunt vobis, gaudete autem quia nomina
vestra

2 ser. 164

vestra scripta sunt in caelis : Ergo ne per
 elationem perderent, quod conquise-
 rant per laborem, & deputarent sibi
 quod diuinitus fuerant consequuti, ad
 humilitatem, quæ mater est doctrinæ,
 tali reuocat exemplo. *Quis vestrum ha-
 bens seruum arantem aut pascentem, qui
 regresso ab agro dicat ei transi & recumbe,
 & non dicit ei, para quod canem, & praein-
 gere & ministra mihi, donec manducem &
 bibam, & posthæc tu manducabis & bibes.*
 Post exactos labores, & magna & multa
 documenta virtutum, Apostoli satis sibi
 utiles videbantur, sed versati in luto car-
 nis & limo corporis huius, & quod essent
 inuiles nesciebant, sed deprehendun-
 tur eum Iudas tradit, Petrus negat, Ioan-
 nes fugit, relinquunt omnes, vt solus in
 quo erat, & ex quo erat tota utilitas, ap-
 pareret.]

52. Ad hæc neminem vel post mi-
 racula edita, debere certam sibi perseue-
 rantiam polliceri, vel etiam se idcirco
 arbitrari Deo grati, monet Iudæ exem-
 plum. Audi Anastasium. [Quando vi-
 deris, & per hæreticos, & per incredulos
 diuino aliquo iudicio fieri aliquod si-
 gnum

a q. 21. in
 script. &
 alibi q.
 20.

gnu
 dime
 acce
 non
 dem
 muli
 tur, l
 quoc
 mort
 dos. C
 stime
 recta
 oport
 ex su
 quod
 rectè
 lum C
 haret
 proph
 pensat
 sum. V
 donof
 tum la
 pter c
 ipsi est
 ergo v
 incred
 Tom

gnum, ne obstupescas; aut à recta fide dimouearis: Sæpè enim eius etiam qui accedit fides, ea est quæ signum facit; non eius qui fiat dignitas. Ioannes quidem certè qui fuit maior inter natos mulierum, nullum signum fecisse cernitur, ludas autem omnino fecit: nam ipse quoque erat cum aliis, qui missi sunt ad mortuos suscitandos, & leprosos mundandos. Quamobrem ne magnum quid existimes si videris aliquem indignū aut à recta fide alienum, signum facere. Non oportet autem aut virum Orthodoxum ex signis, aut Prophetam diiudicare quòd sit sanctus: sed ex eo quòd vitam rectè instituit. Multi enim sæpè non solum Orthodoxi peccatores, sed etiam hæreticos infideles, effecerunt signa & prophetarunt, cum diuina quadam dispensatione (vt diximus) eis esset concessum. Vt in Balaam, Saule, & in Nabuchodonosor, & Caïpha, licet inuenire, Spiritum sanctum in eis esse operatum, propter causas rationi consentaneas; licet ipsi essent indigni & prophani. Quoniam ergo vt ostensum est, à peccatoribus & incredulis sæpè fiunt signa & prophetiæ

per quandam dispensationem ; non oportet de cætero ex rebus huiusmodi diiudicare quempiam , num sit sanctus : sed ex eorum fructibus , vt dicit Dominus, cognoscetis eos.]

a Marth.
7.

b t 9. Hieron.

Hieronymus ^a recenset Iudæ miracula cum animo proditoris. Apud eundem Autor epistolæ de scientia diuinæ legis ^b [Nō nobis blandiri debemus in factis iustorum , si in prohibitorum transgressione peccemus , cū transgressione crimen benefactum meriti tollat. Quod non mei sensus assertio , sed vtriusque Testamenti exempla probant ; vbi inuenimus etiam Dei amicos ob vnus contemptus errorem, bonorum retrofractorum munificētiā perdidisse. Sic Adam cū diabolo facilē credidit seducenti, post familiaritatem & colloquium Dei, vnus pomi cupiditate superatus perdidit paradysum : & quia per transgressionem vnum habere præsumpsit, multa simul bona amisit. Sic vxor Loth post Angelorum obsequia , contra interdictum retrō aspiciens ; in figmentum salis repente mutata est. Sic Semeias eadem die, qua mirabilia fecerat, gratia propheta-
tali,

tali,
licif
pos
cam
cept
ceclo
S
ius q
lius,
vero
gnis
Est c
gent
ctuo
actio
signi
ducit
gnun
ad ve
pact
anim
cum
nerat
signa
trarin
seorū
eos fa

tali, à leone deiectus occiditur. Sic infœ-
licissimus Iudas, post electionis meritum,
post signorum gloriam, post Apostoli-
cam dignitatem, exiguæ stipis amore de-
ceptus, cui tribunal promittebatur in
cœlo, laqueo captus est in terra.]

Sed optimè D. Chrysoſtomus ^a [Ma- a como 5.
Græcol.
ſerm. 12.
ius quidem est miraculum & formidabi-
lius, ac naturam noſtram exuperat: actio
verò, & conuerſatio, res quidem est ſi-
gnis minor, ſed vtilior & fructuoſior.
Est quippe laborum præmium, & dili-
gentiæ merces. Atque vt intelligas fru-
ctuoſiorem eſſe, atque vtiliorem ſigno
actionem, actio quidem bona, etiam ſine
ſignis, eos à quibus peracta fuerit, intro-
ducit in cœlum: miraculum autem, & ſi-
gnum abſque conuerſatione, deducere
ad veſtibula illa non poſſunt. Quo verò
pacto id fiat, oſtendam: Vos autem,
animaduertite qua ratione priorem lo-
cum obtineant actiones, cum de remu-
neratione mercedis agitur: qua ratione
ſigna quidem, ſi ſola ſint, eos qui illa pa-
trarint, ſaluos non faciunt: actio verò
ſeorſum ſumpta nulla re indiget alia ad
eos ſaluandos qui eam poſſident. *Multi*

dicent mihi, inquit Christus, in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? (Hoc signum est, & miraculum,) nonne in nomine tuo dæmonia multa eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Vides vbi que signa, & miracula? Videamus quid dicat Deus, quia nuda erant miracula, nec vsquam conuersatio: *Discedite* (inquit) *à me, nescio vos, qui operamini iniquitatem.* Si non nosti eos, unde tibi innotuit eos iniquitatem operari? vt intelligas illud, *Nescio vos*, non ignorantia, sed odij, & auersionis esse. *Nescio vos:* Quam ob causam, quæso? nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus? Propterea vos odio prosequor, & auersor, inquit, quia ne donis quidem acceptis meliores euasistis; quòd tanto honore cumulati, in eadem malitia perstitistis. *Discedite à me, nescio vos.* Quid igitur? Olim dona dabantur indignis, & qui vita erant, & moribus deprauatis, edebant miracula, & diuinis ditabantur donis, licet optimam conuersationem non curarent? Ditabantur illi quidem ob eximiam Dei benignitatem, non ob suam dignitatem. Erat enim religionis verbum

vbique spargendum, quandoquidem initium, & origo erat fidei. Vt igitur optimus agricola in nouellam arborē, quam non ita pridem terræ sinui commendauit, dum adhuc tenera est, multam curam impendit, vndique illam circumuallat, & lapidibus munit, & spinis, vt ne à ventis euellatur, nève alio quodam incommodo lædatur; postquàm autem radices egerit, & in sublime creuisse illam viderit, tum amouet munimenta; (sufficit enim sibi ipsi arbor ad iniurias tales repellendas:) ita quoque in fide accidit. Quando nuper erat plantata, quando tenera erat, omni ex parte multa in eam cura impendebatur. Postquàm autem coaluit, & radices egit, & in sublimitatem ascendit; postquàm vniuersum terrarum orbem compleuit, munimenta remouit Christus, & de cætero tutamina sustulit: Propterea initio quidem indignis dabantur dona; quoniam hoc auxilio, fidei fouendæ causâ, indigebat antiquitas: Nūc autem, neque dignis conceduntur: fidei quippe robur, & firmitas hoc subsidio non eget. Atque vt intelligas nequaquam illos imposuisse, sed ve-

rè miracula edidisse, atque indignis hominibus dona fuisse concessa, vtque præter ea quæ dicta sunt, quiddam etiam aliud perficeretur, Deique munus illi reueriti nequitiam abiicerent, Iudam omnes fatentur signa fecisse, dæmones eiicisse, mortuos suscitasse, leprosos mundasse, nihilominus tamen excidit à regno cœlorum. Non enim illum saluum facere signa potuerunt, quia latro, fur, & proditor factus est Domini. Ac signa quidem sine optima conuersatione, vitæque pura, & ex actu saluum facere minime posse demonstratum ex istis est: conuersationem autem hoc signorum, solatio destitutam, neque illo stipatam præfidio, sed quamuis sola compareat, posse cum fiducia in regnum cœlorum introire Christo docente condisces: *venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Quam ob causam? quia mortuos suscitauerunt? quia leprosos mundauerunt? quia dæmones expulerunt? Nequaquam: sed qua de causa? *Esurientem me vidistis, inquit, & aluistis: sitientem, & dedistis mihi potum: nudum, & cooperuistis me: hospitem, & collegistis*

legistis. Nusquam miracula, sed vbique conuersatio. Vt igitur illic vbique miracula, & statim supplicium, quoniam conuersatione destituta erant miracula; sic & hoc loco vbique conuersatio, nec vsquam miracula, & statim salus: propterea quod per se solam possessores suos saluos facere potest optima conuersatio. Idcirco etiam beatus hic & generosus, ac mirabilis Lucas ita librum inscripsit: Acta Apostolorum, non miracula Apostolorum, tametsi fecerant, & ipsi miracula. De hoc vniuersè S. Gregorius latè.^a

al. 9. epist.
58.

XIII. Nemo mærore obruatur cum deliquit, aut Iudæ imitatione, spem diuine miserationis abuciat.

53. Quia peccatum, cum desperatione certa mors, vt egregiè dixit Augustinus^b propterea Patres hoc grauiter infigunt, vt Iudæ deiectionem animi innituri caueant qui peccarunt.

b hom 27.
ex 50.

S. Chrysostronus^c [Magnum dolorem & immoderatam tristitiam quasi vtilem post peccata laudant atque admirantur. Quod diabolico artificio fieri, Iudas pa-

c hom 87.
in Matth.

refecit: qui ex dolore nimio se suspendit. Propterea Paulus pro eo qui fornicatus fuit, formidauit ne quid tale pateretur: & admonuit Corinthios citius eum liberare, ne nimio submergeretur dolore. Deinde ostendens à diabolo nimiam hanc esse tristitiam, adiecit: *ut non circumueniamur à Satana. Non enim ignoramus* (inquit) *cogitationes illius*, quia dolos semper & fraudes nouas adinuenire solet. Si enim apertè pugnaret facilis esset victoria] Et mox. [Aduersus desperantes ait, Dominus, *an non surget qui cecidit, an qui auertit, non conuertetur?* Et rursus: *Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.* Et, *hodie si vocem eius audieritis*, &c. Et, *quod letitia sit in caelis, quum peccator penitentiam agit.* Multaque huiusmodi & documenta & exempla in Scriptura inueniuntur. Ne autem religionis nomine perdamur illud Pauli dicendum iterum atque tenendum est, *ne nimio dolore, inquit, absorbeatur.*]

a orat in acerbius iudicantes. Et eadem uerbatim habet orat. de penitentia.

Nyssenus. ^a [Quoniam aliàs iudicij Dominus, qui in infinita millium millia misericordiam tribuit, nec uult mortem peccatoris, sed expectat, ut resipiscat, eo fit,

fit, v
tiam
affici
ferico
cum
rum
tufqu
reces
habe
cerdo
modo
luger
tatus
lus.
existi
peraf
quam
venia
per o
tem f
nio f
Chri
bapti
runt.
cem
cuti
rat, v

fit, vt ne illi quidem, qui priorem gratiam contumeliosius abiecerunt, merito afficiantur supplicio, sed à posteriore misericordia prior excipiatur, & obliuio cum venia coniungantur vt lachrymarum effusio lauacri vim habeat, gemitusque reducat gratiam, quæ paulisper recesserat. Si orationi nostræ fidem non habes, Petrum in ædibus principis Sacerdotum interroga, & dicet tibi, quomodo abnegationis peccatum, amare lugens expiauerit; nec in Simonem mutatus sit, sed Petrus permanserit Apostolus. Ego autem & Iudam Iscariothem existimo, nisi sui ipsius carnifex esse properasset, facinus suum grauius putando, quàm vt sibi posset ignosci, sed supplex veniam petiisset, eius misericordiæ quæ per orbem erat diffusa, non fuisse expertem futurum: Cui quidem rei testimonio sunt Iudæi illi, qui cùm Christum Christum cruci suffixissent; credentes, baptismo mentes simul & manus abluerunt. Quod si illi qui Christum in crucem egerant misericordiam sunt consecuti, & ipse profectò qui illum tradiderat, veniam impetrasset.]

a hom. 27.

Antiochus ^a [Animæ præstantis prorsus ac generosæ peculiaris conditio ea est, ut quantæcumque tandem inundent calamitatum procellæ, nullo vnquam pacto sinat à se auelli spei solidæ anchoram. Ob hoc enim hominis vita πρωτητις dicitur; tentationum seu Piratarum domicilium. At nos ne sic, quidem à Domino deficiamus, quousque tentatorem iubeat semotius à nobis secedere, & per intolerantiam atque immobilem animi rigorem, vitæ restituamur tranquilliori. Quod enim peccati genus vsquam inueniatur atrocius desperatione. Iudas ille Domini proditor quàm pusilli erat & abiecti animi? quam rudis & expers conflictus tentationum? Ob hoc enim spem omnem à se cùm abieciisset, insiliente in eum inimico, funiculo sibi præfocauit gulam. At Petrus, solida illa petra, non in peccatum impegit, nec mediocre? Verùm is tamquam qui tales conflictus doctrinæ experientia didicisse ob maleloquam negationem, spem neutiquam abiecit: sed lachrymas adhibuit pacarias apud Dominum & conciliatrices] &c. [Ne igitur Charissimi à nobis spem abie-

cia

ciam
Magi
cat in
com
H
nobis
iectio
tinge
anim
tissim

XIV

re

m

54

bum
exem
addu
num
quã
bus,
S.
qui c
iugu
diæ t
tem

ciamus, impetrandæ illius beatæ vitæ. Magis verò quantulacumque est vt crescat intendamus, omnique ex parte eam communiamus lumine fidei.]

Hesychius ^a [Discamus à Christo de nobis humiliter sentire, & à Dauide abiectionem, à Petro flere ob casus contingentes. Non tamen despondeamus animum, more Sansonis, Iudæ, & sapientissimi Salomonis.]

^a *centur.*
^{1.} *de temp.*
^{n.} 38.

XIV. *Discipuli labes in Magistrum non refundenda, aut viceuersa, sed neque ministri in opus Dei.*

54. Sicut Magistri sanctitas improbum discipulum non illustrat, quod exemplo Iudæ confirmant Patres supra adducti; ^b ita improbitas discipuli bonum magistrum non dehonestat; contra quam plerisque præ affectu cæcutiantibus, perperam videtur.

^b *num. 4.*

S. Ephrem. ^c [Si discipulum nactus sis, qui culpa ac negligentia sua, religionis iugum excusserit; caue turberis, aut desideræ tristitiæ que locum præbeas, vt mentem tuam vehementius excrucies, ne & tibi

^c *l. de vita*
spiritali
puncto 93.

tibi ipsi obsis, & ei non profis. Sed cogita qualis fuerit Elisæi Prophetæ minister. Quod si ad magnam malitiam deuen- rit, in memoriam tibi eum reuoca, qui ex Apostolo factus est proditor. Et quis ita perfidus est & iniquus, vt præceptori ruinæ suæ causam adscribat, ac non potius improbæ voluntati ipsius discipuli? libero enim arbitrio Deus-hominem donauit; vnde & præmia, & supplicia ei sunt proposita: ac legitimè quidem hîc certantibus, honor atque corona, transgressoribus autem & contemptoribus, supplicia atque tormenta.]

a hom. de
S. Phoca.

S. Chrysostomus. ^a [Commune thea- trum erat arca Noë, sed Ecclesia melior est etiam quàm ista. Nam bruta quidem animalia illa recipiebat & bruta conser- uabat; hæc autem bruta recipit, & trans- mutat. Exempli gratia, si intrauerit vul- pes hæreticus, ipsum ouem efficio: si in- trauerit lupo, ipsum agnum efficio, quã- tum in me situm est. Sin autem noluerit non id vicio meo fit, sed ex ipsius impro- bitate. Quandoquidem Christus etiam duodecim discipulos habuit, & vnus fa- ctus est proditor. Verumtamen non pro- pter

pter Christum, sed propter animum eius
vitiatum. Quandoquidem & Elifæus disci-
pulum habuit auarum; at non ob im-
becillitatem Doctoris, sed ob discipuli
negligentiam. Equidem semina iacio: si
terra sis pinguis semen excipiens, etiam
segetem reddis, sin autem petra sis steri-
lis, nullo meo vitio id fit: siue audieris, si-
ue non audieris, spirituale tibi carmen
occidere, & vulnera mitigare non desi-
nam.]

Neque vniuersa præceptoris malitia
discipulo affricanda S. Chrysostronus ^a *a hom. 37.*
[Licet præceptorem habeas malum ni- *ad popul.*
hil hoc tibi obesse poterit, cum dictis in- *in sine.*
tendas. Non enim ex his quæ Sacerdos
egit, sed quæ audita neglexisti, ex his ti-
bi Deus sententiam feret. Itaque si præ-
cepta quidem facias, cum multa tunc ad-
stabis fiducia: si verò quæ dicuntur ne-
glexeris, etiam si mille perditos ostende-
ris Sacerdotes, nihil hoc tibi proderit.
Quoniam & Iudas Apostolus erat, ve-
runtamen nihil hoc pro sacrilegis & aua-
ris vnquam in defensionem proponetur.
Nemo poterit accusatus dicere quod &
Apostolus fur erat, & sacrilegus ac pro-
ditor

ditor sed hoc ipsum nos maximè puniet & condemnabit, quod nec aliorum malis correcti sumus: nam & propter hoc illa scripta sunt vt eorum æmulationem fugiamus.]

55. Improbilas quoque administri siue instrumenti non inquinat opus Dei. Nam Iudas priusquam quis esset detegeretur, multa & magna fecit Dei opera; baptismum Christi administrauit, concionatus est, ægros sanauit omnis generis, miracula patrauit: quæ quatenus Dei in eo opera, ex subiecti labe vitium non hauserunt.

a. l. i col.
lat. c. 19.

S. Odo^a [Ob hoc fortè vel excommunicationes Pastorum, quas ad compescendam prauorum malitiam adhibent, vel admonitiones contemnunt, quia vitam illorum reprehendunt, quod equidem ingens scandalum quibusque illis foribus præbet. Sed Pastor & Episcopus animarum nostrarum Christus, non est contemnendus, qui in his auditur & contemnitur. Qui sicut præsciens futurorum, huius temeritati contemptorum, obuiat dicens. *Quicumque dixerint vobis seruate. & facite.* Et vt hoc inferamus,

1011b

quis

quis
proph
de m
strare
proph
bus,
set co
thas a
mellis
substr
mitter
idcirc
topere
datur
telligi
cum c
fugab
Grego
Ioann
Caiph
proph
ignora
dicaui
incurr
libera
diuini
gaban

quis peior quàm Caiphas, qui de Christo prophetauit? scilicet, qui prophetiam unde meruerit, sanctus Euangelista monstrare voluit, dicens: *cum esset Pontifex, prophetauit.* Saul Rex impius & reprobus, cum præcepisset ne quis donec esset completa victoria comedisset, Ionathas autem iussionis nescius, paululum mellis gustasset; mox diuinus fauor ita subtractus est, vt victoria penitus intermitteretur. Quam indignationem suam idcirco Deus tunc palàm fecit, vt quantum in contemptu Rectorum offendatur, deinceps per omne sæculum intelligi posset. Nam & Iudas proditor cum cæteris Christi discipulis dæmonia fugabat, quod in libro epistolarum S. Gregorij, & in sermone de cruce sancti Ioannis Chrysostomi perhibetur. Igitur Caiphas propter Pontificatus honorem prophetauit; & illam Saulis iussionem, ab ignorante licet contemptam, adeò vindicauit vt Ionathas mortis sententiam incurreret, nisi totius populi auctoritate liberaretur. Dæmones ob reuerentiam diuini nominis ab ipso suo complice fugabantur. Cum verò ista ita sint, viderint

quid

quid faciant, qui pastores etiam sine fide Christi viuentes, despiciunt. Vt enim ita dixerim, audaciores sunt quam dæmones.]

a apud Cy-
pri.

Autor sermonis de Christi baptismo. ^a
[Ne vlla præsumptio sibi doni huius in posterum gloriam vendicaret, in hoc sicut & aliis, Domini nostri, Ecclesiæ suæ prouidit benignitas, vt ipse baptizaretur à seruo ne conserui conseruorum ministeriū detrectarent, vel aliquis cuiquam in hoc opere præferretur. Quoniam siue Iudas, siue Paulus baptizet; Christus peccatum lauat, absoluit, & delet. Sic Rachel & Lia, Balam & Zelpham maritis accommodant, & liberos accipiunt ex vteris ancillarum. Scribæ & Pharisei in Cathedra Moyse sedentes, dum agunt quæ ad Cathedram pertinent, per omnia plenitudine potestatis vtuntur, & officium non vita tantis effectibus honoratur. Obediunt dæmones exorcistis; *Christum*, inquit, *scimus*, & *Paulū nouimus*, & *in nomine Christi quem Paulus predicat, adiurati egredimur, vos autem penitus ignoramus*. Ecce in nomine suæ nihil quæstuarij peragunt Exorciste,

dup.

nec

nec se eis deferre ipsi dæmones profitentur, sed nomen Christi etiam per lucrorum sectatores, suæ gloriæ retinet potestatem & fiunt in talibus causis ministri mercenarij : sicut naues onerariæ, quæ per pelagus euehunt institores, quarum rectores potius eorum quos ducunt pecuniis inhiant quàm saluti. Et tamen mare sæculi huius necessarios habet huiusmodi transuectores : aliqui cessabunt commercia, nec ex transmarinorum copia aliorum inopia habebit subsidium, nec occurrent sibi solatia regionum si vehicula tollantur de inuio, & pelagus immeabile relinquatur. Bonis quippe sepe malorum ministeria suffragantur.]

§ 6. Anastasius ^a. II. [Baptismum a epist. 2.
quod procul fit ab Ecclesia siue ab adul- ad Imper.
tero siue à fure, fuerit datum ad perci- Anast. c. 7.
pientem munus peruenit illibatum, quia
vox illa quæ per columbam sonuit, om-
nem maculam humanæ pollutionis ex-
cludit, qua declaratur ac dicitur : *Hic est
qui baptizat in spiritu sancto & igne.* Nā,
si visibilis Solis istius radij, cum per loca
fœtidissima transeunt, nulla cōtactus in-
quinatione maculantur, multo magis il-

lius qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cōstringitur; nam & Iudas cū fuerit sacrilegus atque fur, quidquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipso Domino manifestissima voce: *Scribæ, inquit, & Pharisei super Cathedram Moſis ſcđent: quæ dicunt facite: quæ autem faciunt nolite facere. Dicunt enim & non faciunt.* Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in Ecclesia minister officiosus videtur operari, hoc totum cōtineri impletæ divinitatis effectū, ita ille per quem Christus loquitur Paulus affirmat: *ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit.* Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Adeo autem non quæritur quis vel qualis prædicet, sed quem prædicet, ut invidios etiam benè prædicare Christum confirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare non desinit.]

a ad Con-
sul. Bulg.
c. 14.

Ratum habuit Anastasij pronunciatum, Nicolaus I.^{us} [Diversi fuere (inquit) qui

qui
ban
cu
non
Chr
geb
vs q
geli
præ
quin
sa se
geli
nori
Chr
perc
voto
hibi
annu
ter c
& m
ciat
fauc
scrib
qual
5
non
bus E

qui diuerso modo Christum annuncia-
bant sed siue occasione, siue quomodo-
cumque hunc annuntiarent, hos tamen
non prohibebat Apostolus, qui solum vt
Christus annuntiaretur, plurimum sata-
gebat. Quia enim Christus ordinauerat,
vs qui Euāgelium annuntiaret de Euan-
gelio viueret, multi idcirco Christum
prædicabant, vt commoda terrena ac-
quirerent. Ergo nõ erat Christus in cau-
sa sed auaritia. Rursus quia multi Euan-
gelij prædicatores, à fidelibus magnis ho-
noribus efferebantur; nonnulli ideò
Christum prædicabant, vt similia & ipsi
perciperent. Ergo non erat Christus in
voto, sed inuidia. Sed nemo istorum pro-
hibitus est, quominus per hos Christus
annuntiaretur. Nimirum cum Iudas in-
ter cæteros Apostolos à Domino missus,
& miracula fecerit, & Christum annun-
ciauerit, & in nomine eius multos bap-
tisaauerit. Itaq; vt sedis Apostolicæ Præsul
scribit Anastasius, non quæritur quis vel
qualis prædicet, sed quem prædicet.]

57. S. Bernardus. ^a [Qui Ecclesiam a ferm. 6.
in Cant.
non agnoscunt, non est mirum si ordi-
bus Ecclesiæ detrahunt, si instituta non

recipiunt, si sacramenta contemnunt, si mandatis non obediunt. Peccatores, inquit, sunt Apostolici, Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri, ac per hoc nec dādis nec recipiendis sacramentis idonei: nunquam verò duo ista conuenient, Episcopum esse, & peccatorem. Falsum est. Episcopus erat Caiphās, & tamen quantus peccator qui in Dominum mortis dictabat sententiam? Si negas Episcopum arguet te testimonium Ioannis, qui eum in testimonium sui Pontificatus, etiam prophetaſſe refert. Apostolus erat Iudas, & licet auarus, & sceleratus, electus à Domino. An tu de illius Apostolatu dubitas quem Dominus elegit. Nunc ego (inquit) *vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est.* Audis eūdem electum Apostolum, & extitisse diabolum, & negas posse esse Episcopum qui peccator est? Super Cathedram Moyſis, sederunt Scribæ & Pharifæi, & qui non obediunt eis tamquam Episcopis inobedientie rei fuerunt, etiam in ipsum Dominum præcipientem & dicentem: *quæ dicunt facite.* Patet, quamuis Scribe, quamuis Pharifæi, quamuis videlicet maximi pecca

peccatores, propter Cathedram tamen Moysis, ad eos quoque nihilominus pertinere, quod item dixit. *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit.*]

S. Augustinus.^a [Minister id est dispensator verbis sacramenti Evangelici, si bonus est consocius sit Evangelij: si autem malus est, non ideò dispensator non est Evangelij. Si enim bonus est, volens hoc facit, si autem malus, hoc est sua quærens non quæ Iesu Christi, inuitus hoc facit propter alia quæ requirit. Vide tamen quid idem Apostolus dixerit, *si ergo volens hoc facio*, inquit, *mercedem habeo, si autem inuitus dispensatio mihi credita est*: Tanquam diceret: si bonus bonum annuncio, etiam ipse præuenio. Si autem malus bonum annuncio: (numquid enim dixit si inuitus facio?) dispensator non ero: Annunciauit Petrus & cæteri bonis, inuitus Iudas, tamen cum ipsis missus, annunciauit. Illi mercedem habent, huic dispensatio credita est. Qui autem omnibus illis annunciantibus Evangelium perceperunt, non à plantatore vel rigatore, sed ab eo qui incrementum dat, mundari, & iustificari poterunt. Neque

*2 l. 3. contra
litter.
Petil. c. 55.*

enim dicturi sumus, Iudam non baptizasse, cum adhuc inter discipulos fuerit quando fiebat quod scriptum est, *Ipse non baptizabat, sed discipuli eius.* An quia nondum Christum tradiderat qui loculos habebat, & ea quæ mittebantur aufererat, qui pecuniæ custos innocens esse non potuit, dispensator tamen gratiæ sine accipientium damno fuit? Aut si non baptizauit, certè fatemini quia Euāgelizauit.] Et alibi. ^a [cū tantum distaret inter Petrum & Iudam, nihil tamen distabat inter baptismum qui dabatur per Iudam. Illud enim quod per eos dabatur, vnum erat, cum ipsi non essent vnum, & illud Christi erat: Illorum autem, vnus ad membra Christi, alter ad partem diaboli pertinebat.] Idem ad illud ^b *inustus autem quid fecit?* ita scribit. [Quid vobis fecit Christus, qui eundem traditorem suum, quem diabolum nominauit, qui ante traditionem Domini, nec oculis Dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris discipulis ad prædicandum regnum cælorum misit, vt demonstraret dona Dei, peruenire ad eos qui eum fide accipiunt, etiam si talis sit,

per

^a l. de unitate Eccle. sicut c. 18.

^b in psal. 10.

per quem accipiunt, qualis Iudas fuit.]
 Exscripsit in hanc rem hunc locum Pe-
 trus Damiani.^a

a l. gratif-
 simus c.
 16 in fins.
 b l. 1. c. 8.

58. Egregiè quoque in hanc rem
 exemplo Iudæ Luitprandus^b agens de
 Stephani Papæ in Formosum truculen-
 tia. Relata enim ea plusquam ferina bar-
 barie, qua Formosi corpus è sepulchro
 extractum, & circumpositis Pontificali-
 bus ornamētis in throno locatum, móx-
 que ad contumeliæ accessionem, inde
 deiectum, & exutum sacro amictu, etiam
 tribus digitis, quorum ad benedicen-
 dum vsus est, truncatum, & (proh insa-
 num furorem!) iactatum in Tyberim est:
 cum subdidisset Luitprandus omnes à
 Formoso inauguratos, iussu furentis suc-
 cessoris depositos denuoque initiatione
 noua pollutos, potiùs quam sacratos, ad-
 dit: [Hi qui à Iuda Domini nostri Iesu
 Christi proditore ante proditionem, sa-
 lutem seu benedictionem Apostolicam
 perceperant, ea post proditionem, pro-
 priique corporis suspensionem, minimè
 sunt priuati, nisi quos improba fortè scē-
 darunt flagitia. Benedictio siquidem
 quæ ministris impenditur, non per eum

qui videtur, sed qui non videtur, Sacerdotem infunditur. *Neque enim qui rigat est aliquid, neque qui plantat, sed qui incrementum dat, Deus.]*

XV. *Nemo corpus uniuersum damnet, ob vnus membri vitium.*

Hæc est vulgatissima & deterrima peruersio. Idcirco sæpè à Patribus improbatur; quorum iam æuo viguisse docent in eam toties conclamantes.

a canno. de pudic.

Nazianzenus^a in eos qui professores pudicitiae infamabant, ob aliquorum probrum, sic canit.

*At corruerunt dixeris quidam. Male
Tibi sit, legis qui debiles, non optimos
Illi probrum sunt nam sibi, hi nobis
decus.*

*Diramne propter grandinem tellus cæli,
Serique vitis desinit? Quid? littori
Pontusne cunctos applicat, quos accipit?
Longinqua verò quid sequor? cum Phos-
phoro*

*Vtrum Angelorum sunt simul lapsi
Chori?*

Quid

Quid? Nōne Christi carnifex Iudas
erat?

Apostoli verò decus? Quin iam mala
Tu nuptiarum cogitas, furti & thori,
Adulteratur queis amor, & queis genus?
Incede sursum lior ac humi corruat.]

Et alibi^a inducta per prosopopeiā vir-
ginitati partes suas turante, aduersus eos a carm. de
laude vir-
ginit. sub
finem.
qui paucorum casum in totum cœtum
deriuabant, post multa in eam rem, sic
concludit.

Angelus ante fuit miro splendore coruf-
cus,

Lucifer: ast illo cœlesti ex arce ruente,
Cœlitibus tamen incolumis sua gloria
mansit.

Sic neque discipulis sceleratus casus
Iudæ

Opprobrio fuit. Ille quidem de sede bo-
norum

Protinus eiectus, nigrum detrusus in Or-
cum est.

At reliqui cursum, recti tenuere prio-
rem.

Sic postquam aquorea quemdam rapuere
procella

Vela alius pandens, vento tumefucta fu-
renti

*Navigat, extincti prospectans triste sepulchrum,
Aut etiam à tumulo puppis retinacula soluit.*

*a orat. 21.
n. 16.*

Rurſusque ^a alibi. [Mihī chariſſimum ſolum, patriam, inquam meam, omni crimine ſolutam velim : Improbitas enim non patriæ ſed iis qui animi inductione ipſam elegerunt, aſſignāda eſt. Illa enim, quippe ſacra & apud omnes pietatis laude clara & illuſtris eſt: hi autem Eccleſiæ matre indigni. Porrò in vinea quoque ſpinam naſci audiuiſtis : ac Iudas qui in diſcipulorum numero erat, proditor fuit.]

*b catech.
15.*

59. S. Cyrillus Hieroſol. ^b [Si audis quod Epifcopi cōtra Epifcopos & Clerici contra Clericos, & populi contra populos, vſque ad ſanguinem certant, ne perturberis; Prædictum enim eſt. Non attendas his quæ nunc fiunt, ſed quæ prædicta ſunt. Ne ſi ego qui te doceo peream, tu pereas ſimul. Sed licet & diſcipulos meliores eſſe magiſtris, & qui poſtremus venit, eſſe primum: quandoquidem & eos qui hora vndecima veniunt, recipit Dominus. In Apoſtoliſ in-
uen a

uenta est proditio, & miraris si & in Episcopis, fraternum odium reperiatur?]

Cassianus ex persona Abbatis Piamonis. ^a [Si vnquã inter fratres similis fuerit a collat. 18. c. 16. oborta tentatio, nequaquam à cursu trãquillitatis excussi, blasphemis secularium obtrectationibus aditũ referemus. Nec peruersos atque execrabiles quosque sanctorum virorum numero insertos, latitare miremur, quia dum in huius seculi area conculcamur atque conterimur, necesse est etiam paleas igni perpetuo deputandas, inter electissima frumenta misceri. Denique si vel Satan inter Angelos, vel Iudam inter Apostolos, vel Nicolaum prauissimæ hæreseos inter Diaconos reminiscamur electos, hoc quod nequissimi homines Sanctorum ordini deprehenduntur inserti, mirum esse non poterit.]

S. Chrysostomus. ^b [Si videris Sacerdotem indignum non ob id etiam calumniari Sacerdotium debes: neque enim calumnianda res; sed ille solum meretur onerari conuisciis, qui tanto bono abutatur. Non enim si Iudas proditor fuit, hoc Apostolicæ professionis crimen

b hom. de virtut & vitiis.

men, sed vnus tantum viri mens impro-
 ba fuit. Et medici quidem multi carnifi-
 ces sunt, qui pro medelis venena propi-
 nant: nec tamen artem vitupero, sed qui
 arte sua iniquus abutitur. Et nauæ com-
 plures nauigia amiserunt, nec ars nauig-
 andi tamen, sed eorum peruersa volun-
 tas iure damnanda.] Eadem propè ver-
 batim iterat alibi. ^a Rursus ^b alio loco,
 tanquam familiarem infidelium labem
 memorat, ex vnus Christiani qualicun-
 que culpa, vniuersum Christianum no-
 men infamia aspergete.

*a hom. 4. de
 verbis E-
 sai.
 b hom. 7. in
 Genes.*

*c epist. ad
 Salinianū
 Diaconum
 virginis
 corruptore.*

60. S. Hieronymus. ^o [Nec mirum
 quamuis sanctum hominem tamen in
 homine diligendo potuisse falli : cum &
 Deum pœniteat, quod Saül in Regem
 vnixerit: & in duodecim Apostolis Iudas
 sit proditor repertus; & de quondam or-
 dinis tui hominibus, Nicolaus Antio-
 chenus immunditiarum omnium, & Ni-
 colaitarum hæreseos auctor extitisse re-
 feratur.] Item retundens Vigilantiij pro-
 bra. [Error & culpa iuuenum, vilissima-
 rumque mulierum, qui per noctem sæpè
 deprehenditur, non est religiosus homi-
 nibus imputandus : quia & in vigiliis
 Paschæ

Pas-
 uine
 præ-
 liis p
 nis o
 pro
 vigi
 stru
 cog
 illuc
 [In
 esse
 reci
 misi
 cipu
 esse
 dop
 ben
 stran
 cit :
 nom
 cipi
 ptus
 Epif
 trun
 num
 quer

Paschæ tale quid fieri plerumque conuincitur: & tamen paucorum culpa, non præiudicat religioni, qui & absque vigiliis possunt errare, vel in suis vel in alienis domibus, Apostolorum seriem Iudæ proditio non destruxit. Et nostras ergo vigilias, malæ aliorum vigiliæ non destruent: quin potius pudicitia vigilare cogantur, qui libidini dormiunt.] Et ad illud, *qui recipit Prophetam,* ^a sic differit. [In omni professione zizaniam mixtam esse tritico, præiuserat: *qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit:* ad susceptionem magistrorum discipulos prouocauerat. Poterat occulta esse credentium responsio: ergo & pseudopphetas & Iudam proditorem, debemus recipere, & illis alimoniam ministrare. Hoc Dominus ante procurans dicit: non personas suscipiendas esse, sed nomina; & mercedem non perdere suscipientes, licet indignus fuerit qui susceptus sit.] Rursus alios loco ^b [Non omnes Episcopi, Episcopi sunt. Attendis Petrum: sed & Iudam considera Stephanum suspicis: sed & Nicolaum respice, quem Dominus in Apocalypsi sua damnat

^a in c. 10.
Matth. 1.

^b episto. ad
Heliodorum.

nat

nat sententia, qui tam turpia & nefanda commentus est, nec Nicolaïtarum hæresis ex illa radice nascatur. Probet se vnusquisque, & sic accedat. Non facit Ecclesiastica dignitas, Christianum.]

a epist.
x37.

S. Augustinus. ^a [Quantumlibet vigilet disciplina domus meæ; homo sum & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit quàm arca Noë, vbi tamen inter octo homines, reprobus vnus inuentus est: aut melior sit, quàm domus Abrahamæ, vbi dictum est, *eijce ancillam, & filium eius*: aut melior sit quàm domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*: aut melior sit quàm domus ipsius Iacob, vbi lectum patris filius incestauit: aut melior sit quàm domus ipsius Dauid, cuius filius cum sorore concubuit, cuius alter filius cōtra patris tam sanctam mansuetudinem rebellauit: aut melior quàm cohabitatio Pauli Apostoli, qui tamen si inter omnes bonos habitaret, non diceret quod superius commemorauit, *foris pugna, intus timores*: nec diceret cū de sanctitate & fide Timothæi loqueretur, *neminem habeo qui germanè*

manè
quær
lior c
sv C
dum
melio
Ange
teor c
Deo
mean
modè
quàm
non f
mona
tret in
fiat, &
pter e
game
plurib
pter a
dunt
theca
ris im
132.
61
Diac
misce

manè de vobis sollicitus sit. Omnes enim sua
 querunt, non quæ sunt Iesu Christi: aut me-
 lior quàm cohabitatio ipsius Domini IE-
 SV Christi, in qua vndecim boni perfu-
 dum & furem Iudam tolerauerunt: aut
 melior sit postremò quàm cælum, vnde
 Angeli ceciderunt. Simpliciter autem fa-
 teor charitati vestræ, coram Domino
 Deo nostro, qui testis est super animam
 meam, ex quo Deo seruire cœpi, quo-
 modò difficile sum expertus meliores,
 quàm qui in monasteriis profecerunt: ita
 non sum expertus peiores, quàm qui in
 monasteriis ceciderunt. Ita vt hinc arbi-
 tret in Apocalypsi scriptum, *Iustus iustior
 fiat, & sordidus sordescat adhuc.* Quapro-
 pter etsi contristamur de aliquibus pur-
 gamentis, consolamur tamen etiam de
 pluribus ornamentis. Nolite ergo pro-
 pter amurcam, qua oculi vestri offen-
 duntur, torcularia detestari, vnde apo-
 thecæ Dominicæ, fructu olei luminosio-
 ris implentur.] Similia insigniter in psal.

132.^a

61. S. Gregorius^b ad illud, *frater sui*
Diaconum, tractans cur boni malis per-
 misceantur Deo permittente. [Abel esse
 renuit

^a ad ver-
 sum 1.

^b 20. mor.

c. 29.

renuit, quem Cain malitia non exercet. Sic in tritura areæ grana sub paleis premunt, sic flores inter spinas prodeunt, & rosa quæ redolet, crescit cum spina quæ pungit. Duos namque filios habuit primus homo, sed vnus electus, alter reprobus fuit. Tres quoque filios Noë, circa continuit, sed duobus in humilitate persistētibus, vnus ad patris irrisionem ruit. Duos Abraham filios habuit, sed vnus innocens, alius verò fratris persecutor fuit. Duos quoque Isaac, filios habuit, vnus in humilitate seruatus, alter verò & priuquam nasceretur, reprobatus est. Duodecim Iacob filios genuit. Sed ex his vnus per innocentiam venditus, cæteri verò per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim quoque Apostoli in sancta Ecclesia sunt electi, sed ne improbati remanerent, vnus ex eis admixtus est, qui eos persequens probaret. Sic namque iusto peccator cum malitia iungitur, sicut in fornace auro palea, cum igne sociantur, vt quo ardeat palea, purgetur aurum.] Rursus idem alibi. ^a [Tres in arca filij Noë fuerunt, vnus irrisor patris extitit, qui etfi in se benedictus fuit, male

2^a 9. epist.

39.

ma
fuf
ren
fed
mil
gnu
feca
qui
Ifaa
exti
Du
qui
ven
fuit
perf
tus
frate
Ad
nis
cum
Apo
fet
rent
6
pulo
fo pe
Mag
Ta

maledictionis tamen sententiam in filio
 suscepit. Duos Abraham priusquam vxo-
 rem Oethuram acciperet, ⁱⁱ filios habuit:
 sed tamen carnalis eius filius, est repro-
 missionis filium persecutu : Quod ma-
 gnus Doctor exponit, dicens: *sicut is qui*
secundum carnem est, persequebatur eum
qui secundum spiritum, ita & nunc. Duos
 Isaac filios habuit, sed vnus qui spiritualis
 extitit, ante minas carnalis fratris fugit.
 Duodecim Iacob filios habuit: sed vnum
 qui rectius viuebat, vndecim in Ægypto
 vendiderunt. In Dauid Propheta, quia
 fuit quod purgari debuisset, actum est vt
 persecutionem per filium pateretur. Bea-
 tus Iob de societate reproborum, dicit.
frater sui Draconum & socius struthionum.
 Ad Ezechielem Dominus ait: *Filij homi-*
nis increduli & subter fores sunt tecum, &
cum scorpionibus habitas. In duodecim
 Apostolis vnus reprobus mixtus est vt ef-
 fet cuius persecutione, vndecim tenta-
 rentur.]

62. Gillebertus ^{a altere.} expostulanti disci- ^{synag. &}
 pulo quomodo primus homo in paradi- ^{eccl. e. 5}
 so peccasset, sic respondentem inducit
 Magistrum. [Quare de malo illo non

causaris, quod de cœlo primùm venit, & in cœlo repertum, iuxta illud: *& in angelis suis reperit prauitatem.* Itẽmque *inebriatus est in cœlo gladius meus*, cum cœlum multò sanctius paradiso fuerit, quippe quod sedes Dei propriè dicitur, terra verò scabellum pedum eius. De his igitur magis dolere quàm queri oportet, quia ex huius mali similitudine, rarum videmus aliquem sanctorum conuentum, vbi congregatio diuersorum ordinum est. Vbi etiam propriè sedes Dei est, nisi meritò proclamare possimus, *cum venissent filij Dei, & starent ante Dominum, affuit inter eos etiam Satanas.* In qua parte cognoscimus cum suis complicitibus Iudam.]

a l. de pa-
nibus c.
16.

Petrus Cellensis.^a [Vt nulla in pictura abusio videtur, si post album etiam subniger color supponitur, similiter si cum bonis Apostolis pessimus proditor Iudas inuenitur, vel Satanas cum filiis Dei adsit, considerata patientia Dei, sine stupore suscipitur.] Præmiserat autem malos bonis permistos non obstante Deo, solere viuere, vnde sequitur non esse impiorum impietatem reliquo cœtui affricandam.

Huc

63. Huc planè facit illustris locus Constitutionum Apostolicarum, descriptus ab Anastasio^a ubi ex eo quòd Iudas solus sui reatus pœnam tulerit, nec alij Apostoli eius scelere sorduerint, infert ab vnoquoque de suo facto exigendam rationem. [Vnusquisque pro seipso respondebit, & non perdet Deus simul iustū cum iniusto. Nam apud ipsum, quod sine peccato est non punitur. Neque enim Noë diluuiò obruit, neque Loth combussit, neque Raab simul perdidit. Si quis autem velit scire ea etiam, quæ in nobis facta sunt: Iudas nobiscum accepit sortem ministerij, quam nos; & Simon Magus accepit signaculum quod est in Domino: sed vterque eorum effectus mutat; ille quidem fuit strangulatus, hic verò præter naturam volans, fuit contritus. Et in arca erant Noë & eius filij, sed inuentus malus, solus Cham ex filiis fuit punitus. Quòd si patres non puniuntur pro filiis, neque filii pro patribus; est perspicuum, quòd neque vxores pro maritis, neque serui pro dominis, neque cognati pro cognatis, neque amici, neque iusti pro iniustis: sed ab vnoquoque

29. 33. in
Scriptu. ex
l. 2. confit.
c. 14.

de suo facto exigetur ratio. Neque enim Noë pro mundo dedit pœnas. Neque Loth fuit iustus pro Sodomitis, neque Raab fuit occisa pro Hierechuntinis, neque Israël fuit submersus pro Ægyptiis. Neque enim condemnat simul cohabitatio, sed mentis consensus.]

a opusc.
19 c. 20.

S. Thomas, ^a ex eo quod Iudas pessimus fuerit in cœtu optimo; infert, perperam nœuum vnus membri religiosi, in vniuersum religionis corpus transfundi. Ex eadem B. Dominici familia B. Raymondus de Capua. ^b [Noui omnem congregationē habere triticum ex zizania, nec magis priuilegiatam esse scholam B. Dominici, scholâ Christi, quæ cum vndecim iudicibus sæculi, vnum habuit diabolum eis adiunctum.]

b l. de re-
format. re-
ligiosorum
pag 38.

c de sex a-
lis Sera-
phim.

64. S. Bonauentura ^c egregiè demonstrat in quouis cœtu, quantumuis sancto, bonos semper & malos admisceri: Ex quo sequitur, vt bonorum sanctitas non vertitur laudi iis qui eam in se non exhibent, sic neque improbitatem malorum, affricandam esse bonis; aut culpandum corpus vniuersum ob vnus membri vitium. Iuuat partem grauissimæ
&

& sapientissimæ monitionis adscribere.
[In hoc differunt laudabiles religiones
& iam dilapsæ, non quòd nullus peccans
in laudabilibus reperiatur, sed quòd nul-
lus impune peccare sinatur, & peccandi
aditus studiosè præcludantur, & incorri-
gibiles, & alios inficientes eliminantur,
& boni foueantur, & diligantur, vt per-
seuerent, & in melius semper proficiant.
Nam cùm in conuentu Angelorum an-
te confirmationem, & in ordine Apo-
stolorum sub Magisterio Christi reperta
sit prauitas, quis ordo bonorum in terra
audeat sibi arrogare hanc prærogatiuam
quòd peccatum in eo non sit? quia etsi
plurimi per Dei gratiam immunes ibi
fuerint, sed non omnes. *Vos mundi estis,
sed non omnes*, ait Dominus. Bonis enim
quandiu sunt hic in statu merendi expe-
dit aliquos malos secum habere, qui eis
sint maioris occasio meriti, quibus com-
patiantur in malis suis, contra quos zelus
eorum inardescat, quos corrigere labo-
rent, quibus similes fieri pertimescant,
qui eis sint tentationis materia, à quibus
etiam persecutiones sustineant, & ex
quorum consideratione confusi humi-

lientur quia tales non sunt, admoneantur gratiarum actionis ei qui custodit eos, ne tales efficiantur.] Has ob causas præter cæteras Iudas, in cœtu sanctissimo, licet pessimus, locum habere permisus est. Sicut ergo nemo collegium Apostolicum vniuersum, sordibus Iudæ contaminatum iure dicat; ita neque reliqua corpora moralia, vnius alicuius, aut paucorum membrorum vitio, inquinari sunt censenda.

a in Chronico Car
tus. in fine.

65. Petrus Dorlādus^a discolos quosdam, veriùs reiectamenta ordinis sui non illiuisse suam fuliginem ordini, dicens; [In schola omnium (inquit) virtutum, sub magisterio Iesu Christi, Iudas omnium pessimus, fur, proditor, ac parricida repertus est, de quo genere Dominus, discipulis loquebatur. *Nonne, ait, duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Intellige parabolam zizaniorum, quomodo pius agricola bonum in agro suo semen iactarat, quod clam inimicus homo cum vitiaisset, cum ipso tritico simul & zizania surrexerunt: quæ tamen iussa sunt ante maturam segetem non extirpari: post verò dum triticum in horrea recon

reconditur, ipsa zizania mista paleis ignibus comburuntur. Intellige etiam sagenam Ecclesie ex omni genere piscium congregantem : qui tamen pisces, mixti boni cum reprobis, non ante ab inuicem separantur, quam ad littus iudicij sagena traducta sit : vbi à sanctis Angelis boni pisces in vasis salutiferæ conseruationis colliguntur, mali autem foras in profundum maris, hoc est amarissimæ damnationis proiiciuntur. Semper namque in omni congregatione bonos cum malis, triticum cum paleis reperies. Per malos nempe boni dum vexantur & probantur, proficiunt; probati autem & purgati, ac in quadam quasi tribulationum mola à sua superbia comminuti, in panis cœlestis transeunt vnitatem, & leues paleæ igni comburuntur inextinguibili. Non scandalizent igitur te fratres reprobi, sed informet: & Deo subdere cum timore, fugiens ad clamorem pereuntium, fugiens à tabernaculis hominum impiorum, & saluare (vt hortatur Apostolus) à generatione ista praua & peccatrice.] Nimirum non ante extremum seculi diem, fiet plena bonorum à malis discre-

a *epist.* 45.
in *f.*

b *hom.* 1.
in *Ezech.*
c in *psal.*
99. v. 1. &
l. 5. contra
Fauftum
e. 11. & l.
20. c. 23.
d *conc.* 2
in *psal.* 30.
v. 14. &
in *ps.* 132.
d l. 2. con-
tra *Gra-*
cor.

tio. Interim cum Hierosolymitis ait Ble-
fensis, ^a [Habitat Iebusæus. Interim in
horto patrisfamilias, simul sunt saliuunca,
& abies, vrtica & myrtus; in grege Iacob
animalia alba & nigra, agni & hœdi, in
reti Petri pisces boni & mali. In arca Noë
animalia munda, & immunda. In agro
Domini, lilia inter spinas, & zizania inter
spicas. In area Domini, granum cum pa-
lea. In cella Christi, vinum cum acinis,
oleum cum amurca.] Et scilicet, cum Pe-
tro & Apostolis, Iudas vnus. Videndi qui
contrarium errorem vniuersè conuel-
lunt, & potenter Origenes, ^b S. Augusti-
nus, ^c Theodoretus. ^d

tracta

nex
(qu
Lat
hil t
hæc
dep
ra, c
non
qua
pro
exc
obse
nem
uer
ac f
exh
tio,
sibi
iect

Tractationis Clausula.

FXOLVI quod circa *Latronem sanctum*, ac *Apostolum diabolum*, receperam demonstrandum. Quorum extremorum nexu, etiamsi disparata iunxisse videor (quid enim minus consentiens, quam *Latro sanctus*, & *Apostolus diabolus*?) Nihil tamen verò abhorrens proposui. Et hæc sunt partim dexteræ excelsi, partim deprauatæ libertatis humanæ mira opera, quæ susceperam declaranda: tametsi non exponi modò, sed neque satis unquam nostris cogitationibus perspici, aut pro dignitate suspici queant. Dextera excelsi & potentissimus gratiæ afflatus, obsecundante humana libertate Latronem præstitit sanctum, & deterfa uniuersa anterioris vitæ rubigine, nitentem ac splendentem coram Deo & Angelis exhibuit. Libertatis humanæ deprauatio, diuinæ excitationis motus fastidiens, sibique abiecto Deo malè indulgens, deiectum eminentissimo uniuersæ Eccle-

a hom. 6. in
ad Phlip.

sic gradu Iudam, ad mundi sentinam miserabiliter demisit. Hæc ut S. Chryso-
mus^a egregiè animaduertit, quid attinebat sacris Scriptis prodi, & cum aliqua in speciem, cætus Apostolici carcinoma illud quandoque perpeffi, denigratione euulgari, nisi quia nostra intererat rescire etiam patibulum, ei qui ad diuinam vocem in schola cordis inibi editam non obfurdescat, scalam ad cælum effici? Et è contrario, neque Apostolatum, quo nullus fuit in Ecclesia gradus Christo proximior, securitatem defidi & aduersus gratiam refractario non præstare? Vno verbo, posse Latronem in sanctum, per gratiam humanæ cooperationis feracem; Apostolum verò in Latronem ac diabolum, per libertatis corruptelam, euadere. Magna ergo & mira, hinc gratiæ animum quem sibi efficit docilem subeuntis; inde libertatis aduersus gratiæ stimulos calcitrantis mutatio. Magnum & potens, hinc spei, inde timoris incentiuum. Et ô beati quibus infœlix vnus deiectio pauorem incusserit, alterius erectio spem iniecerit, certis fieri posse ut culpa sua & ignauia cadant; perque

que eam vnam staturum ne firmentur in bono, ad quos eos diuina excitatio nec cogitantes impulerit, & vt perficere possent ad cooperandum præstò fuerit. Hoc est primarium sacramentum, è per multis quibus grauidatur hæc tractatio, quod non abscondere sed euulgare factu bonum & optimum est. Eò præsertim vniuersa hac tractatione collimauimus. Et *Isax*is ô Deus, à quo nobis hæc mens & perficiendi facultas, vt extet pretium operæ; spe munitus in scriptore ac Lectore timor; dum timori ac spei locus superest; donec abactis quæ hîc damno nostro alternant vicissitudinibus, finiant lux & tenebræ: & ad beatam securitatem nulli casui ludibrium vltra debentem, ad liquidissimam securitatem nullo vnquam nubilo infuscandam, lucem nullo vnquam occasu violandam, diuina sit benignitate deuentum.

F I N I S.



INDEX RERVM
ET VERBORVM,
SECUNDÆ PARTIS
OPERIS DE PRODITORE
I V D A.

A.



<i>Ablutio pedum cur pramiserit Christus.</i>	
365.	
quo ordine facta.	367
<i>Ablutio pedum, an semper fieret.</i>	356
<i>Adam typus Iudæ.</i>	779
<i>Absalon, Iudæ adumbratio.</i>	777
<i>Absalon, gaudiun Patris.</i>	3
<i>Adonibeseec, filius fulminis.</i>	3
<i>Ædificatio in arena, quæ.</i>	480
<i>Æthiopum Christianorum fatuitas.</i>	305
<i>Æquiuocationes quatenus vetitæ.</i>	224
<i>Angelorum sensus deiecto Satana.</i>	686
<i>Ager figuli.</i>	636
à quo exoptus,	637
	vbi

INDEX RERVM

<i>ubi situs & cur dictus figuli.</i>	640
<i>usus cui est addictus.</i>	641
<i>Agni immolatio, qua hora fieret.</i>	320
<i>Agnus pascalis à quo immolandus.</i>	313
<i>eius infixio, typus crucifixionis.</i>	<i>ibid</i>
<i>Agno connata vulnerum imago in pedibus.</i>	314
<i>Amor externorum, fons malorum.</i>	862
<i>Amor cognatorum temperandus.</i>	867
<i>Anima Iudæ supplicia.</i>	681
<i>Apiarium Christi.</i>	817
<i>Apostata religionum, Iudæ germani.</i>	791
<i>& 893. ac seqq.</i>	-
<i>Apostolatus, an ex merito.</i>	54
<i>Apostolus, quis.</i>	75
<i>Apostoli collati cum calis.</i>	85
<i>cum gemmis sacerdotalibus.</i>	88
<i>cum tintinnabulis stola Pontif.</i>	<i>ibid.</i>
<i>cum zodiaco.</i>	90
<i>cum 12. mensibus,</i>	<i>ibid.</i>
<i>cum 12. horis dies,</i>	<i>ibid.</i>
<i>cum curru.</i>	92 & 99.
<i>cum dentibus corporis mystici.</i>	94
<i>cum oculis eiusdem.</i>	96
<i>cum Christi pedibus.</i>	100
<i>cum montibus & collibus.</i>	102. & 103
<i>cum lapidibus erectis.</i>	IXI
<i>alia pleraque comparatimes.</i>	113 & seqq.
	Aposto

INDEX RERVM

<i>Apostolici duodenarij figura.</i>	83
<i>Apostolorum dotes animi.</i>	78. & seqq.
<i>Apostolorum decora ex PP.</i>	82
<i>Apostolorum eminentia.</i>	118 & seqq.
<i>Apostolorum affectus in prima communione.</i>	384
<i>Argentei Iudæ unde accepti.</i>	589
<i>quanti essent.</i>	596 & seqq.
<i>Argentei Iudæ, unde.</i>	588
<i>Argentus, quid.</i>	576 & seqq.
<i>Arrius, alter Iudas.</i>	737
<i>Antropophagia Iudæ.</i>	387
<i>Apostropesis in scriptura.</i>	278
<i>Auriga cælestis.</i>	99
<i>Auaritia idololatria.</i>	191
<i>excærat auarum.</i>	194
<i>Auaritia, radix proditionis Iudæ.</i>	170
<i>Azymorum, dies prima, quæ</i>	306

B.

B <i>aptismus à Iudæ collatus.</i>	134
<i>Barresij perfidia, castigata.</i>	223
<i>Beda mos in citando.</i>	563
<i>Bethania quoties cænavit Christus.</i>	252. 272
<i>Blandiloquium Iudæ.</i>	228
<i>Blandiloqui Iudæ germani.</i>	908
	Eonum

ET VERBORVM.

Bonum peccatis admistum. 484
 Buccella intincta, an ex pane. 409. & seqq.

C

CAianorum rabies. 687
 Calcanei leuatio, qua. 565
 Carioth, qua. vrbs. 9
 Character Sacerdotij duplex. 135
 Christus cur Iudam elegerit. 61. & seqq.
 Christus, Apostolus. 75
 Christi dominium proprietatis. 140
 Christus cur habere oculos voluerit. 142
 Christi erga infirmos condescensio. 143
 Canobij bonorum, dominium, penes quem. 147
 Christi prudentia in Iuda arguendo. 243
 Christi vilitas apud Iudam. 261
 Christus quam vilis, Iuda. 286
 Christi quis locus, in caena vltima. 338. & seqq.
 Christi demissio in pedibus abluendis. 356
 Christi turbatio in caena, qua.
 eius obiectum. 399
 Christus an Iuda culpam detexerit. 412
 fuit dominus fama Iudae. 415
 Christus Iudam non implanauit. 468
 Christus qua hora comprehensus. 539
 Christi sermo vltimus. 540
 Christi

83
 eqq.
 82
 eqq.
 384
 589
 eqq.
 588
 eqq.
 737
 387
 278
 99
 191
 194
 170
 306
 134
 223
 563
 272
 228
 908
 onum

INDEX RERVM

<i>Christi humilium & sublimium, nexu.</i>	571
<i>Christi in Iudam benignitas.</i>	818. & seqq.
<i> patientia eiusdem citò.</i>	825. & seqq.
<i>Christallus Lusitana.</i>	543
<i>Chrysostomus violatus.</i>	769
<i>Cæna legalis, stando fiebat.</i>	352
<i>Cæna facta institutam Eucharistiam, quid.</i>	372
<i>Cæna legali, interfuit Iudas.</i>	333
<i>Cæna vsualis Christi vltima.</i>	334
<i> quis in ea habitus corporis.</i>	335
<i>Colles mystici.</i>	103
<i>Communicantium olim, loti pedes.</i>	365
<i> viris data communio in manibus.</i>	375
<i>Communicaritne Iudas.</i>	376. & seqq.
<i>Communio, quid doceat.</i>	490
<i>Comprehensionis Christi, hora.</i>	536
<i>Concilium contra Christum quando initum.</i>	266
<i>Concursus diuini necessitas.</i>	461
<i>Confessio alia quàm peccatorum.</i>	2
<i>Confessio Iudæ, ad quid utilis.</i>	632
<i>Conscientiæ iudicium.</i>	608
<i>Consortium malorum periculosum.</i>	165
<i>Conscientia Iudam vexans.</i>	606
<i>Constantius, alter Iudas.</i>	715
<i>Consules orbis, Apostoli.</i>	126
<i>Contractus Iudæ de Christo, crudelis.</i>	289
<i>Conuitorum per SS. abstinentia.</i>	283
	Con

ET VERBORVM.

	<i>Conuitorum abſtinentia.</i>	692
	<i>Conuiuij locus, quis honoratior.</i>	336
	<i>Crastini cura quatenus exclusa.</i>	144
	<i>Correctio, nulli neganda.</i>	835
	<i>Cupiditatis mala.</i>	863. & seqq.
	<i>Culcitra subalares conuiuarum.</i>	335
	<i>Cupiditas, radix malorum omnium.</i>	187

D.

	D <i>AEmones à Iuda expulsi.</i>	134
	<i>Damon quomodo autor scelerum.</i>	511
	<i>Dalila perfidia per Iudam expressa.</i>	568
	<i>Damnatio, continet multa.</i>	32
	<i>Damnatio non accusati peruersa.</i>	188
	<i>Damnatio post mortem.</i>	693
	<i>Decreti diuini de concursu, expositio.</i>	451
	<i>Decretum indifferens, quale admittendum.</i>	452
	<i>Dei in nos benignitas.</i>	68
	<i>Deipara violata ab Hereticis.</i>	744
	<i>Dentes Ecclesia</i>	94
	<i>Desertio peccatoris.</i>	618
	<i>Detractiones Iudae.</i>	230
	<i>Detractores, tandem infames.</i>	233
	<i>Deus fama suorum, tutator.</i>	255
	<i>Deus malis bene utitur.</i>	837. & seqq.
	<i>Desperatio vitanda.</i>	249

Tom. II.

R II

GRAN

INDEX RERVM

<i>Discipuli labes, Magistrum non fãdat</i>	953
<i>Diaboli ingenium captantis genium.</i>	167
<i>Discipulus ingratus, alter Iudas.</i>	912
<i>Diabolus an causa peccati Iudæ.</i>	507
<i>Diabolus Deum æmulatur mouentem.</i>	516
<i>Dij fortes terra, qui.</i>	129
<i>Discipuli Christi, qui.</i>	77
<i>Disruptio suspendiosorum.</i>	672
<i>Dominium Christi, de fide.</i>	153
<i>Domus expers Christus.</i>	308
<i>Duacenus pannus.</i>	543
<i>Ducatus proditorum, Iudæ.</i>	558
<i>Dulees tibi Christi apud Psaltem, qui.</i>	276

E.

E lecti, pressè qui perseuerant.	130
<i>Electio Iudæ in Apostolum, vera.</i>	ibid.
<i>Eleemosynæ Christi.</i>	142
<i>Emericus in Lullum, qualis.</i>	424
<i>Energumenus ne Iudas.</i>	518
<i>Episcopi, omnes Apostol.</i>	79
<i>Episcopus ne fuerit Iudas.</i>	135
<i>Ephraimitæ mercenarij.</i>	18
<i>scelera & supplicia.</i>	20
<i>Equi mystici qui.</i>	99
<i>Esse, Dei proprium.</i>	578
	Esse

ET VERBORVM.

	<i>Esse de Deo, propriè dicitur.</i>	578
	<i>Ethnicorum argumenta ex Iuda casu.</i>	69
	<i>Euangelista, concordés.</i>	325
	<i>Eucharistia institutio.</i>	372. & seqq.
	<i>est testamentum Christi.</i>	395
	<i>Eucharistiam intingendi abusus.</i>	409
	<i>Eucharistia perceptio indigna, sapit Iudam.</i>	872
	<i>Eucharistia an seruata à Iuda.</i>	533
	<i>Eunomius, Iudæ germanus.</i>	739
	<i>Exitus Iudæ à mensa.</i>	416
	<i>Excœcatio per peccatum.</i>	190

F.

	F <i>Abula de terra agri figuli.</i>	644
	<i>Fabula de Iudæ argenteis.</i>	588. & seqq.
	<i>Fama piorum, cordi est Deo.</i>	255
	<i>Fama rei occulti, conseruanda.</i>	412
	<i>Familia pralati quî componenda.</i>	145
	<i>Festa Iudæorum quæ opera admitterent.</i>	329
	<i>Ficus ex qua Iudas pependit.</i>	668
	<i>Fornax, templum.</i>	630
	<i>Fortè in scripturis cur addatur sapè.</i>	429
	<i>Fœnerator, alter Iudas.</i>	812
	<i>Formosus Papa, dirè habitus.</i>	965
	<i>Fructus in alios non debet inflare.</i>	941
	<i>Fures sacrilegi, Iudæ socj.</i>	799. & seqq. & 897

INDEX RERVM

<i>Franci Christi carnifices, alij à Gallis.</i>	13
<i>Fraudulentia Iudæ.</i>	225
<i>Fulgentij sententia improbata.</i>	2
<i>Furta Iudæ, quanta.</i>	185
<i>erant sacrilegia,</i>	187
<i>Futurum causa prenotionis, non contra.</i>	427

G.

G <i>Allina Aethiopum.</i>	305
<i>Gaudium Satanae ob Iudam deuietum.</i>	52
<i>Gaudium Iudæorum de Iudæ scelere.</i>	291

H.

H <i>Aereticorum Patriarcha, Iudas.</i>	195
<i>parens Arrianorum.</i>	196. & 197
<i>& Sacramentariorum.</i>	198
<i>Hereticorum murmuraciones.</i>	237. & 254
<i>Heretici Iudæ germani.</i>	756. & seqq.
<i>Hierocles, alter Iudas.</i>	730
<i>Hora diei mystici.</i>	90
<i>Hortus Gethsemani.</i>	552
<i>Hospes Christi postremus, quis.</i>	310

I

I <i>Vdæi in Iuda expressi.</i>	787
<i>Iustitia venditor, alter Iudas.</i>	813. & 907
<i>Iacobus minor, Christo similis.</i>	542
	Iapon

ET VERBORVM.

	<i>Iapon, dictus alter Iudas.</i>	747
13	<i>Idololatra mystici, complures.</i>	190
25	<i>Illapsus, Satanae cur negetur.</i>	510
2	<i>Immolatio Christi in caena, quae.</i>	390
85	<i>Impudentia Iuda.</i>	245
87	<i>Incorrigibiles expellendi.</i>	492. & seqq.
27	<i>Inuidia ipsa, Satanas.</i>	182
	<i>Inuidia detestatio.</i>	178. & seqq.
	<i>Ioannes pectori Christi applicitus.</i>	347
05	<i>Iordanis Dominicani responsum.</i>	579
52	<i>Iordanis Dominicani factum.</i>	580
91	<i>Iscariothes unde dictus Iudas.</i>	7
	<i>Ioseph minoris venditus quam Christus.</i>	591
	<i>Iosephi pretium aliud quam Christi.</i>	591
195	<i>Iudeorum Apostoli, qui.</i>	77
197	<i>Iudas quidam S. Crucis demonstrator.</i>	6
198	<i>Iudae nomen à qua confessione dictum.</i>	1
254	<i>nunc ferale, olim gloriosum.</i>	6
seqq.	<i>Iudas, an Gallus.</i>	13
730	<i>ex qua tribu fuerit.</i>	18
90	<i>Iudae pater an Simon Leprosus.</i>	21. & 23
552	<i>mater an scortum.</i>	24
310	<i>Iudae quomodo melius non esse.</i>	33. & seqq.
	<i>Iudas an coniugatus.</i>	38
	<i>quae ei afficta crimina.</i>	40
787	<i>Iudas non semper malus.</i>	41
907	<i>electus verè est ad Apostolatam.</i>	42

INDEX RERVM

<i>an vocatus quia bonus.</i>	50. & seqq.
<i>vita eius ante Apostolatam, non eximia.</i>	57
<i>fuit baptizatus baptifimo Chrifti.</i>	73
<i>Iudas, cur dictus fur.</i>	155
<i>Iudas cur non proprie Simoniacus.</i>	302
<i>Iudas an communicauerit.</i>	376
<i>Iudas Polyphemus.</i>	388
<i>Iudas an Sacerdos & Epifcopus.</i>	389
<i>Iudas, naturâ non malus.</i>	421
<i>Iudas quomodo energumenus.</i>	424
<i>Iudas an potuerit verè pænitere.</i>	618
<i>Iudas fui carnisfex.</i>	660 & 703
<i>biothanatus.</i>	<i>ibid.</i> 661. & 703
<i>Iuda pedes an à Chrifto loti.</i>	359. & seqq.
<i>Iudæ & Iudeorum colloquia.</i>	264
<i>Iudeorum ac Iudæ peccata collata.</i>	297
<i>Iudæ mortis genus.</i>	652 663
<i>tempus eiusdem.</i>	654
<i>Iudæ laudatores.</i>	687
<i>Iudæ typi, varij.</i>	772. & seqq.
<i>Iudicium Dei, pro fato.</i>	463
<i>Iulianus Apoftata, alter Iudas.</i>	722
<i>Iurifdictio Apoftolorum quanta.</i>	80
L.	
L <i>Abor, pro peccato.</i>	219
<i>Lampas Apoftolica.</i>	85
<i>Laqueus mellitus, quis.</i>	229
	<i>Lecti</i>

ET VERBORVM.

<i>Lecti accubitales Hebræorum.</i>	343
<i>Leuatio calcandi, quid.</i>	565
<i>Lia cessatio partus in Iuda, quid notet.</i>	1
<i>Liber de Antichristo, non est Augustini.</i>	15
<i>Libertas cur homini data.</i>	66
<i>Libertas peccandi, iure data.</i>	470
<i>Loculi quid.</i>	138
<i>Loculorum Iuda dominium, penes quem.</i>	147
<i>Locus mensa honoratior, quis.</i>	336
<i>Locus Consularis & Regis sacrorum.</i>	337
<i>Ludouicus XIII. laudatus.</i>	756
<i>Luna prima, &c. Hebræis, quid.</i>	317
<i>Luna in sanguinem versa, quid.</i>	536
<i>Lutheri portentosum mendacium.</i>	680
<i>Lusitania ChrySTALLUS, mira.</i>	543

M.

M <i>Agnorum casus.</i>	914
<i>Marcionis argumentum.</i>	61. & 62
<i>Magdalena an plures.</i>	269
<i>Magdalena, vidua.</i>	248
<i>Magdalena Christum ungentis.</i>	234
<i>Magdalena quando conuersa.</i>	269
<i>Magistri militum exercitus Christi.</i>	129
<i>Magnentius alter Iudas.</i>	721
<i>Maioriani cana.</i>	341

INDEX RERVM

<i>Mala mors an Iudæ patria.</i>	13. & 16
<i>Maledictiones Scariothica.</i>	677
<i>Malleus mysticus.</i>	702
<i>Miracula inflare non debent.</i>	942. & seqq.
<i>Malitia peccati, non est à Deo.</i>	447
<i>Malum minus, suaderi quì possit.</i>	161
<i>Mansuetudo Christi, perfecta.</i>	556
<i>Manus sponsi, quæ.</i>	183
<i>Marsupij cura, an vilem arguat Iudam.</i>	137
<i>Mater Iudæ an scortum.</i>	24
<i>Mattheus, an citando falsus.</i>	594
<i>Mattheus an memoria lapsus.</i>	594
<i>Martinus S. exemplo Christi patiens.</i>	833
<i>Maximus Tyrannus, alter Iudas.</i>	734
<i>Mellita malorum venena.</i>	242
<i>Membri vitia in corpus non trahenda.</i>	967
<i>Mendacia Iudæ.</i>	217
<i>Merces iniquitatis, quæ.</i>	294
<i>Menses spirituales, Apostoli.</i>	90
<i>Menses Hebræorum, cuiusmodi.</i>	317
<i>Mensarum escariarum, forma.</i>	339
<i>Mensis primus Hebræorum, quis.</i>	317
<i>Michaël Balbus, cultor Iudæ.</i>	689
<i>Miracula Iudæ.</i>	134
<i>Modestia S. Michaëlis.</i>	283
<i>Minister malus, non tollit Dei gratiam.</i>	958
<i>Montes mystici.</i>	102
	<i>Mons</i>

ET VERBORVM.

<i>Mens in cor maris missus, quis.</i>	257
<i>Mons in cor maris missus, quis.</i>	531
<i>Monachorum Isauria error.</i>	522
<i>Mors Iudæ.</i>	652
<i>Murmurationes Iudæ.</i>	237
<i>Murmurantes, Iudæ socij.</i>	906

N.

N <i>Atura Iudæ, bona.</i>	421
<i>Nardus pistica, quæ.</i>	249
<i>Natiuitas mystica.</i>	28
<i>Nomina sepè rebus non respondent.</i>	3
<i>diuinitus imposita, nunquam vana.</i>	5
<i>Non esse quomodo quibusdam melius.</i>	24. & seqq.
<i>Nestorius, alter Iudas.</i>	740
<i>Nox nocti indicans scientiam, quæ.</i>	259
<i>Nox nocti indicans scientiam, quæ.</i>	542
<i>Nubes mystica.</i>	107

O.

O <i>Blatio Eucharistica, cuiusmodi.</i>	392
<i>Oculi Ecclesie.</i>	96
<i>Odetus Castillionæus Apostata.</i>	755
<i>Ossa Hebræa cuiusmodi.</i>	411
<i>Oleum peccatoris.</i>	227. & 229

INDEX RERVM

<i>Osculum Christi in abitu è vita.</i>	538
<i>Osculum pro signo Iudæ, cur.</i>	542
<i>Osculi Ecclesiastici abstinentia.</i>	546
<i>Optatium pro indicatuo.</i>	674
<i>Oratio Christi, non pro Iudæ.</i>	530
<i>Orbis cur dicta mensa.</i>	339

P.

P <i>Actio Iudæ, an Simoniacæ.</i>	300
<i>quo die inita.</i>	307
<i>Pater familias an possit offendicula ponere.</i>	160
<i>Patris familias locus in cæna.</i>	350
<i>Patrum aliquando iurgia.</i>	769
<i>Pascha unde deriuetur.</i>	321
<i>quo die celebraretur à Iudæis.</i>	318
<i>an aliquando, secus facerent.</i>	328
<i>à Christo celebratum præscripta die.</i>	323
<i>non præuenit illam diem.</i>	326
<i>Passio Christi an prædefinita.</i>	464
<i>Paupertas Christi an professæ.</i>	154
<i>Paupertatis perfectio, non excludit dominium bonorum in communi.</i>	154
<i>Paupertas Christi.</i>	140
<i>eiusdem cum eius dominio cohesio.</i>	141. & seqq.
<i>Peccatum Iudæ quantum.</i>	684
<i>Peccatum leuius, an possit à Deo esse.</i>	500
	Pere

ET VERBORVM.

38	<i>Peregrini pretio Christi quiescentes.</i>	643
42	<i>Petri an Iudæ pedes, prius loti.</i>	367
46	<i>Pentecoste Iudaica, quando inciderit.</i>	330
74	<i>Vtriusque Pentecostes correspondentia.</i>	331
30	<i>Peccator, Satana possessio.</i>	519
39	<i>Pelagianismi nota, exposita.</i>	522
	<i>Peccatum Iudæ in ungue adamantino.</i>	295
	<i>Peccatores subiecti Satana.</i>	513
	<i>Perseuerantiæ incertum.</i>	928. & seqq.
00	<i>Penitentia Iudæ, vana.</i>	611. & seqq.
07	<i>Phase, quid.</i>	318. & 320
60	<i>Philargyria proba.</i>	171
50	<i>Pilati nequitia.</i>	602
69	<i>Pisticum, quid.</i>	249
21	<i>Potentia expressio in casu militum.</i>	583
18	<i>Penitentia Iudæ.</i>	603. & seqq.
28	<i>Porphyrus Iudæ germanus.</i>	729
23	<i>Pretium Christi & mundi, quàm dispar.</i>	292
26	<i>Prædefinitio Dei an aliqua de malo</i>	465
44	<i>Pretium Christi, cur vile.</i>	602
54	<i>Prædicationes Iudæ.</i>	134
bo	<i>Præscientia non est causa rei præscite.</i>	426
154	<i>non infert necessitatem.</i>	428
140	<i>Præfecti prætorio Christi, qui.</i>	129
seqq.	<i>Præuentio ungenti Christum, quæ.</i>	251
684	<i>Præscitum furem cur elegerit Christus.</i>	158
500	<i>Prima azymorum, quæ.</i>	306
Pere		Pro

INDEX RERVM

<i>Procurator Christi familia, Iudas.</i>	156
<i>Proditio Iudæ an aliquatenus definita.</i>	465
<i>Proditio per osculum, quàm tetra.</i>	545
<i>Proditorum frequentia.</i>	714
<i>Prudentia Christi in Iudæa arguendo.</i>	243
<i>Picentini, an Iudæa ciues.</i>	9
<i>Palinodia variis afficta.</i>	22
<i>Petri ex casu modestia.</i>	70
<i>Patriarcha Iudæorum.</i>	77
<i>Proprietarij, fratres Iudæ.</i>	796 & 897

Q.

Q uantitas peccati Iudæ & Iudæorum comparata.	297. & seqq.
<i>Quantitas valoris argenteorum.</i>	596
<i>Quantitas supplicij Iudæa vestigata.</i>	682
<i>Quartum scelus Iudæ, apud Amos, quod.</i>	296

R.

R ecumbere in sinu, quid,	337. & 339
<i>Religiosi discoli expulsio, iusta.</i>	491 & seqq.
<i>Religiosi inemendabiles, pellendi.</i>	492
<i>Repotia.</i>	357
<i>Resupinatio comprehensorum Christi.</i>	550
<i>Raymundo Lullo tributus error.</i>	424
	Reli

ET VERBORVM.

Religiosi ficti, Iudæ imagines. 794
Ruina magnorum. 914. & seqq.

S.

<i>Sacerdōsne fuerit Iudas.</i>	135
<i>Sacerdotij character geminus.</i>	388
<i>Sacerdotium cur à Christo institutum.</i>	394
<i>Sacramenti Chrismat̄is, institutio.</i>	533
<i>Sacerdotij partes duæ.</i>	535
<i>Sacro non finito abeuntes, Iudæ.</i>	416
<i>Sacramenti Chrismat̄is initium.</i>	532
<i>Scariothica dira.</i>	677
<i>Sal euandidum, qui.</i>	708
<i>Sanguinescens Luna.</i>	536
<i>Satan peccati sollicitator, non autor.</i>	273
<i>Satana gaudium de Iudæ exitio.</i>	526
<i>Satanas, Iudæ ascensor.</i>	527
<i>Satana casus, cuius typus.</i>	772
<i>Scandalum scandalorum, quod.</i>	241
<i>Scripturæ pudor in turpibus.</i>	278
<i>Sermones ad Eremitas, quales.</i>	21
<i>Sepulchrum patens, quod.</i>	245
<i>Siclus cum argenteo collatus.</i>	599
<i>Sigma lucratum.</i>	336
<i>Signa rationis pro diuino decreto.</i>	457
<i>Simon Leprosus, quis.</i>	248
	<i>Simon</i>

INDEX RERVM

<i>Simon, an Iuda cognomen.</i>	11
<i>Simon pater Iudae proditoris.</i>	21
<i>an fuerit Leprosus.</i>	ibid.
<i>Simoniaci, Iuda socij. 805. & seqq. & 900 ac seqq.</i>	
<i>Simplicitatis clades per Iudam.</i>	222
<i>Simoniaci, cum Iuda collati.</i>	300
<i>Societatis IESV praxis, defensa.</i>	498
<i>Sors in scripturis, quid.</i>	58
<i>Stibadium.</i>	339. & 341
<i>Stibadiorum vsus, an antiquus.</i>	346
<i>Stater, quanti esset.</i>	600
<i>Superior an possit occasiones dare peccandi.</i>	15
<i>Superiorum contemptores notati.</i>	231
<i>Supplantationis magnificatio, quae.</i>	279
<i>Sursum corda peruersè detortum.</i>	754
<i>Sursurrations Iudae.</i>	241

T.

T <i>ertulliani locus expensus.</i>	164
<i>Testamentum Christi, Eucharistia.</i>	395
<i>Transfigurationis testes, cur tres tantum.</i>	240
<i>Traditio Christi multiplex.</i>	690
<i>Tribus ex qua Iudas.</i>	18
<i>Tricliniorum lecti, quot.</i>	340
<i>Triclinium unde dictum.</i>	336
<i>Turbatio Christi in caena quae.</i>	397
	Tu

ET VERBORVM

Tu dicis, *Hebraeis quid.*

304

V.

V	<i>Alentinianorum commenta.</i>	771
	<i>Veniales culpa quàm noceant.</i>	856 & seqq.
	<i>Vespere passus Christus, cur.</i>	315 & seqq.
	<i>Vocationi iungenda opera.</i>	845
	<i>Vocari in sacris, idem quod esse.</i>	5
	<i>Volei Cardinalis perfidia.</i>	753
	<i>Votum paupertatis in Christo.</i>	152
	<i>Vitio Christi per Magdalenam.</i>	249
	<i>quotuplex.</i>	252
	<i>Vulpes paruula vineam vastantes, qua.</i>	174

Z.

Zodiacus Spiritalis, quis.

90

FINIS.

11
21
bid.
cqq.
222
300
498
58
341
346
600
15
231
279
754
241

164
395
240
690
18
340
336
397
Tu

L V G D V N I,

Ex Typographia IOANNIS BRV
Granatensis Vasconis, Ad insigne
trium glandium in vico
Xenodochij.





EX TYPGRAPHIA LEONARDI
GUTTENBERGII
MAGNI
MCCCLXXXV

